PET. MAR. ¶HAE diſciplinæ igitur inquit Cic. cū planū iam ſit: nō poſſe diſputari de officiis ab his, q malū finē ꝓponunt, qđ pertinet ad malitiā: & ſtultitiā: tales inquā non poſſunt de officiis diſputare: qm̄ officia ſemp ad honeſtū ſtatū tēdunt: ſeqtur illos non poſſe dicere aliqđ de offō: q ſtatuunt, finē bonorū, aut in voluptate, aut indolētia, aut diuitiis: aut in aliq̄ alia re: q̄ vacet honeſtate. ¶ Diſciplinę. ꝓphorū rōnes & vitæ, ſiue doctrinæ, ac regule. ¶ Cōſentaneę. i. ſi velint ea dicere q proprio decreto nō repugnet. Is dicitur eſſe ſibi ꝯſentaneus: in quo nihil eſt repugnans q ſine bonorū voluptatē ſtatuit temperantiā laudare non poteſt ſi ſibi vult eſſe conſentaneus, cū illa voluptati ſit inimica. Itaq; videndum eſt nō ſūt quid qſq; dicat: ſed eſſe qđ illi dicere conſentaneum ſit. i. conueniens ratione finis, conſentire debet quicquid agimus: ne inepti videamur, & imprudentes. ſubeamuſq; inconſtātiæ crimē ac notam. ¶ Neq; vlla: ꝓbat, quare nō poſſunt de officio dicere. ¶ Firma quarū ad aium: q debet eſſe in ꝓpoſito firm⁹ & vera opinione de ſummo bono perſeuerare. ¶ Stabilia: quātū ad exercitationem optimum quippe finem prudenter cōſtituere debemus. inde cōſtanter agere: & exercere officia. oiaq; media: qbus ad cōſtitutum finem recte itur hoc non poterat preſtare Epicurus incōſtans in opinionibus: & factis. Nā q̄uis bene viueret: laudabat tn̄ voluptatē. Vnde cū eſſet inſtabilis: nō poterat dare præcepta de officiis ſtabilia: nec illi, qui nullā in rebus faciunt differentiā: nec vnū agēdū dicunt potius q̄ aliud: nec ille q ponit ſummū bonū in ſola ſcientia: qm̄ actiones corporis non curat, & naturā. Relinqtur ergo. cōfutatis & reiectis falſis opiniōibus Academicos, Peripateticos, & Stoicos: q ſummū bonū in virtute ponebant. & firmi, ſtabileſq; erant in eorū opinionibus, & ſentētiis tenētes obnixe ſuum dogma, cui addicti erant: poſſe dare p̄cepta de officiis firma & ſtabilia. In primo de finibus ſic ait: Nec ſatis eſt iudicare qđ faciendū, non faciendū ve ſit: ſed ſtare ēt oportet in eo, qđ ſit iudicatū. vn̄ Ariſtote. in ethicis. perfectæ actionis has ponit conditiones, ſi agens ex habitu agat: niſi eligat: ſic agere: & firmo, ac imutabilia ꝓpoſito agat. ¶ Cōiuncta naturæ: q̄ dedit nobis principia virtutis: vt nos ipſi poſtea bonis artibus perficeremus vn̄ officia debent ſeq naturā: q̄ vult nos recta ad virtutē ꝑgere: in q̄ illud extremū cōſiſtit. Aliter nulla eſſet differētia inter naturā hois, & cęterorū animaliū, qđ q̄ ſit abſurdū, qſq; a natura bn̄ inſtitutus iudicare pōt. Nā ea rōe, q̄ generamus nobis ſiſe in ſpecie, hēmus naturā cōem cum reliqs animalibus, & ēt plantis: ea rōne: q̄ ſenſus exteriores habemus, cōis eſt natura nobis. cū cæteris beluis: q̄ ſenſus hn̄t: tactū: guſtatū: viſum: odoratū: & auditū. Sed ea rōne, hoies ſumus rōne hn̄tes a natura datam qua nihil eſt i nobis diuinius, diſtamus a beſtiis: ergo cū natura dederit rōnē dedit nobis principiū ad ois virtutes cōſequēdas. Vn̄ oia officia debent eſſe coniuncta naturæ: vt illa duce ꝓperemus cū rōne, & recta qdem ratione ad finē noſtrum: ne aſpernari illius munus, & benignitatē videamur: qđ illi faciūt, q bruta viuunt animalia: quo in hoie habenti rōnem. i. intellectū nil pōt eſſe turpius. Actiones illorū q malū finē cōſtituūt. non poſſunt naturæ coniungi: q̄ ab oi turpitudine abhorret: & p ſe nihil niſi honeſtū. & hois p̄ſtātia dignum amat: ſed corrupti mores deprauāt naturā. Nec curāt honeſtatem vt natura iubet. Vnde fit, vt præcepta de officiis, quæ naturæ cōi parenti cōueniāt, & coniuncta ſint tradere nō poſſunt: cū ipſi ad id nitantur: & oibus mediis cōtendant: a quo natura vel maxime abhorret. Nihil enim eſt magis naturę cōiunctum q̄ virtus nihil q; ab ipſa alienius q̄ vitium. Vn̄ ſequitur ab his ſolum dari p̄cepta de officiis poſſe: qui in virtute ſummū bonū ponunt: & ad illū ꝓperāt officiis: q̄ a natura nō diſcrepant. Virtus, inquit Seneca, ſm̄ naturā eſt. Vitia inimica & infeſta ſunt. Virtus certe oritur in nobis ex electione earum, q̄ rerū ſunt ſm̄ naturā, & ad cōſeruationē illius tendunt: ois ars naturam ipſam adiuuat.: ꝓhia vero eſt ars vitæ, & naturę opitulatur, quę hoiem inchoauit. ¶ Niſi ab his q ſolā. i. a ſtoicis: q in bonis nihil ponebant, p̄ter virtutē. nā bona corporis & fortunæ (vt dictū eſt) nō adiūgebāt ad finem bonoꝝ: ſed aliq̄ æſtimatione digna cenſebāt: & virtutē ſatis eſſe ad bene beateq; viuendum. ¶ Solam: qm̄ ſtoici nihil expetēdū dicebant, p̄ter ſolā virtutē. & dicebat honeſtum eſſe ſolum bonū: vt ait Herato ī primo de finibus & Chryſippus in libris de honeſto. ¶ Aut ab his, qui maxime. i. peripateticis, & academicis, q dicebant virtutem maximā expetēdā eſſe & ante alia oia: ſed poſt virtutē: cui datur primus locus: bona corporis: vt homo non ſit deformis: ac bona fortunę: vt ſit diues, ſi vult eſſe plane felix. diuitias enim dicunt eſſe inſtrumenta q̄dam ad actiones honeſtas. non enim pōt exercere liberalitatem ille: qui eſt pauper & inops. Ariſtotelis ſententia: is, qui eſt omnino deformis: nō eſt aptus: ad felicitatem. & ille q eſt in maximis calamitatibus: quāuis habeat oēs virtutes nō pōt eſſe felix: ſed bonus: qđ ſtoici negabant: dicētes beatā vitā deſcenſurā in oia tormēta: itaq; ſummū robur virtuti dabant, quā videbātur eneruare ꝑipatetici: cum alia quędam iungerent ad finē bonoꝝ, quem ſtoici in ſola virtute conſtituebāt. Rigida eſt ſtoicorum opinio peripateticoꝝ autē humanæ naturæ, accōmodatior: quæ & aium perfectū hr̄e cupit: & ēt corpus, qbus hō duobus hō ꝯſtat: vt in principio diſputatū eſt. ¶ Maxime. i. ante oia dicebant peripatetici virtutē expetendā: & ꝓponendā oibus aliis rebus: ſed nō poſſe vitā beatā eſſe & beatiſſimā in ſola virtute: vt ſtoicis placebat: & cū dicerēt ꝑipatetici virtutem expetendā maxime: relinquebāt q̄dā. i. expetenda poſt virtutem ad decorādam humanā felicitatē. Hæc fuit opinio veteꝝ academicoꝝ, & peripateticoꝝ, qui rebus cōgruētes noibus tm̄ differebant. ¶ Itaq;: cōcludit Cicero dicens, hanc p̄ceptionem de officiis ꝑtinere ſolum ad ſtoicos: peripateticos: & academicos: qui in cōſtituēdo ſine natura ducem imitantur: a qua origo ſummi boni petenda eſt. Eſt ꝓpria: non pertinet ad alias niſi ad has tres diſciplinas. ¶ Ea p̄ceptio: præcipere de officiis. i. actionibus ſtudioſis in vita humana tendentibus ad honeſtum finem.

ADD. ¶CONſentaneæ: cōgruētes, & a ſuis ſcitis nō diſcrepātes: atq; iudiciis. ¶ De offō: decenti actione: cōſonaq; parenti naturę: q̄ virtutes in hoie inchoauit: & ad illas inſtruxit: & ſubornauit: Generoſus, ait Seneca, eſt ad virtutē bene a natura compoſitus. Nulli nos vitio natura ꝯciliat: illa liberos & integros genuit. ¶ Præcepta: documēta: & formulas actionum. ¶ Firma: non vacillātia: vel mutabūda. i. bn̄ fundata in primis naturæ cōmendationibus: & initiamentis. ¶ Stabilia: bene radicata in iure naturali: atq; decreto: qđ latiſſime patet: & cui nihil pōt derogari: aut totū abrogari. Quapp Ariſto: appellat ius naturale primū: cui congruere debet ciuilia iura, & inſtituta. Ad hoc ius primum ſummi ꝓhi reſpexerunt: & optimi principes quoꝝ æqua moderatio: & popularitas offm̄ fuit: nō regnū: ſed tale ſemen penitus euanuit: & argentū nr̄m: atq; aurū in ſcoriā degenerauerunt: hōq; hoi factus eſt ex deo lupus. ¶ Cōiuncta: affixa: adherētia: illi q; ſemp ꝯgruētia: a natura ſiqdē petit agēdi principiū. i. officii formulæ: & ꝓbabilis rō vitę: moduſq; nā q magiſtra vtit̄ natura, ad illius certe leges, & ſūmā cōponit officiis: & deſtinare. ¶ Qui ſolā. i. a ſtoicis, q nihil extra virtutem bonū eſſe decreuerunt, quapp apud illos ſola virtus in appetitionē cadebat. id. n. dr̄ appetēdū, qđ eſt bonū. ¶ Propter ſe: ob propriā naturā: & doces quæ ſunt ſatis ad bene, beateq; viuēdū explicatū eſt hoc decretū: & aliqua ex parte vellicatū in. iii. & . iiii. de finibus. Vera bona, inqt ſtoi

Cōſentaneus ſibi quis dicatur

Virtus ſecundū naturam

Quæ ad felicitate requirantur

Vera bona inquit

eius Seneca, illa ſunt, quæ rõ dat ſolida: ac ſempiterna: quę cadere nõ poſſunt: nec decreſcere qdẽ aut minui. Cætera opinione bona ſunt: & nomẽ qdem hñt cõe cum veris pro prietas aũt boni in illis nõ eſt. itaq; cõmoda vocẽtur: & vt nr̃a lingua loquar, producta. ¶ Ab his q max. veteribus aca demicis. i. Platonicis, & Ariſtotelicis: q tria genera poſue/ runt: principatumq; virtu ti adſcripſerunt: graduſq; ſtatuere bonoꝝ: vt. ſ. mini/

quoniam Ariſtonis, Pyrthonis, & Herilli iam pridem

ma diceret externa: maiora corporis: maxima vero ai. i. vir tutes: quæ humanæ rõnis abſolutiones: & cõſumatiões dif finiunt. ¶ Ea pceptio: traditio pceptoꝝ: ammonitionum: & ordinis vitæ cũ decoro: & e natura degẽdæ. ¶ Academico/ rum: Platonicę familiæ: cui appellationẽ dedit Academia Platonis gymnaſiũ. ¶ Peripateticoꝝ: ſectatoꝝ Ariſtotelis, q in Lyceo docẽs: & in ambulãs peripateticũ ſe appellauit. Hæ duę ſectæ nõ bus tñ differẽtes re ipſa cõgruebãt. i. de bonis maliſq; idẽ ſenſerũt: vt in vltimo de finib⁹ oñdit Ci.

FRA. MAT. ¶ HAE diſciplinæ &c. hoc eſt ſi cõſentire ſibi velint epi/ curei, & queadmodũ diſputãt ita viuere, vluptatiſq; cã oia facere: qd pecudis eſt: nõ hois. Nec minus temeraria eẽt rñ/ ſio epicuri dicẽtis: oia ſe voluptatis cã facere: q̃ Xerxis Per ſarũ regis ſe interrogante cur tã ingentes copias in græciã traiiceret: ſic reſpõderet, vt mella ex Hymetto mõte rapiã. Quod lib. de fini. Cice. ait. Propterea aũt ſi ſibi cõſentaneę velint eſſe, dixit: qm & ſi voluptatẽ ſummũ bonũ eſſe dice/ bat Epicurus: q eũ ea rõnalia, & irrationalia illã appetere cernebat, & dolorẽ ſummũ malũ: quẽ oia aialia naturaliter effugiũt. Tamẽ idẽ dicebat nõ cõuiuia, & comeſſatiões: nõ piſciũ vſum, & cæteroꝝ quæ affert ptioſior mẽſa ſuauẽ vi/ tã gignere: verũ rõnẽ ſobriã, cãſq; pſcrutã: ẽ: cur quæq; vel eligenda, vel fugienda ſint opinioeſq; expellẽtẽ: p q̃s aĩum vt plurimũ occuppat tumultus: & hoꝝ oĩum initiũ maxi/ mũq; bonũ prudẽtiã eſſe. Eudoxus quoq; (vt ait Ariſto.) idẽ q Epicurus aſſerebat: ſummũ bonũ voluptatem dicẽs eſſe dolorẽ ſummũ malũ: q illa cuncta aialia appeterẽt: ab hoc declinarẽt. In cunctis vero eſſe id qd expetit probũ: ac maxime optimũ, & id optimũ intelligi: in qd feranẽ cũcta. eiuſmodi vero voluptatem eẽ: fidẽ aũt habuere eius ſermo nes: pp vitæ probitatem: magiſq̃ p ſeipſos: qꝛ egregiæ mo deſtus videbaẽ: & nõ vt amicus voluptatis hoc dicere cre/ debanẽ: ſed q re vera ita eſſet. Si ergo ſibi cõſentaneæ velint eſſe dixit: hoc eſt ſibi cõſentire. ¶ De officio: qd vt tueamur a nr̃is cõmodis diſcedamus oportet. ¶ Neq; vlla offi. pce/ pta &c. defenſas retentaſq; de officio ſnias ſtoicoꝝ: acade/ micoꝝ, peripateticorũq; eſſe dicit. Nã Stoici nihil bonum

Honeſtũ per ſe eẽ expetẽdũ dicebãt eſſe niſi honeſtũ. Academici tria bona eẽ voluerũt, ai, corpis, externa: quã diuiſionẽ a Platone (vt diximus) ex cogitatã peripateticã ſuſceperũt: & defenderunt. ¶ Firma ad aium referas: q in eodẽ ſemp propoſito pſeueret: & ab/ duci ab eo nunq̃ valeãt. ¶ Stabilia: idẽ eſt: & ſi põt ad exerci tationẽ ipſam & actionẽ referri. ¶ Cõiuncta na. hoc eſt quę naturã optimũ ducẽ ſequãtur: eiq; obtẽperẽt: & vt intelli/ gas: qñ firma, & ſtabilia eius pcepta eſſe poſſunt: ſicut epi/ curi; q cũ patiẽtiã laudet, laborẽ ẽt ſuperfugiat. ¶ Cũ fortitu dinẽ probet tranqllitatẽ appetat. Cũ erogãdum egeno pci piat eſſe: tamẽ ne ſibi ipſi deſit, timeat: & propterea eroga/ re nõ audeat. ¶ Qui ſolã: vt Stoici. ¶ Qui maxime: vt peripa tetici. ¶ Propter ſe: vt ſit ſummũ bonũ: qd oia appetant: cu/ ius gr̃a oia fiãt: vt a me dictum eſt. ¶ Itaq; ſingula ſingulis reddit. Nã Stoici ſolã honeſtatem: peripatetici nõ ſolã, ſed maxime p ſe dicebãt expetendã: a qbus academici veteres: vt docuimus: ferme nihil diſſentiebãt. Dicti aũt ſunt acade mici a loco: in quo regreſſus Athenis Plato a lõga pegrina tiõe cõmorabaẽ. Erat aũt in ſuburbano nemoroſus: a quo/ dã heroe Academo noĩe ſic appellatus: aere minus ſalubri.

ADD. ¶ HAE diſci. q̃ in ſola cõmoditate: indolentia: aut volu/ ptate ſummũ bonum cõſtituunt. ſi veline eſſe conſentaneæ ſibi. i. cõformiter de oĩbus pcipere. nihil. i. nõ aliqd. nõ que ant dicere aliqd ſup. decẽtur de offõ. Neq; vlla pcepta offi/

cii firma, ſtabilia, & cõiũcta naturæ. i. cõformia ad naturã pñt tradi de officio: niſi aut ab his ſup. phis q dicant ſolũ ho neſtatẽ eſſe appetẽdã pp ſe: cuiuſmodi ſunt ſtoicoꝝ quidã. aut ab his qui dicãt honeſtatem eſſe maxime appetendam pp ſe: cuiuſmodi ſunt peripatetici. Nõ opus eſt hic addere virtutẽ: vt ſit aut ſole virtutẽ &c. Itaq;. i. iõ ea pceptio. i. rõ pcipiẽdi: de offõ videli/ cet eſt propria ſtoicoꝝ, aca demicoꝝ, & pipateticorũ. Stoici ſolũ honeſtatem propter ſe appetẽdam dicunt.

PET. MAR. ¶ QVONIAM Ariſtonis: reſpõdet tacitæ obiectio ni. & refellit Pyrthonẽ: Ariſtonẽ & Herillum: poterat. n. obiici, ẽt Pyrrho: Ariſto: & Herillus poſſunt pcipe de offi ciis: qm in virtute ſummum bonũ cõſtituerunt, queadmo/ dum Stoici, academici, & peripatetici. Reſpõdet Ci. dicẽs ipſos potuiſſe qdẽ de offõ diſputare: ſi reliqſſent aliquẽ de/ lectum in rebus, & actionibus: vt eſſet ingreſſus ad officiũ: ſed cum apud illos oia promiſcua ſint. & nihil agendũ tãq̃ bonum dicãt, aut reiiciẽdũ tãq̃ turpe, malumq;: cum nullã in actiõibus humanis dr̃iam ponãt, & virtutẽ ipſam ſe le/ ctione ſpolient: q̃ eligunẽ ea q̃ ad finẽ naturę cõiunctũ pdu cunt: nõ poſſunt diſputare de officiis: q̃ debent eſſe cõiũcta naturæ quã illi oĩno relinq̃bãt: cum dicerent: nihil eſſe ma gis ſm naturã q̃ aliud. Vnde electionẽ & intelligentiã eaꝝ reꝝ: quæ naturę cõgruerẽt, & eaꝝ quę illi cõtrarię eſſent re linquebãt, & p cõſequens ipſam virtutẽ: quę electio eſt: aut nõ ſine electiõe, vt dictũ iã eſt. Cũ. n. ea, q̃ naturę cõueniunt eligimus. i. oia honeſta. & ea fugimus, quę naturę cõtraria ſunt, & infeſta. i. turpes actiões & vitia: virtutẽ hñe dicimur Qui vero virtutẽ ſe lectiõe ſpoliãt ipſam virtutem & pru dentiã: ſine q̃ nõ mõ nõ põt eſſe: ſed ne intelligi qdẽ virtus e medio tollũt, q̃uis vſurpãt nomen virtutis, quę nulla eſſe põt. vbi nihil relinq̃tur expetẽdum, qd naturę magis cõiun ctum ſit q̃ aliud. ſeqreẽ. n. magna vitæ cõfuſio: vt tã turpia q̃ honeſta agere, virtus eẽt. hi ergo nõ pñt tractare off. n: qd ſemp ad honeſtatẽ reſpicit, quã illi a turpitudine nõ ſelige/ bãt: dicẽtes agendũ eſſe qcqd in mẽtẽ inciderit. & hoc mõ dicebãt hoĩem vacare anxietatib⁹, cupiditatib⁹: timore, & aliis affectibus. & illã eſſe Beatã vitã, in q̃ nihil ẽ magis ex/ petendũ q̃ aliud. Viues inqt Ariſt. apud eundem in lib. de fini. magnifice, atq; pclare. ſi qdcũq; viſum erit ages: nunq̃ angeris: nunq̃ cupies: nunq̃ timebis. Cũ igiẽ talia ſentiret: lo cum offõ nõ relinquebat: qd ſeqtur honeſtatẽ, & turpitudi nem fugit: qppe ſi ſtudioſi eſſe volumus: neceſſe ẽ vt turpia ab honeſtis diſcernamus: qd Pyrrho & Ariſto minime fece runt. In vltimo de fini. ſic ait. Multa ſunt dicta ab antiquis de cõtẽnendis, ac deſpiciẽdis rebus humanis, hoc vnũ Ari ſto tenuit pter vitia, atq; virtutes negauit eẽ rem vllã: aut fugiendam aũt expetendam. Herillus cum ſolam ſciẽtiam & ai pfectionem amplecteretẽ, de officiis ptinẽtibus ad vi/ tã degendã diſputare nõ poterat: qm nil aliud agẽdũ in vi ta cenſebat q̃ cõtemplari & phari, & ſic cãm cõſilii capiendi in ipſis actiõib⁹ relinquebat: & naturã q̃ vult vt corp⁹ cureẽ & aĩus. Alr corpus & corporis ptes fruſtra dediſſet ipa na tura, ſi aium tñ curari vellet. & ſic vita humana ſuſtentari nõ poſſet: quapp iſtoꝝ ſnia merito exploſa fuit. Et ſic Ci. p hãc cõfutatione cõſtituit ſummũ bonũ humanũ in opatiõe ſtudioſa, & itelligentia eaꝝ reꝝ: quę ſunt ſm naturã, & ea/ rũ, quę cõtra. Ad hunc ergo finem. i. ad ipſã virtutẽ tanq̃ ad ſignũ quoddã oia officia dirigenda ſunt. Iõ dicit Sene. nõ diſponet ſingula: niſi is: cui vitę ſuę propoſita eſt ſũma. Sci re debet qd petat ille, q ſagittã vult mittere, & tũc dirige/ re, ac moderari mãu telũ: errãt cõſilia nr̃a: cũ nõ hñt, quo di rigant. ignorãti quẽ portũ, petat nullus ſe ſuus vẽtus ẽ. Et alibi dicit: Proponamus oportet finẽ ſũmi bõi: ad quẽ nita mur ad quẽ oẽ fcm nr̃m, deinq; reſpiciat, veluti nauigãtib⁹ ad aliqd ſignũ dirigendus ẽ curſus. vita ſine pposito vaga ẽ.

Ariſtonis opinio de officiis

Officia omnia ad quæ dirigẽda ſint

ADD. ¶ QVONIAM Ari. occurrit tacitæ obiectiõi Ci. pau ciſq; oñdit, hos phos praue de pricipiis naturę, ac pgreſſu iudicãtes. & ſtatuentes nõ poſſe pceptiuã hãc ptẽ tractare: & explicare officia, quoꝝ initia peti a primis naturę donis, & comendationibus

& cõmendationib⁹: quæ primigenia nominauit. M. Varro ab illis philoſophis nullo loco numerata: & ꝓ nihilo habita. Ariſto fuit Chius, ſtoici dogmatis, ferrea qdã: & præfracta opiniõe æmulator. Nam & præter virtutem nihil appetendũ dicit, vt cæteri ſtoici: & primus nullã eſſe in rebus humanis: & vſibus naturæ neceſſariis differẽtiã aſſeuerauit. Hoc idẽ fecit Pyrrho Eleus ſcepticorũ. i. cõmẽtãtium: & de omni re dubitãtium auctor: atq; ſectarius.

Ariſto q̃ fuerit

explosa ſnĩa eſt, qui tamen haberent ius ſuum diſputãdi ſe officio, ſi rerum aliquem delectum reliquiſſent,

Herillus calcedonius in ſententia ſummum decreuit bonũ. Cato, vt ſtoicus apud eũdẽ in tertio de finibus dicit: Explicatur deiceps differẽtia rerũ: quã ſi nullã eſſe diceremus, cõfundetur omnis vita: vt ab Ariſtone: cum inter eas res, quę ad vitã degendã pertineret, nihil omnino intereſſet: neque vllum delectũ adhiberi oporteret. Et alibi: Prima illa naturæ: ſiue ſecunda: ſiue contraria ſub iuditium ſapientis: & delectum cadunt: eſtq; illa quaſi ſubiecta materiæ ſapiẽtię. Abſurdi ſunt & hi, qui cum ſcientia viuere vltimum bonorũ: qui nullã reꝝ differentiã eſſe dixerũt: atq; ita ſapiẽtem beatum fore nihil aliud alii momẽto vllo ante ponentem, vt qu.dam academici cõſtituiſſe dicunt extremum bonorum: & ſummũ numus eſſe ſapiẽtis obſiſtere viſis: aſſenſuſq; ſuos firme ſuſtinere. Piſo peripateticus, apud eundẽ in vltimo de finibus dicit: Sępe ab Ariſtotele, & Theophraſto mirabiliter eſt laudata per ſe ipſa rerũ ſcientiã. hoc vno captus Herillus ſciẽtiã ſummum bonũ eſſe defendit: nec rem vllã aliã ꝑ ſe expetendã. Multo dicta ſunt ab antiquis de contẽnẽdis: & deſpiciendis. rebus humanis: hoc vnum Ariſto tenuit: ꝓter vitia: atq; uirtutes negauit rem, eſſe vllam, aut fugiendam: aut expetendam. Iam pridem: lõgo iam tẽpore.

Ariſtonis opinio

FRA. MAT. ℂ QVONIAM Ariſtonis: multæ fuerunt ſectæ: ſed Pyrrhonis Ariſtonis, & Herilli penitus repudiatę ſunt: qm̃ nullũ rerũ delectũ reliq̃runt. Ariſto Chius finem eẽ dixit ad aliq̃d inter virtutes ac vitia indifferenter viuere, nullam q̃libet modicã veritatem relinquẽdo: ſed æque ſe in oibus habendo, eſſe aũt ſapiẽtem p̃claro hiſtrioni ſimilẽ, qui ſiue Therſitæ, ſiue Agamẽnonis pſonã fingat: vtrunq; decẽtiſſimo geſtu imitat. Naturalẽ itẽ ac rõnalẽ locũ ſubſtulit. dicens: Aliũ qdẽ eſſe ſupra nos: aliũ nihil ad nos: & ſolã quæ mores inſtituat partem ad nos ptinere. Nullũ itaq; delectũ nullam rerũ differẽtiã relinquebat: cum nullã q̃libet modicam varietatem faceret: & indifferenter viuẽdum diceret. inter vitia & virtutes: q̃ſi æqualia atq; idem oia eẽnt. Pyrrho Helienſis negabat quicq; aut turpe eſſe: ant honeſtũ: iuſtum ve; vel iniuſtum. Eadem rõne & in oibus quicq̃ verũ eiſſe. Cæterum lege atq; conſuetudine cuncta hoies facere. Neq; enim eſſe quicq̃ potius q̃ aliud conſequens ad hæc illi vita erat: nihil quippe declinabat: nihil q; deuitabat: ſed omnia ſuſtinebat: & occurentes ẽt currus immotus excipiebat Herillus Calcedonienſis finem ſciẽtiã dixit: cũcta referens ad viuendũ cũ ſcientia: ne ignorantia deiiciamur: Eſſe autẽ ſcientiam habitum in phantaſiarum acceptione nõ explicabilem verbis. Aliquãdo nullum eſſe finẽ dicebat: ſed ꝟm caſus varios: & res: mutari ipm, vt ſit idẽ æs & Alexãdri fiat ſtatua: & Socratis: Differre aũt finẽ: & cãm quã ὑποτελίδα vocabat. i. fini ſubiectã: hancq; & qui ſapientes non ſunt: ſuſpicari illum neminem niſi ſolum ſapientem. Quę aũt inter virtutem & vitium ſint indifferentia eſſe. hæc quę ſuperius dixi: Laertius Cic. lib. de finibus ſecundo. Quæ cum Ariſtoni: & Pyrrhoni oino viſa ſint ꝓ nihilo: vt iter optime valere: & grauiſſime ægrotare nihil proſus dicerent intereſſe: recte iam pridem contra eos deſitũ eſt diſputari. Dum. n. in vna virtute ſic oia eſſe voluerunt: vt eam rerũ electione ſpoliarent: nec ei quicq̃ aut vnde oriretur darẽt: aut vbi niteretur: quam amplexabatur ſuſtulerunt. Herillus autem ad ſcientiam omnia reuocans: vnum quoddam bonum vidit: ſed nec optimũ: nec quo vita gubernari poſſit itaq; hic ipſe iam pridem eſt reiectus.

Pyrrho negabat q̃cquam inueniri q̃d eſſet honeſtũ, iõ fuit exploſus

ASCẼ. ℂ QVONIAM ſnĩa, i, iudiciũ: & opinio. Ariſtonis Pyrrhonis: & Herilli illorũm. ſ. philoſophorũq; ſummum bonum non ſine virtute eſſe ſenſerũt, eſt iam pridem. i. iam diu. a pluſculis temporibus.

PET. MAR. ℂ EXPLOSA: reiecta & excluſa. Explodo nõ tm̃ ſignificat eiicio: ſed eiicio manibus, & qdẽ cũ ſono pulſantibus, & q̃ſr quẽpiã e domo, e theatro, ex aliquo ve ꝯcilio interiectiõe manuũ. atq; pulſatiõe eiicimus. Vnde ſnĩa dicitur exploſa: q̃ſi pulſatione manuum eiecta, tãquã ipſi illi, qui huius ſententiæ auctores ab ipſo cœtu iniectis in eos mãibus reiecti ſunt. Anaxarchũ (authore Euſebio) Pyrrho audiuit, qui nec ſenſu, nec ratione quicquã poſſe cõprehendi docens: magno riſu omnium exploſus eſt. Huius opinionis auctor fuit Xenophanes: quẽ Pythagoras & Neſſas audiuerũt: Neſſam Metrodorus: Metrodorũ Diogenes: Diogenẽ Anaxarchus: Anaxarchũ Pyrrho. ℱ Tñ: quãuis exploſa & reiecta ſit. ℱ Haberent ius ſuũ. i. poſſent iure ſuo diſputare. ℱ Si aliquem delectum: ſi poſuiſſent aliquam differentiam in rebus agẽdis: vt aliquid agendum eſſe. potius quã aliud. Hebere enim delectũ rerum eſt inter res: ipſas: circa quas humana vita verſatur: ponere aliquã differẽtiã: vt aliquid agendum ſit tanq̃ honeſtum: aliquid vero fugiẽdum tanq̃ turpe. Delectus dicitur a deligo deligis quod idẽ eſt quod ſeligo, & eligo: & facito differentiam. vnde ſectio dicitur a Cicerone. Virtutem, inquit, in libris de finibus Pyrrho & Ariſto ſelectione ſpoliabant. Iſti igitur nõ ponebãt aliquam differentiam in rebus appetẽdis, aut fugiẽdis, ſed res ipſas promiſcuas dicebant, cum ꝓprium prudentiæ ſit bonorum, malorũq; habere delectum. Aequatis autẽ omnibus rebus: vt inter has nihil interſit: prudentia non habet locum. & ſic perit virtus, cuius nomen illi vſurpabant: in ea ſummum bonum ponente: quæ apud ipſos nulla eſſe poterat: cum nulla eſſet rerum ſelectio. Pyrrho & Ariſto prima naturæ. i. bonam valetudinem, membrorum integritatem ac ſenſum & ſimilia non curant virtutis ſplendore capti. quapropter exploſi ſunt: quoniam virtus inuenta fuit, non ut naturam dilereret: ſed vt illlam adiuuat ad conuerſationem eorum, quæ homini tribuit. temperantia enim valetudinem tuetur. fortitudo & ſe & ſuos.

Explodere quid ſignificet.

Delectus vnde

ADD. ℂ EXPLOSA: ignominioſe reiecta, & excluſa tanq̃ e Theatro quũq; ſpectatoribus nõ arriſiſſent. Explodere eſt colliſione manuum ac ſono: necnon ſibilo effugare, contumeliiſq; afficere. ℱ Qui tñ: q̃uis exploſi ſint: iquit Cicero. attamen qa virtutem ac ſcientiã bonũ ſummũ, decreuerũt poſſent p̃cepta tradere officioꝝ, ſi poſuiſſent conueniẽtem differentiam in primis ꝟm naturã: ſiue primigeniis, a q̃bus oritur officium. i. actio naturæ vſibus neceſſaria: conſentaneaq;. Cato apud eundem Ciceronem in. iii. de finibus dicit: Initiis ita conſtitutis primum eſt officium. Id enim appello cathecon: vt ſe conſeruet in naturæ ſtatu: deinceps, vt ea teneat, quæ ꝟm naturam ſint, pellatq; contraria. Stoici ergo, niſi tenuiſſent hoc reꝝ humanarum diſcrimẽ: atq; delectum in eadẽ cã eẽnt, qua Pyrrho: & Ariſto: apud quos nulla officii origo inueniri poteſt: cum omnia ęquata ſint, & prudentia officii magiſtra nullum habeat locum. Vnde dicit Cicero alibi: Quæ adhuc Cato a te dicta ſunt: eadem dicere poſſes. ſi ſequerere Pyrrhonem: aut Ariſtonem. nec enim ignoras ſi is iſtud honeſtum non mõ ſummũ: ſed etiã (vt tu vis) ſolum bonũ videretur. Quero igitur nõne tibi faciendum idem ſit nihil decenti bonum, quod nõ rectum, honeſtumq; ſit: reliquarum rerum diſcrimẽ oẽ tollenti: reſpondet Cato: Certe ſi tollerem: ſed relinquo. Nã explicatur a nobis differẽtia rerũ: quã ſi non vllam eẽ diceremus, cõfunderetur ois vita, vt ab Ariſtone: neq; vllum ſapiẽtiæ munus inueniretur: cum inter eas res, quæ ad vitam degẽdam pertinerent: nihil omnino intereſſet: neq; vllum delectum adhiberi oportere. ℱ Suum ius: ꝓpriam poteſtatem: & libertatẽ. ℱ Diſputandi: quærendi: & via, modoq; diſſerendi: ac pręcipiendi, cũ in virtute ſummũ bonum ponant:

vt ad officii inuentionem aditus eſſet. Sequimur igitur hoc quidem tempore, & in hac quæſtione potiſſimum ſtoicos, non vt interpretes, ſed, vt ſolemus, e fontibus eorum, iudicio arbitrioq; noſtro, quantum quoq; modo videbitur, hauriemus.

eorum temen peruertunt:e medioq; tollunt prudentiã ois honeſtatis formã, & ducem eum oia exæquent:pariaq; faciant:nullum deniq; relinquãt diſcrimen. Nam virtus aut ſelectio eſt:aut nõ ſine ſelectione, quę offm dirigit: & comitatur. ¶ Rerum.i.eorũ oium:quæ nec virtuti adnumerant̃, nec vitio:vt ſint cõmoda corporis: & fortunæ: necnon his contraria, & fugiẽda, ſed tales philoſophi inter optime valere grauiſſimeq; ægrotare nullam dicebant eſſe differẽtiã. In tertio de finibus dicit. Quid aũt apertius, q̃ ſi ſelectio nulla ſit ab his rebus, quæ contra naturã ſint earũ rerum, quæ ſint ſm naturã tollatur:demum oĩs ea, q̃ quæritur:laudaturq; prudentia. ¶ Delectũ:ſelectionẽ, atq; diſcrimẽ rerũ aſſumendarũ pro vſu vitæ, ac reiiciendarum.

FRA. MAT. ¶ EXPLOSA:repudiata:cũ de riſu eiecta. Eſt aũt explodere manibus quẽdã cum ſono eiicere: qualr e domo:e theatro ex aliquo cõcilio eiicimus. ¶ De offõ:de actiõe virtutis. ¶ Aliquem delectũ non ducerent. Sicut Ariſto æque in omnibus viuendum:aut quicq̃ turpe:aut honeſtum i iuſtum vel iniuſtum negarent. Et quæ inter vitium & virtutem ſunt indifferentia eſſe:vt Pyrrho, & Herillus.

ASCẼ. ¶ EXPLOSO.i.explodendo in ſcholis dãnata. Explodere.n.eſt concuſſis manibus loqui volentem impedire: & ita eũ vt indignum eiicere ſicut mutãdo.e cõtrario applaudere eſt ẽt manibus aſſentiri. Componitur autem ab extra & plaudo au in o. Qui philoſophi tñ:licet eorum ſentẽtia exploſa ſit haberent ſuum.i.debitum, & propriũ ius diſputãdi de officio. Si reliquiſſent in ſcriptis ſuis aliquem delectum.i. aliquod boni & honeſti diſcrimen ſpiritualiter de ipſo cum quadam elocutione locuti fuiſſent ita.

Explodo Applodo

PET. MAR. ¶ AD OFFICII inuẽtionẽ:officiũ nõ põt inueniri & cõſtitui:niſi honeſta diſcernantur a turpibus:illi nullum relinquebant ingreſſum ad officia i cum oĩs res ita exequarent:vt inter ipſas dicerẽt nihil intereſſe. eſt enim officium agere honeſta:turpia vero cõtra officium. Sed cũ dicit̃ nullam eſſe differentiã inter honeſtũ & turpe, nõ relinquit̃ aditus ad inuentionẽ officii. habito autem rerũ delectu, ſtatim officium inuenit̃:agere.ſ.q̈ honeſtũ eſt: & turpitudinem fugere. Plato in dialogo de voto ſic ait: Prudẽtes ſunt qcũq; agenda, dicendaq; cognoſcunt, qui vtraq; ignorant, ſe non cognoſcunt, vt agẽtes, & loquentes, q non oportet. Igit̃ cũ iſtorum ꝑpria ſit ꝑceptio de officiis. Hoc tempore: ſcripturis de officiis inquit. Volo potiſſimum imitari ſtoicos, & maxime Panetiũ, qui de officiis accuratiſſime ſcripſit: quẽ fere totum his libris Cicero hauſit. ¶ Hoc tempore quo.ſ. ad te ſcribimus:quem mediis officiis:cum in ea ætate ſis, in qua non potes habere perfectam prudentiam ad pfectum officium:quod in ſapientem ſolum cadit, præparare, ac ducere cupio. Segregabo:inqt, media officia, ſiue cõia de ipſis ad tuam inſtitutionem:cæterorumq; ſcribam:vt tandẽ ad perfectum, ſiue rectũ peruenias.i.ad tuam pfectionẽ, & felicitatem:quã Stoici in ſola virtute ponebãt:cui nomen indidere honeſtũ. & cum dicit hoc tempore:oſtendit Ci. nolle diſciplinam ſtoicorũ ita tenere:vt alias reiiciat: cũ ſe academicum ꝓfiteret̃. Volo, inqt, in præſentia potiſſimũ imitari ſtoicos. nec volo ipſorũ ſingula verba interpretari tanquã illorũ ſectæ addictus, & diſciplinæ:ſed id accipiam, qđ mihi videbitur ꝓbabile, vt decet academicum. Et vtit̃ pulchra tranſlatione. Locos.n. graues & ſtoicorum opiniones appellat fontes:ex qbus vult haurire.i.accipere id, qđ probabile videbitur. ¶ Potiſſimum:maxime: qa non relinquit diſciplinam peripateticorum & academicorum:ſed id accipit vbiq;, quod conuenit materiæ, de qua ſcribit. ¶ In hac quæſtione:inqſitione officii. ¶ Sequimur ſtoicos: ſcribã, inquit, de mediis officiis:quæ a ſtoicis, neq; in bonis, neq; in malis ponebantur:ſed eſſe dicebant actiones, de qbus reddi poſſet certa ratio, vt ſunt hæc officia, quæ literis Cicerone mandatur. Nam Zeno recta facta ſola in bonis ponebant peccata in malis:officia aũt media putauit. Vnde cũ Cice. intendat rudes inſtituere, & hoies ea rõne:qua verſantur in ſocietate ciuili, & nõ ſunt prudentes i dat præcepta officiorũ.i.actionum:de qbus poſſit reddi ratio. ¶ Non vt interpretes:non q̈ velim, inqt, tanq̃ illorum diſciplinæ addictus interꝑtari ad verbũ ſñias eorũ.i.latine exprimere qcqd illi græce ſcripſerũt ſed hauriam e fontibus eorũ quę probabilia videbuntur vt facere in aliis opibus ſcribẽdis cõſueui. Cicero.n. (vt ſupra dictum eſt) noluit ſibi aliquam certam ꝑſcribere diſciplinã phorum: ſed ex oibus id, quod melius, & probabilius videbat̃, eligit i oratorioq; ornatu cõplexus excoluit. In primo de finib⁹:ſic ait. Quod ſi nos nõ interꝑtetũ frãgimur munere, ſed tuemur ea: quæ dicta ſunt ab his, quos ꝓbamus:eiſq; noſtrũ iudiciũ, & noſtrum ſcribendi ordinem adiungimus:qd habẽt cur græca anteponat his quæ & ſplendide dicta ſunt, neq; ſint ꝯuerſa de græcis. ¶ Iudicio nr̃o:iudicabo, inqt, Cice. tanq̃ arbiter non interpres qd ex opinionibus ſtoicorũ tenendum ſit. & ſic laudat ſe dicens futurũ ſe iudicem, & arbitrum ſtoicorũ. Interpres ad verbum exprimit id, quod interpretatur:nec aliqd addit:aut minuit. hoc eſt officium fidi interpretis. Iudex ante hẽt delectum, & ea tenet, q̃ ꝓbabilia videnẽ: reiicitq; improbabilia, in quo delectu habendo opus eſt iudicio:quod Cicero ſe iam habere latenter gloriam: dicens ſe nolle fungi in hoc interpretis officio:ſed iudicis, atq; arbitri, quod maius eſt. Arbitrium quippe iudicium eſt:non oẽ iudicium eſt arbitriũ. Iudicium.n. ratione nititur: arbitriũ etiam volũtate pro qua ponitur alion̄. Iudex.n. de iure ſolum iudicare debet: & non tranſgredi limites rõnis, & pręſcripta legum: arbiter aũt ꝓ volũtate ſua. Arbiter.n. ꝓprie eſt iudex electus ex conſenſu partium: vt pro ſua voluntate diiudicare, & cõprimere poſſit controuerſias, vt poſtea dicet de Labeone. Qui datus fuit arbiter Nolanis: & Neapolitanis diſceptãtibus de finibus agrorũ. Cicero igitur nõ vt interpres:ſed vt arbiter accipiet ex opinionibus ſtoicorũ quicquid placuerit ei melius, & probabilius:iudicio, arbitrioq; ſuo videbitur. Arbiter, inqt Nonius, dicitur iudex, qui totius rei habeat facultatem. & arbitrarium dicit̃ ſententia, quæ ab arbitrio ſtatuitur.

Zenonis opinio de officiis

Interpres qs dicat̃. Arbitriũ a iudicio i quo diſferat & i quo iudex ab arbitro

ADD. ¶ IN TENTIONEM officii:actionis naturæ congruentis. ¶ Aditus:ingreſſus:acceſſus per intelligẽtiã.ſ.earũ rerũ, quas appetit natura: & ſeqtur: & illarũ, quas auerſat̃: & quoad põt, declinat. Apud illas diſciplinas nullũ habẽt officia locum, q̃ nullã præ ſe ferunt prudentiã:ſed confuſionẽ vitę profitent̃, vel maximã. ¶ Seqmur: imitamur ea libertate, quam nobis dat academia:nõ enim in verba certi magiſtri iurauimus:ſed ſequimur quodcunq; ꝓbabile viſum fuerit:viuimuſq; in diẽ. ¶ Quæſtione:inqſitione:ac ꝑſcrutatione officiorũ:q cathecontã vocãt græci:cõuenientia, & decẽtia nr̃i. ¶ Potiſſimum:maxime:ac in primis. ¶ Nõ vt inter. tanq̃ latine exprimentes ſtoicorũ decreta: & pręcepta:nolo, inqt, appellari interpres opis, alieni, ſed auctor officiorũ, & magiſter: voloq; meus eſſe:nõ alienus. ¶ E fontibus.i.locis, atq; ſentẽtiis. rigabo:inqt, meũ hunc hortulũ ſtoicis aqs: & officiorũ ꝑcepta ꝯcinnabo porticalibus inſtrumẽtis, & ſeueri ſupcilii calamiſtris. ¶ Quoq; mõ:quacunq; via & rõne. ¶ Arbitrio:volũtate:ac libertate, quã hẽo, vt academicus. ¶ Hauriemus:delibabimus:aſſumemus: noſtrũq; vſum faciemus. bñdicta q̃cunq; cõia ſunt: & aliqua cõmutatiõe verborũ occupãtis fiũt honeſtiſſime. Turpe eſt ſeni (dicit Seneca) aut ꝓſpicienti ſenectutẽ ex cõmentario ſapere: aliqd de tuo ꝓfer:oĩs iſtos nunq̃ auctores ſemper interꝑtes ſub aliena vmbra latentes nihil exiſtimo hẽre generoſi:nunq̃ auſos facere aliqd quãdiu didicerunt memoriã in alienis exercuerunt:aliud eſt.n. meminiſſe, aliud ſcire. Meminiſſe eſt rem

Meminiſſe & ſcire in quo differãt.

commiſſam

commiſſam memorię cuſtodire. At cōtra ſcire eſt: & ſua facere quęq;: nec ab exemplari pendere. Ego vtor via veteri: ſed ſi priorē: planiorēq; inuenero, hanc muniam. & qui ante nos iſta mouerunt: nō dñi nři: ſed duces ſunt patet oibus veritas: nōdū ē occupata: multū ex illa futuris relictum eſt.

FRA. MAT. ¶ AD OFFICII inuentionē: hoc eſt vt dētias reꝝ cognoſcētes quō vtendū offō

Pyrrhōis & Herilli dictum

eſſe per eos intelligeremus. ¶ Seqmur igit: ꝯcluſio ē hoc tpe ſcribētes de officiis. Potiſſimū iō hoc aitqa & academicos & pipateticos quoq; ſeqtur aliqd a ſtoicis diſſentientes. ¶ Queſtione diſputatione: inqſitione: materia. ¶ Nō vt interpťes: vt q̄ illi dicūt tm̄ transferamus. & nihil ex nobis adiciamus. ¶ Vt ſole. in libris nřis: quos de phia grecos imitātes ſcribimus. ¶ E fontibus eoꝝ: tranſlatio eſt. ¶ Iudicio: vt eligamus q̄ eligenda videnť. ¶ Arbitrio: voluntate.

PLacet igitur (quoniam oīs diſputatio de officio futura eſt) ante diffinire, qd ſit officiū, qd a Panetio prętermiſſum eē miror.

ASCĒ. ¶ VT aditus. i. aggreſſus. eſſet ad inuētionē officii, qd in eoꝝ ſcriptis nullus eſt: eo qd cōfuſe loquunť. igiť illi reiecti ſunt. & alii nō reiiciendi minus recte diſputāt de offō nos cōſeqmur qdē. i. certe: hoc eſt licet non ſemp, tm̄ hoc tpe, & in hac quaeſtione potiſſimū ſtoicos. nō vt. i. tanq̄ ſimus ſup. ſtoicoꝝ interpťes. i. eoꝝ ſcripta nihil mutādo, addēdo, aut ſubtrahendo e graeco in latinum vertētes. Sed nos hauriemus. i. extrahemus eoꝝ. ſ. ſtoicoꝝ fontibus, vt ſolemus. iudicio & arbitrio nřo. i. iuxta iudiciū & arbitriū nřm. tm̄ ſup. q̄tū videbiť ſup. cōmodū. q. p &. eo ſup. mō quo videbitur ſup. cōmodū. Aduerte āt grāmatice: quoties p metaphorā: i. trāſlationē loq̄ris: pſeuerabis in eo ſicut hic Ci. qa inuēta & excogitata ſtoicoꝝ fontes vocat: ſubiūgit hauriemus: qd ad aq̄s ſpectat: nō excerpemus qd a fructus ſpectaret. Scies itē quoq; duas eſſe dictiones: nō enim eſt cōpoſitio hic, ſed appoſitio: qa idē eſt qd & quo leges quoquo vt pleriq;.

PET. MAR. Diuiſio quotuplex ſit

PLACET igitur. Priuſq̄ de re diſputare incipiat: vt viteť ois ambiguitas: offm̄ pri⁹ diuidit: inde diffinit. nā ꝓpō. ambigua diſtinguēda eſt: & cū ſumus in aequocatione: debemus diuidere vocē aequocā in ſua ſignificata. Diuiſio ſit tripľr: gnūs in ſpēs: vt aialiū: alia ſunt rōnalia alia irrationalia. Totius in ptes: vt domus: aliud ē tectū aliud pauimentū: aliud paries. Vocis in ſignificatiōes proprias, vt canis ſignificat aial latrabile: ſidus caeleſte: canē marinum. Et cū ſit diuiſio nois p ſignificationes ꝓprias aequiuocationis partitio nūcupať. Cū ofo ambigua in ſignificationes proprias diſtribuit: diſcretio ambiguitatis appellať: quam graeci amphibologiā dicūt. vt eſt illud: Aio te aeacida Romanos vincere poſſe. Ergo cū nomē plura ſignificās aequocū ſit: vt inter eos, q ambigunt cōueniat, qd ſit id, de quo agiť. Diſtinguēdū eſt, & offm̄ eſt nomē ęquocū: niſi aliqd addať. Nā eſt offm̄ mediū & pfectū. mediū poſitū eſt in p̄ceptis: pfectū ſiue rectū ptinet ad finē bonoꝝ. Sed in hoc loco vtiť Ci. diuiſione gnūs in ſpēs, offm̄. n. eſt tanq̄ genus: & duas hēt ſpēs cōiunctas: offm̄ pfectū, & offm̄ mediū. Diſputaturus, inqt, ſum de medio offō, ſiue cōi: qd tendit ad finē & cadit ſub p̄ceptis, qbus vſus vitae in ois ptes conformať. ¶ Diſputatio: ſubtilis inqſitio. ¶ Ante q̄ incipiamus diſputare, vt ois tollatur ambiguitas. ¶ Diffinire: patefacere, qd ſit offm̄. Nā cum quęrimus officium: nō poſſumus ſcire quale ſit: niſi prius qd ſit cognouerimus. Vnde in. ii. lib. de finī. cōfutaturus opinionem Epicuri de ſummo bono diffinit voluptatē: ait q; neceſſariā eſſe diuiſionē, & finitionem rei omnis aūt in quaerēdo dicit, q̄ via quadā & rōnē hētur ofo p̄ſcribere primū debet: vt qbuſdā i formulis ea res agatur, vt inter quos diſſeriť ꝯueniat: qd ſit id de quo diſſerať. & i Oratore hoc p̄cepit dicēs: Nouerit primū vim: naturā: genera verboꝝ, & ſimplicium, & copulatoꝝ. Deinde quot modis qdq; dicať: qua rōne verū falſumue ſit iudiceť; quid efficiať a quoq;: qd cuiq; cōſequēs ſit: quodq; contrarium: cumq; ambigue multa dicenť: quō qdq; eoꝝ diuidi, explanariq; oporteat. Explicāda igitur eſt verbis mens nřa: atq; inuoluta rei notitia diffiniendo aperiēda eſt. Si qdē diffinitio eſt ofo: q̄ qd ſit de quo agitur oñdit quā breuiſſime. Ex

Diffinitio qd ſit

plicato genere cuiuſq; rei: videndū eſt, q̄ ſint eius gnīs, ſiue formae, ſiue partes: vt in ea tribuať ois ofo. Finitio (vt inqt Fabius) eſt rei ꝓpoſitae ꝓpria, & dilucida, & breuiter cōprehēſa verbis enūciatio. ¶ Diſputatio: propriae dialecticorum eſt q ſubtiliter cū ratione, formuliſq; oia inquirunt: & tractant. Cicero ait in Oratore. Quāquā aliud videtur ofo eē: aliud diſputatio: nec idē loq̄ eſſe: quod diceret: at tamen vtrunq; in diſſerēdo eſt. Diſputandi ratio, & loquendi dialecticoꝝ eſt. Oratorū aūt dicēdi, & ornādi. Plato ſic ſcribit in phaedro: In oibus o puer vnicū principiū his q bn̄ cōſulere volunt: eſt intelligere qd illud ſit, de quo cōſultať: vel oino aberrare neceſſe eſt: pleroſq; vero latet q nēſciant rei ſubſtantiam: ergo inqt: ne nobis accidat qd in aliis dānamus, qd amor ipſe ſit: & quā vim habeat diffinitione ex cōſenſu poſita cognoſcamus. & poſt paulo dicit: Eos q bene diuidere res nouerunt, ac diffinire dialecticos appello. Ariſtoteles i. x. hiſtoriae aialiū ſic ſcribit: Cū vero quāobrē antiqores illi auctores nō adhūc venerint modū qa qd res eſſet: atq; ſubſtātiae diffinitionē ipſam explicare nō ſolebāt. ſed Democritus hāc tetigit primus, Socratis vero temporibus vſus qdē diffiniendi increuit: indagatio rerum naturalium deſiit. Nā omne pħandi ſtudium ad vtilē virtutē: ciuilēq; vſum trāſlatum ē. ¶ Q d. ſ. diffinire, qd ſit officium, miratur Cic. Panetium ſtoicū di-

Ciceronis error

ſputatum de officii p̄termiſiſſe officii diffinitionē. Sed (pace Cice. dixerim) Panetius cū eſſet ſtoicus, ne a dogmate diſcederet iure ſuo & diuiſionem officii, & finitionem omiſit, cū apud Stoicos nulla eſſet ambiguitas: de qbus officiis diſputādum eſſet: qm̄ (vt ſupra dictum ē) ex corectiōe Zenonis officia media erant inter honeſtū & vitiū. Vnde cum dicerent ſe diſputaturos de officiis: intelligebāť de officiis mediis, & actiōibus, de qb⁹ poſſet reddi certa rō & Zeno nō virtutis vſum academici & peripatetici, ſed ipſum habitū virtutis p ſe p̄clarū eē dicebat, oibuſq; affectib⁹ ſapiētem vacare voluit: qd negāt Peripatetici. nō igiť opus erat tanq̄ vocē ambiguā diffinire offm̄, cum apud ſtoicos planū eſſet officia, de qbus dātur p̄cepta, eſſe media & neq; in bonis: neq; in malis locari. & medium offm̄ vocabant cathecō .i. cōueniens. pfectā vero actionem & rectam catorthoma: & catorthoſim. Cato tenēs ſtoicorū dogma libro tertio de finibus: ex ſtoicorum ſnīa ita loquitur: Sed cum qd honeſtū ſit, id ſolum bonum eſſe dicamus: cōſentaneum tn̄ eſt fungi offō: cum id offm̄, nec in bonis, nec i malis ponamus. Eſt. n. aliqd i his rebus probabile: & ita qnidem, vt eius rō reddi poſſit: ex quo intelligitur offm̄ mediū quoddam eſſe: quod neq; in bonis ponatur: neq; in contrariis: qd ratione actum erat: id officium appellabant ſtoici. Igitur non oportebat diuidere: finireq; cathecon. i. officium: quod per ſe claꝝ erat ex ſtoicorum diſciplina. Ergo cum dicebat ſe daturus praecepta de officiis. de mediis: ſiue communibus ſiue ambiguitate aliqua intelligebatur, & ideo rem per ſe claram non erat opus diffinitione patefacere.

¶ ANTE diffinire: patefacere: determinare q̄ vis huic verbo ſubiaceat. ¶ Praetermiſſum: praeteritum: relictum. Ne meritis Cice. quoniam ſtoicus philoſophus nō floſculos quoſdam: aut ſuperflua rectatus ſuo iure praetermiſit: eius rei diffinitionem: quae in ſtoico decreto notiſſima erat: & nullam hēbat ambiguitatē: cum aequiuoca nō eſſet. ſed vniuoca. Cathecon ſiqdē naturae congruentem ſignificat actionem de qua inſtituebat pręcepta Panetius: perfectam vero actionem catorthoma ſtoici appellabant: & catorthoſim rectā affectionem. Adſtipulatur meae opinioni Boetius: qui differens de vtilitate, ac neceſſitate diffinitionis dicit: Si verba aut nota oibus extitiſſent: aut ſignificationē ſui ſemper tenerent: & nō ambiguo, vel obſcuro dicto audientes fallerent; & loquentes ſub diuerſa interpretatione deciperent omnino diffinitio neceſſaria minime crederetur. ADD.

Omnis enim, quæ à ratione ſuſcipitur de aliqua re inſtitutio, debet à diffinitione proficiſci, vt intelligatur quid ſit id, de quo diſputatur.

FRA. MAT. PLACET igitur. Iam finito exordio opus ipſm aggreditur: prius aūt officium diffinit: quod fieri debere dicit quoties aliqua de re aſſumit diſputatio: vt intelligat̃ qđ illud ſit, de quo diſceptatio eſt. Diffinitio enim diffinitum exponit. ſi ergo officiū diffiniatur per aliquod diffiniens: quid ipſum ſit clarius percipietur. Sed vt qualis ſit hæc Ciceronis, qua hoc loco vtit̃, diffinitio, facilius comprehēdatur. Sciendum multa a topicis diffinitionū ſpēs tradi: quas omnes nos cū in rhetoricos Ciceronis ſcriberemus ſubiectis exemplis explicauimus. Vna tantum propria eſt philoſophorum: quæ ουντατιxη & ουσιωδης a græcis vocatur. & hic diffinitur. Diffinitio eſt rei propoſitę propria dilucida, & breuiter comprehenſa enunciatio. Cōſtat autem genere, ſpecie, differētia: vel differētiis propriis quid ſit res aperit, qualis ſit, & quemadmodum ſuis membris cōſtare debeat. Philoſophus quoq; primo topicorum orationem eſſe diffiniuit quid eſt eē rei ſignificationem. & nos orationem compoſitam accepimus ex genere & differentia: vel ex eo quod per modum generis. & eo quod per modum differētiæ ſe habeat. q̄ ſi plures fuerint partes: prima genus erit, reliquæ omnes differentiæ loco. Et genus diffinito communius debet eſſe: differentia vero æqualis ſi vna tantum fuerit. Sin vero plures omnes cum diffinito ſimul conuertuntur: vt ſi æquū finias. Equus eſt animal mortale, irrationale, hinniens. Animal genus eſt equus ſpecies, mortale & irrationale, differentiæ. hinniens proprium. hęc diffinitio cum diffinito congruit: cætera omnia excludit. rei enim eſſentia per ſubſtantialia ſignificat. Eſt alia diffinitio quæ deſcriptio proprie nominatur: non per ſubſtantialia: ſed per accidentalia rei eſſentiam aperiens: vt homo eſt animal ſociabile bipes. Hæc fit multis modis. Cum aūt accidentia ſeu proprietas colliguntur: vt animal eſt quod voluntate ſua moueri poteſt. Animalis enim accidentia motus ſunt poſſibilitas, voluntas, aut membra explicantur rei & enumerario fit partium: vt domus eſt quæ cōſtat tecto, pariete, & fundamētis. ex hac membrorum partitione qđ ſit domus intelligitur. Nam ſi vna ex his partibus, quæ integrales vocantur, defuerit domus non erit aut nō mēbra enumerantur: ſed ſpecies diuidūtur: vt animal eſt quod vel ſenſu tantum: vel ſenſu ex ratione vtitur: duas enim ſpecies hic complectimur. Animalis irrationalis vt leonis: bouis p ſolum ſenſum: & rationem homines. Et ſecūdum hanc partem offīn Cicero diffinit. ⁋ Quod a Panetio prætermiſſum miror: hic rhodius fuit: circa res ciuitates & philoſophiam ac liberales artes maxime inſignis. De officiis ſcripſit, quē Cicero æmulatur. Sed hoc loco reprehendere videtur qđ officii diffinitionem prętermiſerit. fuit autem academicę ſectæ eius quæ vetus vocatur.

> Diffinitio conſtat ex gñe ſpecie & differentia. Aliud eſt qñ plures cum diffinitio ſimul conuertitur.

ASCĒ. PLACET igitur. Hic oſtendit a quo exordiēdum ſit: quia de diffinitione eius, de quo agendum eſt, prętermiſſa tamen (ſi multiplex ſit) eius diſtinctione ac diuiſione. Ordo eſt: igitur quoniam omnis diſputatio futura eſt de officio. placet diffinire ante: ideſt in principio. qđ ſit officium, quod ego miror eſſe prętermiſſum a Panetio ſtoico philoſopho: qui de officiis plurima ſcripſit. ſed Marſus oſtendit non eſſe mirandum: oſtendit tamen cur miretur dicens.

PET. MARS. ⁋ OMNIS enim: pbat Cicero, quare Panetius debuerit officium diffinire: vt. ſ. tolleretur omnis ambiguitas: & intelligeretur, de quo diſputandum eſſet: & qđ eſſet iſtud officium: & quæ vis huic verbo ſubiiceretur. ⁋ Omnis inſtitutio: præceptio, & propoſitum de aliqua re agēda. In oratore ſic ait: Quicquid eſt igitur, de quo ratiōe, & via diſputetur: ideſt ad vltimum ſui generis formam, ſpeciemq; reuocandum. ⁋ A ratione: nā ſcientia (vt dicebat Plato) non poteſt eſſe niſi in rationibus. qua de cauſa diffinitiones rerum probabat, & has ad omnia, de quibus diſputabatur, adhibebat. Ideō dicit à ratione, qua dialectici vtuntur. nam nihil dicunt ſine ratione: quorum propria eſt diſputatio: nam dialectici argumentis, & quaſi rerum notis ducibus vtuntur ad probandum & ad concludendum id, quod explanari volunt. Omnis igitur ratio, quæ via quædam & ratione habetur: debet habere initium diſputationis a diffinitione: vt vitetur omnis ambiguitas. Diffinitio eſt patefactio rerum opertarum: cum quid, quidq; ſit, aperitur. Et omnis bona diffinitio conſtat ex genere & differētiis, vt homo eſt animal rationale: & nihil carens genere, vt differentiis diffinitur proprie: ſed ita verbis circumſcribitur: vt cum aliis commune nō ſit: & intelligatur quid ſit id quod eo modo deſcribitur. Res ſuperiores nulla diffinitio complectitur: iccirco quot earum ſuperiora genera inueniri non poſſunt. Inferiores, vt ſunt indiuidua: ipſæ quoque ſpecificis differentiis carent: quocirca ſecluduntur etiam ipſæ a diffinitione. Mediæ res quæ, & habent genera, & de aliis: vel de ſpeciebus, vel generibus, vel indiuiduis prædicantur: ſub diffinitione cadunt. Deſcriptione vtuntur oratores cum patefaciunt vim, & proprietatem alicuius rei, de qua dicunt. Latius enim vagantur: & pluribus verbis circumſcribunt, id quod volunt intelligi. Partitio eſt generis in proprios locos diſputatio: vt bonorum: alia ſunt in animo: alia in corpore: alia extra corpus. Genus in diffinitione poſitum cum cæteris vnit id, quod diffinitur: differentia vero ſeparat, & propriam facit formam.

> Diffinitio ex quibus conſtet

ADD. ⁋ A RATIONE: a formula rationalis diſciplinæ: ideſt logices. quæ viam & modum diſſerendi præſcribit: diuidereque docet res: ac ſingulas diffinire, vt omnis ambiguitas diſputationis tollatur, & concordes inuicem ſint diſſerentes de re propoſita & tractanda. ⁋ Inſtitutio: inceptio: quæſtio: principium. ⁋ Proficiſci: originari a declaratione rei diſceptandæ. Platonem imitatur Cicero in phædro ſic ſcribētem: In omnibus o puer vnicum principium his, qui bene conſulere volunt, eſt intelligere: quid illud ſit, de quo deliberatur: vel omnino aberrare neceſſum, pleroſque vero latet: quod neſciant rei ſubſtantiam: tanquam igitur ſcientes in diſceptationis principio non declarant: procedentes vero nec ſibi: nec aliis cōſentanea loquuntur. Tibi igitur & mihi ne accidat, quod in aliis damnamus: poſtquam nobis diſputatio eſt, vtrum amanti potius: vel non amanti in amicitiam ſit eundum. Quid amor ipſe ſit: & quam vim habeat diffinitione ex cōſenſu poſita cognoſcamus hæc Plato. Ariſtoteles libro decimo hiſtoriæ animalium, & partium ſic ſcribit: Cauſa vero quamobrem antiquiores illi auctores non ad hunc venerunt modum. Quod quid res eſſet: atque ſubſtantiæ diffinitionem explicare haud quaquam ſolebant. Sed Democritus hanc tetigit primus: non tamen q̄ ad rerum naturalium ſtudium putauerit neceſſariam: ſed quo ad ipſa retraheretur. Socratis vero temporibus vſus quidem diffiniendi increuit: ſed indagatio rerum naturalium deſiit. nam omne philoſophandi ſtudium ad vtilem virtutem, ciuilemque vſum tranſlatum eſt.

ERA. MAT. ⁋ OMNIS: ratio cur diffinire officium debeat: aut cur prætermiſſum a Panetio miretur. ⁋ Inſtitutio: inceptio: initium. Inſtituere incipere eſt. ⁋ A ratione: a cauſa aliqua rationabili. omnis enim diſputatio a ratione cur aliquid ſit, qui ſumi debet: & propterea diffinitione opus eſt, quę rationem noſtram quam ſuſcipimus diſputandam clariorem efficit.

ASCĒ. ⁋ OMNIS enim inſtitutio: ideſt in aliquam ſentētiam introductio, quę ſuſcipitur de aliqua ratione: ideſt rationabiliter. vel ex deliberatiōe aut debito modo debet proficiſci. i. oriri, & incipere progredi a diffinitione: vt intelligat̃ quid ſit de quo diſputetur. i. diſquirendum ſit.

⁋ Omnis

PET. MAR.

Miſerrima eſt omnino &c. Hic præcepit qualẽ circa honores in repu. ſe magnanimus habere debeat: & neq; ambiendos, & neq; pro illis contendendum & certandum dicit. Et reuera magnanimi eſt honores delatos ſi mereatur accipere: ſi non mereatur reſpuere, non tamen humiliter ambiendo petere. Cum eiuſdem ſit etiam, vt ait Ariſtoteles neminem precari, aut certe vix obſequi vero prompte. Decet ergo magnanimum talem ſe gerere, vt honores mereatur: etiam maiores quam præſtari poſſint, Quod ſi peſſimo multitudinis iudicio ſæpe auferantur & indignioribus tribuantur: certate propterea nõ debet. Sed cõſcientia virtutis ſuæ cõtentus eſſe debet. Quicquid autem eſt quod animo beneuolo retribuitur. Etiam ſi lõge minus ſit, quam debeatur, eo contentus eſſe debet ſicut Traſibulus Athenienſis, expulſis triginta tyrannis, & recuperata libertate corona honoris, facta duabus virgulis oleaginis data a populo contentus fuit. Eã enim amor ciuium non vis expreſſit nullamq; habuit inuidiam, & magnę fuit gloriæ. Miſerrimam itaq; Cicero vocat ambitionem. Nam qui honores nimium affectat, non poteſt niſi miſer eſſe. Quippe qui graui ſubiacet perturbationi: eum tranquillo, atq; ſecuro animo eſſe magnanimum conueniat, vt cum grauitate & conſtantia viuat, quod ſuperius præcepit. Concupiſcentiæ ſubeſt ambitio qua peccat, qui præter modum cupit, aut honores, aut laudem. Eſt autem in animo ſicut in actu ambitus. Cum quiſpiam ſuam dilargitur pecuniam, aut populo muneribus ludiſq; blanditur, aut cæteris artibus, quæ legitimæ non ſunt ad publicos honores tendit. De quo Lucanus: lætaliſq; ambitus vrbi Annua venali referens certamina campo. Mediocritas circa honores: vt ait Ariſtot. ſine nomine eſt extrema, ideſt exceſſus & defectus: ſunt ambitio & remiſſio. Vituperamus enim ambitioſum q; pluſquam oportet, aut vnde non oportet honorem appetit: vituperamus & remiſſum, qui ne honeſte quidẽ honores quæret, & interdum ambitioſum ac quaſi gloriæ cupidum eum, ſcilicet honores quærit quos meretur, & remiſſum quaſi humanum & modeſtum laudamus: cum reſpuit, quoniam maiores ſunt, q̃ ipſe mereatur laudamus. Affectandi ergo ſunt honores vt oportet, & magiſquam vulgus affectet, & non magis q̃ oporteat. Cumq; medium ipſum careat nomine: extrema magis, ſcilicet & minus affectare inter ſe certant: ex quo facile intelligitur qualis circa honores magnanimus eſſe debeat. ¶ Contentio: vt pro adipiſcendis honoribus inter ſe contendant, quod Romæ quotannis pene accidebat die comitiali. ¶ Similiter facere, non differre dicebat Plato in libris de repu. eos qui de adminiſtranda rep. contendunt, & eos qui de naui gubernanda, cum tempeſtas eſt, aut imminet: hac contentione ſæpe efficiuntur: vt reſpublica in periculum adducatur, ſicuti nautarum diſcordia nauis aliquando perdicitur. Nihil enim illic recte geri poteſt: vbi præeſſe omnes volunt, & nullus alteri cedere dignatur.

Ambitione miſerrima eſſe

Luca. de ambitu

Comitialis dies

A S C.

Ambitio eſt fugienda

Miſerrima & cętera: reprehendit ſummopere ãbitionem, ideſt aditionem magiſtratuum p largitiones aut preces ab his qui cupidi honorum nõ reip, ſed ſibi, prodeſſe quærunt: dicitur autem ambitio ab ambio, quod eſt circumeo: ſtabant enim populi in comitiis dum magiſtratus innouabantur fere in circuitu ad quos qui magiſtratum petebant in veſte alba, vt candorem, & puritatem, animi ſui ſignificarent: accendebant ſupplicantes vt ſuffragia ſibi dentur. Circumferebantur autem tabulæ in quibus ſingulorum qui petebant nomina erant inſcripta: ad quæ qui vota ſua dabant punctum faciebant: vnde in arte poetica Flaccus punctum pro ſuffragio ponit. Ordo eſt: ambitio. i. iniqua cupiditas & petitio dignitatum & magiſtratuum: & pro. i. contentio. i. concertatio honorum . i. de impetrandis honoribus: eſt omnino miſerrima. ſ. viliſſima, De qua. ſ. ambitione eſt præclare ſup. ſcriptũ apud eundem Platonem. Scriptum autem eo. Similiter facere qui contenderent inter ſe vter. i. quis ipſorum duorum adminiſtraret potius rem. vt ſi nautæ certarent quis eorum gubernaret potiſſimum, q; pro & idem ſupple Plato,

PET. MAR, ℭA. Eſtimemus.iudicemus.in Catone atq; callidi reip. aeſti
matores & in legibus. Siſenna ois adhuc ſcriptores, niſi q
forte nōdū ediderūt:de qbus ęſtimare nō poſſumus: facile
ſupauit.⸿ Suo iu.vt ipſis vr:& putant eſſe melius q̄ ſit nrm
iudiciū in aliq̄ re agēda in rep.nō dēmus arbitrari eos eſſe
nobis inimicos,q aīr ſentiūt,qm̄ eſſe pōt illorū ſnia melior,

Idemq; praecepit, vt eos aduerſarios aeſtimemus,q ar
ma cōtra ferāt,nō eos,q ſuo iudicio tueri rēp. velint:
qualis fuit inter. P. Africanū &. Q. Metellū ſine acer-
bitate diſſenſio. Nec vero audiēdi ſunt, q grauiter ira-
ſcendū inimicis putabunt. Idq; magnanimi & fortis
viri eſſe cenſebunt. Nihil.n.laudabilius: nihil magno
& pręclaro viro dignius placabilitate atq; clementia.

⸿ Qualis diſ.qm̄ diuerſa ſen-
tiebāt in rep. Scipio & me-
tellus in ſenatu varias ſnias
dñtes citra tñ odiū.Q. Me-
tellus a deuicta macedonia
macedonius cognoiat⁹ eſt:
de cuius felicitate Pli.ſic ſcri
bit:nā moriens a q̄tuor filiis
in rogū eſt illatus: vno prae
tore & tribus cōſulatib⁹, &
ex his duobus triōphalib⁹ & vno cēſorio & q̄uis viuus cū
Africano diſſenſerit:tñ mortuū ita laudauit, vt maior illi
laus tribui minime potuerit:dixit.n.filiis ſuis vt irēt & fu-
nus Africani ornarēt:dicēs nūq̄ videbitis funus. maioris ci
uis:vñ Valerius in exēplis loquēs de moderatione ai & de
duob⁹ Metellis macedonico & numidico ſic ſcribit acerri-
me cū Scipione Africano macedonicus diſſenſera: eorūq;
ab aemulatione virtutis pfecta ɔtētio ad graues teſtataſq;
inimicitias pgreſſa fuerat. Sed tñ cū interemptū Scipionē
ɔclamari audiuiſſet in publicū ſe pripuit, moeſtoq; vultu
& voce cōfuſa ɔcurrite: ɔcurrite inqt ciues: moenia nrae vr
bis euerſa ſunt. Scipioni.n. Africano itra ſua moenia qeſcē
ti nefaria vis illata eſt:o rēp.pariter Africani morte miſerā,
& macedonici tā humanā tāq; ciuili moderatione felicem:
eodē.n.tpe & q̄tū ami iſſet principē & q̄lē hēret recogno-
uit:idē filios ſuos monuit, vt funebri eius lecto humeros
ſubiicerēt,atq; huic exeqarū illū honorē vocis adiecit, non
fore vt poſtea id offiñ ab illis maiori viro pſtari poſſet: vbi
illa tot in curia iurgia, vbi maximorū ciuiū & ducū togata
plia oia nimirū iſta pcipua veneratione pſequēda deſeuit
moderatio. Pli.iter felicitates Metelli ēt hāc recēſet: q ami
cus Africano nō fuerit. Eqdē inqt & africani aemiliani ini
micū fuiſſe.Q. Metellū iter calamitates eius duxerim. Lae
lius apud eūdē Cic.dicit ab amicitia.Q. Pōpei meo noie
ſe remouerat Scipio:pp diſſenſionē aūt q̄ erat in rep.aliena
tus,eſt a collega nro Metello: vtrūq; tñ egit grauiter aucto
ritate & offenſione ai nō acerba.⸿ Acerbitate: aſperitate &
ira.⸿ Nec vero: vituperat illos,q dñt grauiter iraſcēdum eē
inimicis.⸿ Nō ſunt au.nō eſt tenēdū id qđ ipſi dñt.⸿ Id eē:
ptinere ad fortē virū.⸿ Nihil.n.pbat a nā ipſius magnani-
mi illos nō eē audiēdos,q ſic cēſent: qm̄ haec a nā magnani-
mi oino aliena ſunt q iniuriae nō meminit, & pnus eſt ad
ignoſcēdū. Sūt tñ aliq q irā ad fortitudinē referūt: vt Ho
me.q dicit: vires iniecit ira, & aīum ira ɔcitauit: & Plato in
ii.de rep.dicit iracūdiā inexpugnabilē oino eē & iuictam,
qua pñte aius ad oia iuictus atq; itrepidus moueri ſolet,ſe
fortis ob irā nō laudaī. qm̄ affectu ducit: de his paulopoſt
diceī.⸿ Praeclaro: ampliſſimo & ſumma laude dignō.⸿ Pla
cabilitate: vacuitate irae: & q ſit placidus & clemēs.⸿ Cle-
mentia: eſt tpantia ai in ptāte vlciſcendi ve lenitas ſuperio-
ris aduerſus iferiorē in cōſtituēdis poenis & crudelitas eſt
atrocitas ai in exigēda poena, vel inclinatio aī ad aſperio-
ra.⸿ Iuris aequalitate: vbi ęquo iure viuit, & non eſt aliquis
tyrannus qui iuris aequabilitatem violet, vt ſolus dñetur.

FRA. MAT. ℭ Idēq; pcepit. In libris de rep.haec pcepit Plato: & qm̄
diſſentire iter ſe ciues ſolēt de rep. Cū tñ ſinguli ei⁹ ſtudio
ſi ſint: & ad honeſtū finē rectūq; cōſilia ſua dirigāt: pdeſſe-
q; oino velint. Qui hmōi ſunt aduerſarii hñdi nō ſunt. Nā
duplex eſt diſſenſio aiorū & opinionū. Q ui ais diſſentiūt
hoſtes ſunt: & pletūq; arma contra arma ferunt. Q ui vero
opinionibus,certant aduerſarii minime iudicādi ſunt. Cic.
in epla ad Caeliū,nō ai cōtētione. Sed opionū diſſenſione
ab Appio pulchro diſcrepare ſe dicit: illiq; amicū eſſe Ca-
to ſenior, & Scipio Naſica opinionibus diſſentiebant: cum

Cato ſenior

alter delendā Carthaginē: alter nō delēdā ſuaderet: vterq;
cōſilii ſui rōnes afferebat: & rep.iudicio ſuo tueri volebat.
⸿ Qualis fuit &c. Exēplo duorū potētiſſimorū & pſtantiſſi-
morū ciuiū Plato, ſnias cōprobat. Scipionis Aemiliani, &
Q. Metelli Macedonici. Qui ſemp in ſenatu opinionibus
diſſentiebāt reip.cā. Quā vterq; melius tueri conabaī. Nō
erant itaq; inimici, cum ſine
acerbitate, & armis diſcepta
rēt. Hoc ipſo teſte Macedo
nico declaratū ē. Q ui mor
tuo Scipione ire inquit filii
celebrare exequias i funebri
lectulo humeros ſubiicite:
nunq̄ ciuis maioris funus vi
debitis. Is eſt Metellus. qui
inter rara felicitatis huma-
nae exēpla numeraī. Nam praeter honores ampliſſimos,co
gnomeq; Macdoniae a quatuor filiis illatus eſt rogo: vno
prętore, tribus cōſularibus, duobus triūphalibus, vno cen-
ſorio. Quę ſingula quoq; paucis cōtingere. Auctores Vale.
Maximus & Pli.⸿ Nec ve.au.&c. Merito hoc admonet
Cic.decet.n.magnanimū non valde iniuriarum recordari
paruiq; eas facere: non vero ea eſt q exiſtimat dignitatem
ſuā nō poſſe cuiuſq̄ improbitate imminui. Nouit pręterea
nihil magno & pclaro hoie dignius q̄ clementem eſſe & in
termittēda iniuria leuiſſimū. Et Sene.inquit. Iniuriarū re-
mediū obliuionē eſſe:idē magnarū vniū dixit eſſe laedentē
negligere. Sed q̄riī an oino iraſcendū ſit forti viro. Et vul
gus vt Ariſt. quidē ait irā in fortitudinē refert cum fortes
videanī qui pitā ceu beſtię in pcuſſores feruntī. Q m & for-
tes iracūdi ſunt & ad pericula capeſſenda ai concitatio im
petuoſiſſima res eſt. Sed rñdeī qđ fortes honoris tñ gratia
opanī, & qđ ira eos adiuuat. Sed q nō eſt tūc vera fortitu
do, cū dolore, aut ira cōcitati in periculū feruntī, nihil pui-
dētes eorū, quae aggrediuntī. Sicut nec moechi fortes hñdi
ſunt: q̄uis mſta audeāt pp libidinē. Nō ergo ſunt illi fortes
dicēdi q p dolorē aut irā picula adeāt: neq; q quocūq; mō
p irā faciūt. Sed cū lcōnē, rōnēq; aīi ſuſceperīt pxime ad
eā q̄ maxime ſm nām eū accedere vī fortitudo, q p irā fit:
& hoies ſane iraſcēdo dolēt vlciſcēdo laetanī. Sed q p haec
agūt pugnatores qdē ſunt nō fortes: Nō.n.cū decore, neq;
rōne, ſed pturbatione ai id agūt. Et in hoc aliqđ hñt ſimi-
le fortibus, Eſt aūt circa irā mediocritas. Māſuetudo: exceſ
ſus vero iracūdia. Quę irā faciūt multa ſunt, ac varia. Q ui
igiī pro qb⁹ opʒ, & cōtra quos opʒ iraſciī & vt oportet, &
qn̄, & q̄to tpe opʒ, laudatur. Et hic vtiq; māſuetus eſt, qui
& qetus debet eſſe: & a perturbatione non deferri, ſed rōni
inſeruire: magiſq; i defectu peccare, q̄ in exceſſu, & non vin
dex eſſe, ſed magis clemens: defectus ſegnities pōt vocari,
& reprehēdiī. Q ui vero non iraſcunī in qbus opʒ ſtupidi
ſunt: cū neq; ſentire dolere, neq; reſiſtere videanī. Et cū per-
fecte ɔtumelias & ſuos negligere ſeruile ſit: & magis ad de-
fectū q̄ ad exceſſum declinandū, quia vt ait Cic. nihil ma-
gno & praeclaro hoie dignius placabilitate & clementia.
⸿ Et Seneca ait. Flumen eſt vbi cum ptāte habitat. Iracun-
dia. & iracundiam, qui vincit hoſtem ſuperat maximum.

ASCĒ. ℭ PRA Ecepit vt aeſtimemus.i.iudicemus vel ęſtimem⁹
.i.apprecienur reputemus eos aduerſarios.ſ.reip.qui ferāt
arma cōtra ſup.eā nō eos q velint tueri rēp.ſuo iudicio.i.
iuxta ſniam & opinionē ſuam: qualis diſſenſio.i.contentio
fuit ſine acerbitate inter P. Africanum & Q. Metellū. Nec
vero ſunt audiendi.i.approbādi ſup.ii qui putabūt iraſcen-
dum eſſe grauiter inimicis, & cenſebunt.i. iudicabūt id.ſ.
grauiter iraſci eſſe magnanimi, & fortis viri. Enim pro qa
nihil ſup.eſt laudabilius. Et nihil eſt dignius magno & pre-
claro viro.i.qđ magis deceat pclarum virū placabilitate.i.
facilitate placādi: hoc eſt q̄ cito irā deponit: & clementia.i.
māſuetudine ai. Q uod ex verbis Saluatoris noſtri cōpro
bare poſſum qui ad ſingularem imitationē ſui nos inuitans
dixit: diſcite a me, quia mitis ſum & humilis corde.

Scipio Naſica
Scipio Aemilianus
Q. Metellus Macedonicus
Iniuriarū remediū eſſe dixit Seneca
Iracūdia habet exceſſum ſegnities Stupidi.
Placabilitas & clemens laudabilis

ℭ Facilitas

In liberis vero pplīs, & iuris æqbilitate, exercēda ēt eſt facilitas: & altitudo aī q dr̄. Ne ſi iraſcamur aut intēpeſtiue accedētibus, aut īprudēter rogātibus ī moroſitatē īutilē & odioſam īcidamus. Et tñ ita ꝓbāda ē māſuetudo atq; clemētia, vt adhibeatur reip. cā ſeueritas, ſine qua adminiſtrari ciuitas non poteſt.

¶ Officium illius, qui in alios aīaduertit.

OMnis autem animaduerſio & caſtigatio contumelia vacare debet.

PET. MAR. ¶ Facilitas: comitas & lenitas. Etiā vltra placabilitatem, & clemētiam dēmus ēt exercere facilitatē: & aī magnitudinē q̄ nō ꝑturbat: qm̄ magnus aius nō curat iniurias: & libēter ignoſcit. Iguoſcere. n. ē q̄ vides puniēda nō punire. Vñ Cæſar magnanimo, q̄uis magnanimitatis laudē Ci. illi adimat nihil erat clemēti⁹. ¶ Altitudo aī: magnanimitas: q̄ aduerſitate nō frāgit: nec iraſcit̄ niſi vt op3. ¶ Intēpeſtiue: tpe ñ apto & inconſiderate. ¶ In mo. i. difficultatē moꝝ & aſꝑitatē moroſitas ē difficultas in morib⁹. Moroſus dr̄ a more: & ſignat eū: qui nimis exacte nimiſq; ad vnguē fieri oia poſtulat: vt aliqñ ob id idigneť: & leuiſſima re offendat. Vñ Trāquillus dicit Cæſarē fuiſſe moroſum circa curā corpis. ¶ Et odioſam: qm̄ moroſitas odio hr̄: & iō talis difficultas ī morib⁹ vitanda ē ne odio hēamur. ¶ Inutilē: q̄ nullā affert vtilitatē: ſed poti⁹ odiū: & iuidiā: odioſa ē moroſitas: qm̄ ſtomachū aliis facit. ¶ Et tm̄ ita ꝓbāda. i. ita laudāda ſi ꝯiūcta fuerit ſeueritati: ſine q̄ citas nō p̄t regi. Tenēdū igiť ē mediū: & vt tp̄s ac rō poſcit mites & ſeueri eē debem⁹. cū decoro. ¶ Ita: eo pcō & lege atq; ꝯdōne: vt ēt retineať ſeueritas ꝓ dignitate reipu. Nam ſeueritas eſt iuſtitia & caſtigatio vitioꝝ: & magra ordis atq; ꝯſtātię. ¶ Māſuetudo: eſt mediocritas circa iram. Defectio ē vacuitas ire: & q nūq̄ iraſcit̄ rephēdēd⁹ ē. Exupatio dr̄ iracūdia: & ſic iracūd⁹ rephēdit̄: qm̄ nimiū iraſcit̄. Is q ꝓ qbus op3: & cū op3: & q̄diu op3 iraſcit̄: laudať: dr̄q; māſuetus q d3 ꝑturbatiōe vacare: nec affectu duci: ſed ꝓ his & tāto i tpe iraſci: vt rō iubet: & ñ ē vindex: ſed poti⁹ clemēs & ad veniā q̄ ad irā ꝓpēſior: iraſcit̄ tñ cū mediocritate & nō ducitur ira q̄ ē affectus violētus: ſed ſpectat rōnē: & vt rō p̄ſcribit iraſcit̄. Is aūt q nūq̄ iraſcit̄: i vitio ē: qa ñ moueť ad affectū: cū op3: vt ſi pr̄ verberareť: & ipſe nō curaret: & ſic hēreť ſtolid⁹ & iſanus. Nā neq; ſentire aliqd: nec doloř tāgi vr̄. Perferre aūt ꝯtūelias: & ſuos negligere iqt Ariſ. ſutile eſt. Et q ñ iraſcit̄: nō vr̄ aptus ad ꝓpulſandā iniuriā & vlciſcendū. Iracūdus vero itollerabil̄ eſt: & fit p oia ipſa exupatio: multa qppe ſūt: q̄ ipſā efficiūt. Et nō facile iuenit̄ iracūd⁹: q oia h̄ mala i ſe hēat & iracūdi ſūt illi: q illico ad irā ꝓſiliūt: & magis q̄ op3: tñ nō p̄ſeuerāt qd ē i illis optimū. Aſr hērent i ſe maximū malū ſi irā retinerent: & tales hoies hñt ſūmā bilē: deſiſtūt ēt ſine vlctiōe. Amari aūt cū difficultate placať: & volūt vlciſci: a qbus valde cauendū ē. Inſenſi dr̄ illi q nullo mō dimittūt irā ēt i morte: niſi vlcti fuerit illos a qbus ſe leſos putāt aut ſciūt. ¶ Nō p̄t ꝯſti. quouſq; & quoqs dēat iraſci ſed prudētię oia ſubiiciēda ſūt vt ponat modū affectibus. Prudentia. n. ſubit rōnē architecturę: dēmus igiť iraſci: vt op3: & vt ipſa prudentia p̄ſcribit: q oim virtutū regina eſt moderatrix. Hæc ſūt ex ſnia peripateticorū. Stoici āt quos Ci. i his officiis imitatur volūt māſuetū vacare ira: & ab ipo ſapiente affectus remouēt: vult. n. Ari, vt dixi māſuetum eſſe illū: q iraſcitur vt op3: & quādiu op3.

OMnis aūt aīad. Pręcipit nūc qd agēdū ſit: cū qs puniť nō. n. dēm⁹ i aliquē aīaduertere eo ſtudio & aīo vt illū ꝯtūelia afficiam⁹: ſed vt vult iuſtitia & ꝓ vtilitate reip. ñ ad nr̄am volptatē: & cū aliquē obiurgam⁹ caſtigamuſue: nō id agēdū ē cā ꝯtūelię: ſed ſtudio corrigēdi: & reducendi ad bonos mores & oſtñ ſi ab eo diſceſſerit: aīaduerſio ē pūitio vt lex p̄ſcribit & ē cū qs pūiť i pecūia vel i pſona: ſed plerūq; i pſona: & dicim⁹ aīaduerto in te. i. pūio iuř & legib⁹ ita volētib⁹. ¶ Caſtigatio: fit verbis tm̄. Obiurgatio ē iter amicos & ꝓpiquos. & plus ē caſtigaŕ q̄ obiurgare. ¶ Cōtūelia: iniuria: vt hr̄ l. ix. ff orū. ex eo dicta eſt: q nō iure fiat: oē. n. q nō iure fit: iniuria fieri dr̄ ſpālr āt iniuria dr̄ ꝯtūelia dicta a ꝯtēnēdo: vt eſt etiā apud Sene. Eſt igiť contumelia ſpēs iniurię q̄ fit cū qs puniť quodā iudicis affectu: & magis ſtudio notādi īfamia: q̄ iuris exequendi: qm̄ iuris exequutio nō hēt iniuriā. Siqs de honorib⁹ decernēdis alicui paſſus nō ſit decerni vtputa imaginē vel qd tale an iniuriaꝝ teneať q̄rit Vulpia. & ait Labeo nō teneri: q̄uis hoc cōtumeliæ cā faciat. Et ſic p3 ꝯtūeliā eē ad notā īfamię. Ergo puniēdus ē aliqs nō ad ꝯtumeliā: ſed vt iura volūt citra aī affectū: & hoc ad iudices ptinet: & illos q in alios aīaduertēdi ius hñt. Si. n. qs trūcari mereť: ñ dēt ſuſpēdi ad ꝯtumeliā. ¶ Caſtigatio: q̄ fit verbis: nō dēt eē cōtūelioſa.

FRA. MAT. ¶ In li. ve. po. i q̄cūq; dignitate & ſtatu conſtituto hoie magno & p̄claro placabilitas clemētia: & facilitas laudanť. Sed in iis p̄cipue exercēdę ſunt: q i liberis pplīs viuūt: i qb⁹ nō ē iter ciues principatus cū oēs ęq̄lr viuāt. Hiſdē legibus ſubiecti. Signat āt democratiā. i. ppl̄i dn̄atū: vbi cōis oib⁹ libtas ē. Cū i mōarchia vnius: i obligarchia paucoꝝ. In Arioſtocratia optimatū tm̄ nutu: & volūtate oia geranť. ¶ Iuris eq̄. Q̄m eodē iuř oēs viuūt. Nec plus diuiti q̄ paupi p̄mittiť. ¶ Facilitas mā & q̄dā moꝝ dexteritas, ¶ Altitudo aī: magnitudo. n. aī maxie i remittēdis iniuriis & leniēda pœna: & ēt exaggerāda eognoſcit̄ & q placabiles ſunt: eos alto aīo eē vugl⁹ dicit. Altus. n. aīs ſp hūilia ꝯtēnit: ſcitq; nihil min⁹ crudelitate ſe dignū eē: iōq; dū timet ne crudelř hēatur: plerūq; ad effectū declinat: clemēſq; ēt pluſq̄ op3 efficiť. ¶ S3 i libis po. p̄cipue facilē cū i admittēdo tū i audiēdo & decernēdo eſſe ꝯuenit. ¶ Ne ſi ir. &c. Rō cur i libis po. facilitate vtēdū ſit. ¶ Intēpeſtiue ac. i h̄ maxie moroſitas cognoſcit: q̄ facilitati opponiť. Cū aut iraſcimur p̄ter tp̄s accētibus: aut ſtulte rogantibus. Moroſus is dr̄ q nimis exacte: nimiſq; ad vnguem fieri oia poſtulat: vt aliqñ ob idigneť: atq; iraſcať. C. de ſenectu. At ſunt moroſi anxii & iracūdi & difficiles ſenes: cui vocabulo Ci. īpatiētiā atq; iracūdiā adiūgit. ¶ Inutilē: nob. ſ. qm̄ in odiū p illā īcidim⁹. ¶ Et tñ &c. Dixius laudariq & qñ: & vnī & i qb⁹ op3 iraſcit̄, Idē nūc dicit. Ci. ita vtēdū clemētia eē: vt i reb⁹ pub. ſeueritas aliqñ adhibeať: q̄ oppōiť leuitati. ne ſi nimiū clemētes i eos q peccāt fuerius: ipūitate audatiores & iprobiores reddāt: iminuēda ergo pœna ē p̄cātibus: ſed ñ pēitus remittēda: & ita leuiter agēdū ne noceat leuitas duab⁹. n. reb⁹ citas ꝯſtat p̄mio & pœā. qb⁹ iblatis eē citas nullo mō poterit: & certe ſiñ ſeueritate regi citas nō p̄t: aut. n. amoř virtutis a pcō abſtinēt hoies: & ii ꝓbi ſunt: aut tioř pęnę. Vñ ait Ho. Oderūt peccaŕ bōi virtutis amoř. Et vni⁹ pœa documētū ē alteri⁹. Impūitas āt: vt ſe. iqt pit auſū: auſ⁹ exceſ.

OMnis āt &c. docet q̄lis ſeueritat eē dēat: & admonet vt ꝯtūelia careat. Signat āt ꝯtūelia aſꝑitatem ſmonis: q̄ ex aī iſolētia naſcit̄. Et ꝯtūelioſū hoiem dicim⁹ q acerbe nimiū & ſupbe rñdet. Ter. Quid ē: ſi h̄ ꝯtūelia nō ē. ¶ Aīaduerſio. Punitio hęc pecūiariā & pſonalē pœnā ſpectat. ¶ Caſtigatio: i verbis eſt. Virg. Caſtigatq; auditq; dolos. ¶ Contumelia: nimia aſperitate & acerbitate.

ASC. ¶ Vero ꝓ ſed: facilitas. ſ. exorabilitas & leuitas: ac mitita s eſt etiā exercenda i pplīs libis & æq̄litate iuris. ſ. q ęq̄li iure ęq̄lr gaudent: & altitudo. i. ꝓfūda trāq̄llitas aī q̄ dr̄. i. vulgo ſic appellatur: eſt exercenda &c. ne ſi iraſcamur. i. ſuccenſeamus accedentibus. i. iis q accedāt itempeſtiue. i. nō ſuo tpe: aut rogātibus iprudenter nos icidamus i moroſitatē. i. difficultatem moꝝ iutilem & odioſam. i. moleſtā oibus. Et tñ māſuetudo & clemētia eſt ꝓbāda. i. approbanda: ita vt ſeueritas pro cā. i. legitima adhibeatur reip. ſine qua. ſ. ſeueritate: ciuitas non pōt adminiſtrari. i. gubernari.

OMnis aūt &c. Docet off. ī eoꝝ q hñt aīaduerſionē. i. ius pūiendi i corp⁹ alteri⁹. Ordo eſt. Aūt ꝓ ſed ois aīaduerſio. i. punitio i corpe: et caſtigatio. i. verboꝝ dēt vacare ꝯtūelia. ſ. fieri ſine ꝯtumelia. i. ꝯtēptu opprobrioſo.

moroſus quis ſit

Ciuitas regi non pōt ſine ſeueritate

Neq; ad eius,q punit aliquem,aut verbis caſtigat: ſed ad reip.vtilitatem referri. Cauendum eſt ēt ne maior pœna,quā culpa ſit:& ne iiſdē de cauſis alii plectanť alii ne appelleť qdē.Prohibēda āt maxīe ira ī puniēdo.Nūq̄.n.iratus q accedet ad pœnā mediocritatem illā tenebit,q̄ ē inter nimiū & parū:q̄ placet Peripateticis,& recte placet,mō ne laudarēt iracūdiā, & dicerēt

P. T. MAR. ❡Qui pu.p punit.Nonius Mar. agēs de cōtrariis gñibus verbo.ꝵ dicit:Puniť aliqñ p pūit:vt Tullius.i.offo℞:hic.Punitio igiť ptinet ad aiaduerſionē: & ſic optie docet monetq; q̄ſr nos gerere dēmus i caſtigādis erroribus: qm̄ non dēmus aliquē punire aut verbis caſtigare ad explēdā ai nři libidinē:ſed p vtilitate cōi.Pla.i.viii.de legibus agēs de iudicus ſic ait quos iſanabiles legiſlator eſſe ſenſerit vltio ſupplicio afficiet non ignorās melius fore his q ſunt inſanabiles mori quā viuere. ❡Cauēdū ē ēt:aliud pceptū quo monet puniri dēre nocētē:vt meretur: & ſi pœna mediocri dign⁹ ē nō dʒ magna affici: & ecōtra.Et cum ſunt pl'es ɔſcii:oēs dñt pari mō puniri:ne miſeri & inopes plectātur:potētes aūt & pecūio'i euadāt ipune: qđ vtinam nō vbiq; fieret. Latrūculi.n.ſuſpēdūtur : raptores publici: latrōes potentes & q̄druplatores cenſenť & gaudent: ❡Plectātur:puniūtur. ❡Ne ap.citenť.i.nō mō nō puniantur: ſed ne vocētur qdē i ius. Appellare ſigñat debitū repoſcere:vñ dicim⁹ appello te de tali noie.i.repeto tale:vel tale debitū. ❡Prohibēda āt. Aliud pceptū. Neminē.ſ.iratū dēre ad pœnā mulctāq; irrogādā accedeř: qm̄ mediocritatē retinere ñ poterit.Ita.n.eſt affectus vehemētiſſimus: & breuis qdā furor: vñ ſermo irati nō pt ɔtinuare vnū ſenſū i loq̄ndo: & iō ipſi⁹ oro dʒ breuib⁹ ſentētiis & crebris figura℞ mutatōib⁹ velut iter æſtus iracundiæ fluctuare : & ſic ſtilus ſatyricus. Vñ opus eſt vt eius oro fluctuet:qa eſt iratus: & mordet allatratq; vitia. ❡Nūq̄.n.rō eſt. Ex quo inq̄t in.iiii.diſpu.Tuſculana: illud laudatur Architę:q cū villico factus eſſet iratior:quo te mō inq̄t accepiſſem:niſi iratus eſſem. Sene. etiā dicit. Nil minus quā iraſci punientē decet. ❡Ad pœ.ad aliquem puniendū. ❡Inter ni.& pa.iter duo extrema de qbus dcm̄ eſt. Mediocritas aūt eſt māſuetudo: & māſuetus debet iraſci:vt opʒ:alr aut exuperabit:aut deficiet : qđ nō fit ſine vitio: ſed potius dēt ſe flectere ad parū:quā ad nimiū. ❡Peripateticis: Ariſt. & aliis quo℞ ille priceps fuit: & voluit irā cadere in ſapientē:vt dictat ipſa prudentia: & oīs virtutes eſſe mediocritates iter nimiū & parū qđ in.ii.moraliū probat Ariſt.p inductionē: & inde finit virtutē eſſe habitū electiuū ī mediocritate cōſiſtentē. ❡Mō ne lau.ira.pace Cice. dixerim Ariſt. peripatetico℞ priceps nō laudat iracūdiā: ſed pbat irā cū mediocritate:vt nō nimiū recedat a nāæ cōſtātia. Immo vitupat iracūdiā:q̄ fit p oīs circūſtātias: & dicit eē in exuperatione: & p paucos iracūdos iueniri : qm̄ eſt q̄ſi ipoſſe aliquē eſſe q tot mala hēat. Multis.n.modis fit iracūdia & latiſſime pʒ. Vñ id qđ eſt maius malū:magis opponitur mediocritati. Vñ cōcluditur Ariſt.nunq̄ laudaſſe iracūdiā. In.iii.tñ moraliū diſputās de fortitudine dicit. Atq; irā etiā ad fortitudinē referūt. Fortes.n. & hi vīr, q̄ ira feruntur:perinde ac feræ i eos q ipſos vulnerarūt : qa & fortes cōcitātur ira.ē.n.ira res ipetuoſiſſima ad aggredienda pericula:quapp & Home.dixit: Vires iniecit ira: & animū: ira cōcitauit: & acuta p nares vis & efferbuit ſanguis. Hæc .n.vniuerſa iræ ɔcitationem ipetūve ſigñare vīr. Ariſt.illic loquiť ſm opi.vulgariū & iperito℞.ipſe.n. ſentit : & tenet nō debere aliquē dici fortē q duct⁹ ira magnū aliqd aggredit: qm̄ inq̄t fortes agunt ob honeſtatem:ſed irati minime: qm̄ ſi ob irā aliq eſſent fortes:bruta etiā fortitudinē hēre dicerentur: qđ eſt abſurdiſſimum.illa.n.aliquem ipetunt vulnere aut dolore pculſa & irritata: & fortes aūt hōeſtate ducti nō affectu. Ipſa ira ſubminiſtrat bilem fortitudini.Qui aūt pp hæc agūt inquit Ari.pugnaces qdem ſunt:at nō fortes.nō.n.ob honeſtatem agūt aut vt rō pſcribit:ſed ob ipm affectū.i.irā:aliq̄ tamē ex pte ſunt ſimiles fortibus. Nō igiť feræ ſunt fortes:pp̄ea q̄ dolore cōmotææ ira ruunt in pericula nihil prouidentes malorum:nā & hoc modo ipſi aſini cum eſuriunt: fortes eſſent. non.n. a pabulo verberibus amouētur. Et ſic liq̄do appet Ari.nō mō nō laudare iracūdiā:ſed ne irā qdē:niſi vt ipſa recta rō pſcribit:ita.n.dicit i iii.ethices. Maxie aūt ea fortitudo nālis eē vř q̄ eſt ob iram electione ſumpta fineq; : & ipſi ēt hoies cū iraſcūtur dolēt: cū vlciſcunť capiūt voluptatem. Quo diſtet ira ab iracūdia inq̄t Sene.appet quo ebrius ab ebrioſo. Iratus pōt non eſſe iracūdus. Iracundus nō pōt aliqñ iratus ñ eē. In.iiii. Tuſcu.vbi ē totus ſtoicus Cic. peripateticos vehemēter reprehēdit dicēs. An vero vir fortis niſi ſtomachari cœperit:nō pōt vir fortis eſſe gladiatorū id qdē:q̄q̄ i eis ipſis videmus ſępe cōſtātiā:colloquunť:ɔgrediuntur : q̄runť: aliqđ poſtulāt:vt magis placati quā irati eſſe videantur: & Paulo poſt dicit:vbi ſunt ergo iſti:qui dñt iracūdiā eē vtilē pōt vtilis eſſe iſania:aut nāle quicquā eſſe aut ſm nām qđ fit repugnāte rōne. Sed ſi nō ē mirū i Cic.qui vni diſciplinę addictus nō erat:nec vnū dogma ſectabatur:ſed more academico℞ aut pbabat opiniones: aut iprobabat ſuffragante ad oīa vbertate igenii & eloquentia. Et in hoc ope ſtoicos potiſſimū ſequiť:qui voluerunt ſapiētē ira vacare:ſed mihi vīr truncū quēdā:aut ſtatuā marmoreā nō hoiem aiatū & varios affectus hñtē cōſtituere. Sene.ēt ſtoicæ pfeſſiōis dānat peripatetico℞ ſniam dicēs:ira nō acuit aīum ad res bellicas:nunq̄.n.virtus vitio adiuuāda eſt ſe ɔtenta. Ariſt.dicit ira neceſſaria eſt nec quicquā ſine illa expugnari pōt:niſi illa ipleat aīum: & ſpūm accendat. Vtendū autem eſt illa nō vt duce:ſed vt milite. & ira inquit ē cupiditas doloris reponēdi. Ariſt.in.ii.ethices pbans oēm virtutem morū circa voluptates doloreſq; verſari dicit quapropter & ſunt qui diffinientes virtutes affectuum inquiunt ipſas eſſe mediocritates tranquillitate ſue quaſdam:ſed nō recte quia ſimpľr dicunt & non addunt,vt oportet & cætera quæ adduntur.

❡Ad eius:qui punitur aliquem. Nonius Marcellus agens de contrariis generibus verborum dicit.Punitur aliquādo pro punit:vt Tullius primo officiorum. ADD.

❡Neq; ad eius &c.recte ſi ait. Nā ſi ppriā reſpiceret vtilitatē is qui punit minus ſeuerus eſſet:quā oporteret:timeret .n.ne quēq̄ offenderet: & aut inimicitias:aut laborē vitaret. Eſt aūt:vt ait Ci.i epľa ad.Q.frem: nō mō eius:qui ſociis & ciuibus:ſed ēt eius:qui ſeruis:qui mutis pecudib⁹ pſit:eo℞ quib⁹ pſit cōmodis vtilitatiq; ſeruire. ❡Cauēdū ē ēt &c. Alia cautio q̄ ſeruāda i magřatu:qui i libera ciuitate geriť:ne maior pctō pœna ſit:ne ſi mereať quiſpiā repetūdar℞ pœna dānari:peculat⁹ dāneť:aut ſi pecuniaria pœna: & dāneť pſonali. In rebus.n.ſuādа mediocritas eſt neq; ad extrema:vt ſupius ſæpe dcm̄ eſt:declinādum & neq; minus neq; pluſquā oportet:puniēdus q̄ſquā aut caſtigād⁹ eſt. ❡Et iiſdē de cau.&c.vt ſi multi dephendanť i furto:aut alio quouis ſcelere. Ex quib⁹ qui potētiores ſunt:aut ditiores ne citenť quidē i iudiciū minus potētes & paupiores puniātur. Et illđ ppea Lucani vſurpari merito a quopiā poſſit. Et tm̄ miſeris iraſci numina pñt. Aeq̄ oīb⁹ qui ſiľr peccarūt pœna iferri dēt. Cōtra tñ vt videmus plerūq; fit corruptis hoium morib⁹: nec puniuntur niſi qui minus pñt:nec pecuniis abūdāt qbus magřatus & iudices corrū pūt. Quđ qui faciūt : tm̄ abeſt vt puniātur. vt ne citenť quidē: & ad dicēdā cām venire iubeātur:de eo℞.n.pctō tacetur. Sæpe.n.iubet ſicut ira & odio excedit ī puniēdo:ita gr̄a moueť ī remittendo:hinc ait Ci. ad.Q.frem:ſit ſumma i iure dicēdo ſeueritas dūmō ea ne varieť gr̄a. Sed cōſerueť ęq̄bił. ❡Plectātur: puniātur. ❡Prohibenda āt maxie eſt ira ī puniendo. Ira ita aīum ſæpe obcæcat:vt nihil rectū ſinat itueri. Quare cū i oī quidē re & negocio abeſſe ab ira cōueniat: vt recte geratur,id pcipue ī puniendo cauēdū eſt:ne oppmi nos ea ſinamus:fertur Atenodorus Octauii Augu.pceptor monuiſſe illū : vt quoties ad irā cuiuſpiā iprobitate puocaret:pu℞q̄ quicq̄ faceret:aut

FRA. MAT.

Luca. de fortuna

diceret

vtiliter a natura datã. Illa vero oĩbus ĩ rebus repudiã
da ẽ. Optãdũq; vt hi, q pſunt reip. legũ ſimiles ſint, q̃
ad puniẽdũ nõ iracũdia ſed æquitate ducunt. Atq; ẽt
in rebus pſperis & ad volũtatẽ noſtrã fluentibus ſu-
perbiam magnopere, faſtidium, arrogantiamque fu-
giamus. Nam vt aduerſas res, ſic ſecundas immode-
rate ferre leuitatis: pclaraq; eſt æquabilitas in oĩ vita:

diceret alphabetũ recenſerent. Irę impetũ cito euaneſcere ſi
gnificãs. Ergo cũ ab ira aĩ occupeť aĩus quã puideť rõ poſ
ſit ne occupeť aĩ cõparat nos debem⁹: quotidie meditari re
ſiſtendũ eẽ iracũdię: cũq; ea maxĩe aĩum moueat: tũ diligen
tiſſime linguã cõtinẽda. Quę virtus Cice. nõ minor vť: quã
oĩno nõ iraſci. Nã illud nõ eſt ſolum grauitatis: ſed nõnun
quã etiã latitudinis. Mode-
rari vero aĩo cum ſis iratus:
aut etiam tacere & tenere in
tua pťãte metũ animi & do-
lorẽ. Et ſi nõ ẽ pfectę ſapien
tię: tñ eſt nõ mediocris inge
nii: vt ait Ci. in epiſtola ad

Virtus Mediocritas — Qu. fratrẽ. ❡ Mediocritatẽ:
Virtutem. Eſt. n. virtus vt dif
Ariſt. me — finit Ariſt. habitus electiuus
diũ in oi — in mediocritate conſiſtens quo ad nos rõne terminata: & vt
referuandum — ſapiens terminaret: Mediocritas aũt duoꝝ vitiorũ alterius
ſm exceſſum: alterius ſm defectũ: nimũ & paꝝ vocat Ci.
Circa irã medioc itas ẽ: vt ſupra diximus: mãſuetudo: de-
fectus ad quem declinat ſine noĩe ẽ. Exceſſus iracundia dici
põt. ❡ Quę mediocritas. ❡ Placet pipateticis: vt Ariſt. q in li
bris ethicoꝝ laudãdã in oĩbus dicit eſſe mediocritatem: &
mediũ habitũ amplectendũ: & quo pacto in ſingulis affecti
bus & actib⁹ iueniri mediocritas poſſit oſtendit Horatius
eãdẽ aut eã appellat & iure laudat. ❡ Recte: cũ in ea virtus
cõſiſtat. Et Teren. ait id eſſe in vita apprime vtile: vt ne qd
nimis. Modo ne laudarẽt iracũdiã. Quę exceſſus cũ ſit irę:
Laudari nõ põt: vitiũ. n. ẽ: nemo aũt laudat vitiũ. Ariſt. lib.
iiii. ethicoꝝ diſputãs de irę diſpõibus. Qui paꝝ inquit in
iracundia trãſgrediť nõ vituperať ſiue ĩ magis ſiue in min⁹.
Interdum. n. deficientes laudamus & manſuetos vocamus:
& iraſcentes viriles q̃ſi ad dominãdũ aptos. Sed q̃tũ & qua
liter: excedens vituperandus ſit idẽ ait non facile eſſe verbis
oſtendere & in ſingulis atq; i ſenſu huius rei iudicium eſſe.
Sed illud manifeſtũ medium habitũ laudabilem eſſe p quẽ
iraſcimur qbus oportet: & p qbus oportet: & vt oportet.
Cum aũt dicit Ariſt. Manſuetudinis exceſſum eſſe iracũdi
am: uult tñ ẽt in ipſo exceſſu mediocritatem eſſe. Circa quã
Acuti — magis & minus iraſcimur q̃ ops & exceſſus qdẽ eſſe acutã
tẽ: itq; acutos i q̃o⁹ ſũma ſeſe bilis: & q ſunt ad oĩa & ĩ oĩ re
A mari — iracundi. Amaros vero difficile placari & lõgũ iraſci tps qa
Acerbi — irami occultant: eoſdem eſſe plurimũ moleſtos & ſibi & ami
Taurus peripateticus — ciſſimis. Eos autẽ acerbos dici qui p quibus non oportet: &
magis q̃ oportet: & longius tps infenſi ſunt: nec placuntur
ſine ſupplicio vel poena. Taurus quoq; peripateticus phus
vt refert. Au. Gel. huius mortus aĩ q vlciſcendi eſt ſęuior ira
dť nõ putationem eſſe vtilem cẽſuit: quã στέρησιν græci di
cunt: ſed mediocritatem quã græci μετριότητα appellant.
ASCẽ. — ❡ NEq; ſup. debet referri ad vtilitatẽ eius qui punit aliquẽ:
aut q caſtigat verbis: ſed ad vtilitatem reip. Cauendum eſt:
& ne poena ſit maior q̃ culpa: & ne ĩ iſdẽ cauſis: alii plectã
tur. i. luant in corpore & alii ne qdem. i. nõ ẽt appelletur. i.
citentur ab officio iudicis: ſed derelinquntur oĩno impuniti:
cũ alii grauiter puniãtur. Autem p ſed: ita eſt maxime phi
benda. i. procul habenda i puniẽdo. Enim pro quia: as q exi
ſtens iratus accedit ad poenã. i. ad punitionẽ: nunq̃ non vnq̃
non tenebit vnq̃ illam mediocritatem: quæ eſt inter nimiũ
& parum: quæ. i. mediocritas placet peripateticis: & placet
recte. i. debite: modo. i. dũmodo ne laudarẽt. i. ſi ita eſſet q
non laudarent iracundiam: dicerent ſup. eam datam eſſe.
PET. MAR. — ❡ ILLA: iracũdia. ❡ Repudiãda: reiiciẽda tanq̃ res noxia
& minime placens: tractũ ab vxore quę a viro repudiatur:
aut fit diuortiũ. Sed eſt differẽtia: nã diuortiũ eſt iter virũ
& vxorẽ poſtq̃ cõiuncti ſunt ab eo dictũ: qd i diuerſas ptes
eãt q diſcedunt. Repudiũ viro ſpõſę remittiť anteq̃ cõiun-
gať viro. inde dicimus repudiare ſpernere & reiicere. ❡ Sint
ſimiles: legibus qm leges pro ęqtate puniunt nõ p iracũdia:
punit. n. lex ſine perturbatione: & vir bonus & ęquus inter-
dũ legẽ emendat: & iudex ẽ viua vox legis: & ſic ptor q red
dit iura: dť viua vox iuris ciuilis. Is igitur q iuſtitiã admini
ſtrat: debet imitari leges: nec affectu duci: ſed legibus niti: &
oĩa in ęquorẽ partẽ interpťari: vt bonũ ptorẽ decet. Vnde
arbiter honoratus dť is: q oĩa i æquorem partẽ interpťať.
❡ At q; etiã aliud pceptũ. Neminẽ. i. debere efferri: & ſupbi
re ſcđa fortuna. qđ leuitatẽ quãdam ſignificat a natura ma
gnanimi penitus alienam: q
oẽm fortunã fert moderate.
❡ Ad noſtrã voluntem: vt
nos optẽmus. ❡ Faſtidium. i.
nauſeã ſubſannationem: &
odiũ alioꝝ hoĩum ac moro
ſitatem. ❡ Arrogãtiã: nimiã
inſolẽtiã. ❡ Nã vt ratio qua
re ſupradicta ipſi magnani-
mo fugiẽda ſunt. qm ſunt cõ
tra ſuã naturã q̃ debet eſſe grauis: ſedata: afferri autem aura
fortunę & cum teflauerit deprimi: leuitatis eſt incõſtantię:
atq; hoĩs ignari quid fortuna poſſit. Vñ idẽ Cice. i oratio
ne p ſeſtio in laudem Catonis dicit: Atq; ẽt eo negotio. M.
Catonis ſplẽdorẽ maculare voluerunt: ignari qd grauitas:
quid integritas: qd magnitudo animi: qd deniq; virtus va-
leret: q̃ in tempeſtate ſua qeta eſt: & lucet ĩ tenebris & pulſa
loco manet tñ atq; hęret in patria. ſplendetq; p ſeſe ſemper
neq; alienis vnq̃ ſordibus obſoleſcit. ❡ Leuitatis: incõſtãtię:
quę grauitati inimica ẽ. & Magnanimus debet eſſe grauis:
& moderate ferre fortunã. & tot⁹ ex ſe pendere: nec fluctua
re inter ęſtus affectuum: vt leues faciunt. ❡ Pręclara: ſumma
laude digna. ❡ Aequabilitas: ideſt conſtans & perpetuus vi-
tę tenet vtriq; fortunę idoneus: & decorus, vt quis nec effe
ratur nec deprimatur. ſed teneat æquabilitatem in oĩ vita.
❡ VTILiter a natura datam: tanq̃ rem vtilem & pene ne- — FRA. MAT.
ceſſariam vt iraſcamur quando: & vbi & quãtum oportet:
imo iracundiã dicebant eſſe igenitã homini ac pellere & — Iracũdia permanens
iracundũ hominẽ vocari: q ſemper irã ſecũ gerit: iratũ q p
parte excandeſcit. Vñ iracundia a gręcis μηνιεια pmanẽdo — μηνιεια dicitur a gręcis
appellať, Stoici irã cotẽ fortitudinis dicebant eſſe: nõ tñ
iracundiam laudabant. Cicero ĩ oĩbus repudiandã dicit eẽ
tanq̃ irrationalẽ ac pter naturã aĩ motum. Idem i epiſtola
ad Qu. fratrem: oẽs. n. qui iſtuc veniunt ita de tua virtute: i
tegritate cõmemorant: vt in tuis ſũmis laudibus excipiãt
vnam iracundiã: qđ vitiũ cum i hac priuata quotidianaq;
vita leuius eſſe animi atq; infirmi videatur: tũ vero nihil eſt
tam deforme q̃ ad ſummũ imperiũ etiã acerbitatẽ naturæ
adiungere. ❡ Legum ſimiles: q̃ nõ ab iratis latę ſunt: ſed a bo
nis & prudentibus viris: honeſtatis: & communis vtilitatis
gratia: & totę in ęqtate fundatę ſunt: neq; errant vnq̃: nec
perperam aut maligne aliquid ſtatuunt: & eadem i oĩs ſem
per ſunt: quas imitatur vir bonus & ſapiens. Quicquid enĩ
facit ſemper ab oĩ perturbatiõe procul eſſe ſtudet. Cumq; — Ira duplex
duplex ira ſit: altera quę eſt repẽtinus: & irrationalis animi
motus vlciſcendi cauſa: in ſapientem nõ cadit: altera quę eſt
per accidens: cũ peccati iraſcimur qđ in peccatum inciderit
& p ipſius vtilitate: vt fiat melior: ipſum punimus: atq; vt
aliis exẽplũ ſtatuamus: ne peccent bona eſt: quã etiam ĩ deũ
cadere Lactantius oſtendit: i lib. quẽ edidit de ira dei. Plu-
tarchus ſeruo ſuo nequam hoĩ: & cõtumaci ſed libris diſpu
tatiõibuſq; phicę an res imbutas habenti: tunicã detrahi ob
delictũ: cediq; loco iuſſit. Cũq; ille iter vapulandũ cõqre
reť i diceretq; turpe eſſe phõ iraſci neq; pcepta ſua ſeruare.
Plutarchum q librum περὶ ἀοργησίας ſcripſiſſet. Tũ Plurar. — Plutarchi dictũ contra eius ſeruũ cũ eſſet iratus
lente: & leniter. Quid aũt ingt verbero? nunc tibi iraſci vi
deor: ex vultu ne meo: an ex voce: an ex colore: an ẽt ex ver
bis ira correptũ itelligis? Mihi qdẽ neq; oculi opĩor truces
ſunt: nec os turbidũ: neq; imaniter clamo: neq; in ſpumã ru
borẽ ve effuruẽſco: neq; pudenda dico aut poenitenda: neq;
oĩno trepido ira: & geſtio: hęc. n. oĩa ſi ignoras: ſigna eſſe ira
tum ſolent: & ſimul ad eũ qui cedebat couerſus. Interim in
qt dum ego atq; hic diſputamus: hoc age tu. Ex qbus verbis
qlis i puniendo vir ſapiens eſſe debeat itelligiť. ❡ Atq; ẽt an

re. pf. Dictū ē q̄ſo d̄rca honores gerere ſe dēat magnaīs. Sed q̄a nō ſemp magr̄atus idē gerit. Sunt alia bona quibus virtus frui ſolet: q̄ō i his hr̄e ſe dēat oñdit. Et admonet ne

Hora. ſcdis nimiū extollat. Sed faciat qd ait Hora. Sperat infeſtis metuit ſecūdis. Alterā ſorte bñ p̄paratū pectus. Quia ſic le uitati aſcribit ei: q ſcdis rebus nimiū inflat: vt ei q aduerſis frāgit. Neutrū magnanimꝰ facere debet: vt oīm ſuum tueat. Et nulla oino p̄turbatione ſe occupari ſinat: conſtanſq; in oī negocio ſit: & grauis.

Superbia Supbia & arrogātia modeſtiæ opponunt: & ſupbia qdē alios cōtēnimus ſupioreſq; aliis eſſe volumꝰ: ēt cū mereamur.

Arrogantia Arrogātia nimiū nobis tribuimus: & id arrogamꝰ qd minime adeſt. Supbia aūt & arrogātia nihil intolerabilius. Quis. n. illū ferat: q nihil ſe ſatis dignū putat: q omnibus anteire vult. Qui in nullum bonus eſt: & vrbanus. ⸿In omni: ſiue magiſtratus: ſiue priuati ſimus: ſimus aduerſæ res fluant: ſiue proſperæ. ⸿Faſtidium: quoniam omnes faſtidiunt: & contemnunt.

& idem ſemper vultus, eademq; frons: vt de Socrate, itemq; de C. Lelio accepimus. Phillippum quidem macedonum regem, rebus geſtis, & gloria ſuperatum a filio, facilitate & humanitate video ſuperiorem fuiſſe. Itaq; alter ſemper magnus, alter ſaepe turpiſſimus.

ASCĒ. ⁋VTILIter. i. cū vtilitate nr̄a a nā. Vero p ſed: illa. ſ. iracundia ē repudianda i oībus rebꝰ: q; p & optandū ē. vt ii q prēſuut reip. ſint ſiles legum: q̄ leges ducuntur. i. iducunt ad

Arrogantia fugienda puniendū nō iracundia: ſed ęqtate. Atq; p & fugiamus i rebus ēt p̄ſperis & fluentibus. i. p̄uenīētibus p ſe ad noſtrā voluptatem fugiamus dico ſūmope. i. toto conatu ſupbiā faſtidiū. i. cōtēptum ex faſtu & ſuperbia, & arrogantiam. i. attributionem indebiti honoris. Nam vt. i. ſicut leuitatis eſt. i. ad leuitatem: & incōſtantiam: ac infirmitatem animi pertinet ferre: ideſt vt dicunt portare imoderate. i. ſine moderatione res aduerſas ſic ſup. ē leuitatis ferre immoderate res ſup. ſecundas: ideſt proſperas: & æquabilitas: ideſt moderatio æqua animi eſt præclara in omnia vita. i. genere vitæ.

PET. MAR. ⁋IDEM vultus: qm̄ mutatio vultus indicat aīum nō eſſe ſedatū: & voluntatē ad diuerſa rapi: a q̄ vultus fingitur: q eſt aī idiciū. ⸿Eadē frons: eadē hilaritas faciei: non vt nunc obducatur pp irā: nunc ſit læta. hęc oīa ſignāt aī affectus. ⸿De ſocrate: dcm ē. ⸿C. Lęlio: q habitus ē ſapiēs. ⸿Philippū qdē: affert exemplū philippi regis Macedonū: & Alexādri filii dicitq; Alexandrum ſuperaſſe patrem p̄ſtātia bellica & magnitudine rerum geſtarum: ſed ſuperatum fuiſſe a patre facilitate atq; humanitate. de quoruz vita & morbus ſic ſcribit Trogus lib. ix. Alexander filius Philippo ſucceſſit: & virtute & vitiis pr̄e ſuperior. Itaq; vincēdi ratio vtriq; diuerſa. Hic aperte bella tractabat: deceptis ille gaudere hoſtibꝰ hic palā fuſis: prudentior ille cōſilio. hic aīo magnificētior. Irā pater diſſimulare plerumq; & vincere: hic vt exarſiſſet. nec pilatio vltionis nec modus erat. Vini vterq; nimis auidus: ſed ebrietatis diuerſa vitia. patri mos erat de conuiuio i hoſtes p̄currere: periculis temere ſe offerre: Alexander nō i hoſtem ſed i ſuos ſęuiebat: quāobrē ſępe Philippum vulneratū p̄lia remiſere: hiç de amicoꝝ interfectoꝝ conuiuio freq̄nter exceſſit. Regnare ille cum amicis volebat; hic in amicos regna exercebat. amari pr̄ malle hic metui. Literaꝝ cultꝰ vtriq; ſimilis: ſolertię pr̄ maioris. pater parcendi victus p̄uicioſior aius: filio p̄ōptior & honeſtior: frugalitati pr̄: luxuriæ filius magis deditus erat. qbus artibus orbis imperii fundamenta pater iecit: operis totiꝰ gloriā filius cōſumauit. ⸿Facilitate: manſuetudine: qm̄ facilis erat amicis ſine aliqua moroſitate. ⸿Humanitate: benignitate ſine aliq̄ arrogātia. Humanitas. n. vetat ſuperbū eſſe aduerſos ſocios. Humanitas auctore Platōe triplex eſt. Vna fit p ſaluatōem. vt cum nobis obuios ſalutamꝰ: & manū porrigimꝰ. Altera, cū q̄s opē affert calamitate laboranti. Tertia: cū hoīes inter ſe conuiuia celebrant, & p̄ſuetudine gaudēt. ⸿Itaq; alter: Philippꝰ. ⸿Sēper magnus: magna laude dignus pp facilitatē & hūanitatem. ⸿Magnus: g̃nōſus: humanus: laudabilis: & inclyti ſpūs. ⸿Alter ſępe turpiſſimus: Alexander ſępe īfamia ſūma notatus p̄p inſolētiā & crudelitatē in ſuos: cū mero icaluiſſet. In

terea inquit Trogus: Alexander nō regio more: ſed hoſtili odio i ſuos cœpit ſęuire. maxie īdignabat carpi ſe ſuorum ſermonibus: ſeq; mores Philippi pr̄is & pr̄ię ſubuertiſſe: pp quę crimina Parmenio quoq; dignitate regi p̄ximus: cum Philota filio de vtroq; p̄us habitis q̄ōnibus interficit. Et in cōuiuio poſt Alexandriā cōditā ad radicē caucaſi mōtis. ſ. q perpetuo iugo aſiā diuidit: orta inter ebrios reꝝ geſtaꝝ a Philippo mētio eēt: & nōnulli eū laudibꝰ ferrent: ipſe cœpit ſe pr̄i p̄ferre & magnitudinē rerū ſuarū extollere. Itaq; cum vnus e p̄uiuis Clytus noīa iā ſenex fiducia regię amicitiæ memoriā Philippi defenderet laudaretq; eius res geſtas adeo Alexandrum offendit: vt telo a quodā ſatellite rapto Clytum i conuiuio trucidauerit: q̄ cęde exultās mortuo p̄rocinium Philippi laudēq; pr̄nę militiæ obiectabat. Inde pœnitentia ductus morte ſibi afferre voluit. Nā q̄triduo inediā ſuſtinuit: nec a toto exercitu exoratus ē ne ita vnīꝰ morte doleret. vt vniuerſos p̄deret: quos in mediā barbariē adduxerat. Itaq; Alexā. ſępe fuit crudeliſſimꝰ ēt i ſuos pp potū aliqñ quo nihil pōt eē turpiꝰ: & maxie i eo q alios regit. Vñ dicit Pla. i. iii. de rep. vrbis cuſtodibus ebrietas molities atq; ignauia quā maxie hñtur indecora. illis, ī qt: q remp. gubernat: ab ebrietate tēperandum erit: nulli q̄ppe minꝰ p̄uenit q̄ cuſtodi ebrio neſcire quo terraꝝ degat. Ridiculū p̄fecto ē cuſtodē: cuſtode indigere. Carthaginēſem inqt legē magiſquā lacedæmonioꝝ laudo: vt nūq̄ in caſtris q̄ſq̄ vinum guſtare audeat: ſed toto militię tēpore aq̄ vſum cōprobatum. In ciuitate aūt ſeruis nunq̄ vini vſus concedendus ē. Nec magiſtratus: p̄ quo rēp. gubernant: vino vtant. Nec gubernatores: nec iudice: nec q deliberaturus in cōcilium vocatus ē nec vllo modo in die niſi valetudinis g̃ra. facilis igit̃ debet eſſe is q rēp. gerit pro rōne tēporis & pſonaꝝ. Vñ bñ illi p̄cipiunt: q dn̄t hoīes tanto debere eſſe ſubmiſſiores quāto ſunt ſupiores. Tunc. n. magnitudo aī oſtēdit. Plutarchus ſcribit Alexan. ad ſcripſiſſe hæc ſcelera furori bacchio pœnitebat. n. ipſum q̄ tali cōmiſiſſet aliqñ eum quoq; inqt thebanoꝝ ſępenumero calamitas affixiſſe dr̄. Clyti vero cędem inter vina factā itēq; repudiator in india macedones: vt q imperfectā ad huc militiā detractarent: ipſiuſq; gloriā abiicerent: ad liberi pr̄is iras oino referre ſolebat. Polydamas: vt auctor eſt curtius lib. v. miſſus ē ad occidendū Parmenionē p̄ditionis inſimulatū: cuius latus p̄mus Cleāder hauſit inde vgulū cęteri quoq; exanimū cōfoderūt. Androcides auctore Pli. li. xiiii. ſapiētia clarus ad Alexandrū magnū ſcripſit intēperantiā illius cohibens. Vinum potaturus Rex memēto te bibere ſanguinem terre. Sicuti venenū eſt hoī cicuta. ita cicutę vinū. Quibus p̄ceptis ſi ille obtēperaſſet p̄fecto amicos: itemulentia nō intermiſiſſet. Aſclepiades ſuper menſam dixit. prima cratera ad ſitim pertinet: ſecunda ad hilaritatē: tertia ad voluptatē. Quarta ad iſaniā. ⸿Sępe turpiſſimus: iſamis. nā turpitudo ī moribus dicitur.

⁋ET idē vultus tā in p̄ſperis q̄ in aduerſis rebus: vt neq; doleamus aduerſis neq; lętis geſtiamus. Vultus eſt habitus & a volēdo dr̄ quo vocabulo carent gręci. Si Ciceroni credimus lib. de legibus. ⸿Frons: q̄ vt ci. ait ē aī ianua: Vultus aūt & frons ſignificāt qualiter ſumus affecti. Sapiens āt nec vultū mutat vnq̄: neq; mō exporrigit frōtem: mō corrugat, Sed i eodē habitu ſemp ē. ⸿De Socrate: & C. Lęlio. Socrates duriſſimus: vt Ci. ait fuit pedibꝰ: & ſępe i motus ab ortu ſolis vſq; ad occaſum in eodē veſtigio p̄manebat. q̄ſo vxor Xātippe eodē quo egreſſus erat vultu redeūtē domū ſemp uidiſſe dicebat. C. Lęliꝰ amiciſſimꝰ fuit Scipiōi ſupioris: iſēq apud Cice. in lib. de amicitia itroducit. Multum i ſenatu potuit: fuitq; illa tēpeſtate cōſtātiſſimus: & ſapiētiſſimꝰ. ⸿Philippū: qd iter pr̄em & filiū iterfuerit ex his Iuſtini in epitomate Trogi cognoſcit̃ verbis. huic Alexā. ſucceſſit: & virtute & vitiis pr̄e maior. Itaq; viuendi rō vtriq; diuerſa: hic

FRA. MAT.

Vultus

Frons

Socrates

Philip. & Alexander quo differēt

uerſa:hic apta vi : ille artibus bella tractabat : deceptus ille gaudere hoſtibus:hic palā fuſis:prudētior ille ↄſilio:hic aio magnificentior. Irā pſ diſſimulare plerūq; & vicere:hic vbi exarſiſſet:nec dilatio vltionis nec modus erat. Vni nimis vterq; auidus. Sed ebrietatis diuerſa vitia:pt̄is mos erat de cōuiuio in hoſtē ꝓcurrere:manū ↄſerere:piculis ſe temere offerre. Alexāder nō in hoſtē: ſed in ſuos ſęuiebat. ex qbus rebus verꝫ eē cognoſcit̄ i qđ Ci. ſcri. facilitate & humanitate patrem ſupiorē: & alterū ſemp magnū. ſ. Philippū. ꝩ Alterū. ſ. Alexādrum ſępe turpiſſimū:in cōuiuio pmenıones philotā:amynta ↄſobrinū:nouercā fratreſq; iterfici iuſſit alioſq; p multos.

ASCĒ. ¶ ET Idem ſemꝑ vult⁹ ſup ple eſt ꝑclarus & eadē frōs. i. indiciū ai ſeu hilaris ſeu triſtis:qđ frōs idicat ſup. ē præclara:vt nos accepimus. i. intelleximus de Socra. phō Athenienſū & quoq;. i. ēt de Caio Lælio optio & prudētiſſimo viro Romano. Quidē. i. certe ego video Philippū regem macedonū ſuparī. i. victū a filio. ſ. Alexandro magno rebus geſtis: & glia ſup. eoꝝ fuiſſe ſuperiorem ſup. filio ſuo facilitatate & humanitate. Itaq; alter. ſ. Philip. pater ſemper fuit:ſup. magnus propter humanitatem:alter. ſ. Alexāder eius fili⁹ fuit:ſup. ſępe turpiſſim⁹ cū. ſ. p ebrietatem ſæuitiam ſuam:etiam in amicos exercet.

PET. MAR. ¶ REcte:bn̄ vt ſunt ipſi ſtoici q nihil admirant̄ ꝑter virtutem. ꝩ Submiſſius:humanius:humilius. ꝩ Supiores:in meliori fortuna:qm̄ vir magnaius æquabiliter fert fortunā i vtrāq; ptem. ꝩ Panetius qdē: Panetius ꝑceptor fuit Africani minoris rhodius gr̄eq ſcripſit de officiis:in qbus hæc de auditore ſuo Africano æmiliano inſeruit. ꝩ Familiarē:amicum & auditorē:dicebat Africanus hoīes ꝓſpera fortuna exultantes debere regi cōſilio prudentū vt equi effreni ab inſeſſore. ꝩ Cōtentiones:decertationes: & ꝑlia ſtrepituſq; tubarum:qbus affecti ſunt ferociores. ꝩ Facilioribus : magis obtemperātibus iſeſſori. ꝩ Effrenatos:ſupbiētes & elatos ſcda fortuna. ꝩ Preſidentes:nimiū fidētes ſibi ipſis. ꝩ Tāq̄ ī gyrū:pſtat in tranſlatione equoꝝ:q freno voluunt̄ in gyrū:vt ſint faciliores. Et iō dicit tāq̄ in gyrū:vt. ſ. itelligāt fortunā eē mutabilē: & illi⁹ temeritati n̄ eē fidēdū ſed parēdū rōni et cōſiliis prudētū,q lōga expientia edocti optie conſulere pn̄t. ꝩ Rōnis:intellectus:vt. ſ. pareāt rōni. & ab illa nō diſcedāt ducti appetitu:vt faciūt eq q voluunt̄ ab inſeſſore in gyrū:ne nimiū ſint feroces. ꝩ Imbecillitatē:debilitatē & mutationē. Vn̄ ops in ſcdis rebus vti prudentia. In oi vita ſic viuendū eſt:vt cōſtātiā & magnanimitatē retineamus & mediocritatē. qđ vt facilius aſſeq̄mur:debemus amicoꝝ ↄſilio vti & prudētū, cū ſumus in ꝓſperitate reꝝ vt illoꝝ conſilio ad id qđ rectū eſt dirigamur:aľr appetitus voluptate corruptus & factus iſolentior minime parens rōni in vetitū ruet. hecuba apud euripidē iā ſerua ex regina deplorās fortūæ mutationē dicit:hęc oia q̄ i mūdo hn̄r bona nihil ſūt fruſtraq; rōnū humanaꝝ cōſilia: & linguę iactātia:ille eſt feliciſſim⁹ cui p tpis ætatis nihil mali cōtigit. ꝩ Secūdis:proſperis: qm̄ hoīes in ꝓſpera fortuna non ſunt cōpotes ſui : ſed in manu fortunę. Et iō in ſcdis rebus dēmus eſſe moderati dicebat Periāder: & vti ↄſilio amicoꝝ. Iſocrates Demonicū ſic amonet. fortuna indigni ſunt q illa abutunt̄. & Nicoclē ſic iſtituit: Da libertatē bn̄ ſentientibus vt habeas auctores & cōprobatores eorū de qbus ambiges:ↄſidera illos q arte aſſentant̄ & adulātur nec nō illos qui bona mente obſequuntur. ne mali plus habeant̄ q̄ boni. Idē ſic hortatur Demonicum odio tibi ſint Adulatores tanq̄ deceptores. Ambo. n. iniuria illos afficiūt q faciles aures patefaciūt. ꝩ Auctoritas : dignitas libertas monēdi & illoꝝ auctoritati credēdū & mo

Vt recte ꝑcipere videātur, qui mō ēt, vt quanto ſupiores ſimus, tanto nos ſummiſſius geramus. Panetius qdē auditorē africanū & familiarē ſuū ſolitū ait dicere, vt equos pp crebras cōtētiones præliorū ferocitate exultātes domitoribus tradere ſoleant, vt his facilioribus poſſint vti, Sic hoīes ſecundis rebus effrenatos ſibiq; pręſidentes, tanq̄ in gyrum rationis, & doctrinę duci oportere, vt pſpicerēt rerū humanaꝝ imbecillitatem, varietatēq; fortunę. Atq; ēt in ſecūdiſſimis reb⁹ maxime ē vtēdū conſilio amicoꝝ. Hiſq; maior, q̄ añ tribuēda ē auctoritas, iiſdēq; tpibus cauendū ē, ne aſſentatoribus patefaciamus aures : nec adulari nos ſinamus:

¶ VT enim &c. Oſtendit per ſimilitudinem quænam ſit perſona ſpecialis. Et quemadmodum inquit varię ſunt corporum differentiæ: pauci enim per omnia reperiuntur imagine ſimiles: ita varię ſunt animorū diſſimilitudines. Vnde ait Ouidius. Pectoribus mores tot ſunt quot in orbe figuræ. Et Terentius. Quot capita tot ſententiæ. Ex quo apparet, communem illam naturam quaſi genus eſſe: particularem vero cuiuſq; naturam: quaſi ſpeciem. ¶ Velocitate: ad curſum: vt Ladam qui ita ſuper canum puluerē curſitauit: vt in harenis pendentibus nulla indicia relinqueret veſtigiorum. ¶ Ad luctandum: vt Milonem crotoniatem. ¶ Dignitatem: quæ eſt virilis pulchritudo magiſq; ad grauitatem inclinat q̃ ab ea declinet. Quales Romanorum multos legimus fuiſſe. ¶ Venuſtatem: quæ eſt pulchritudo & elegantia oris & corporis magis fœminis q̃ viris conueniens. ¶ Erat in .L. Craſſo. Hic eſt qui vna cum filio Mariana clade trucidatus eſt orator inſignis. Qui in libris de oratore introducitur. ¶ Lucius Philippus: hic cauſam ſenatus ſuſcepit cōtra .M. Liuium Druſum. Cum is pernitioſa ſpe largitionis plebem concitaſſet: & promiſſa ciuitate ſocios in vrbem cōuocaſſet vt illis adiuuantibus agrarias frumentariaſq; leges ferret. Die vero ꝓmulgandi Philippum conſulem: q auſus eſt ɔtraire: apprehendit faucibus Liuius: nec prius dimiſit q̃ ſanguis in ora & oculos redundaret. ¶ C. Cæſ. hic eſt. C. Ceſ. iunior ad quē fuerunt Cic. epiſtolę: nunc .n. non extāt: fuit filius Lucii Cæſaris qui bello ſociali feliciter contra. Sānites pugnauit ob cuius victoriā Romę ſaga poſita ſunt. Periit clade Mariana: in penetralibꝰ domus ſuę trucidatꝰ.

Ouid. Teren. Dignitas Venuſtas C. Ceſ. iunior

ASCE.

¶ ENIM .i. quia: vt .i. quemadmodū magnę diſſimilitudines ſunt in corporibus. Videmus .n. alios .i. aliquos valere ad curſum: velocitate .i. per velocitatem agilitatem ſuam: alios valere ad luctandum viribus .i. per vires ſuas. Itē .i. cōſimiliter in formis videmus dignitatē .i. pulchritudinē virilem ieſſe aliis .i. aliqbus: & venuſtatē .i. formoſitatem muliebrem ineſſe aliis & ſic varietates exiſtunt in animis ēt maiores. Lepos multus .i. venuſtas & ſuauitas dicendi erat in .L. Craſſo: & in .L. Philippo maior ſup. lepos: & etiā magis de induſtria erat ſup. in .C. Cæſare oratore Lucii filio. At .i. ſed ſingularis ſeueritas erat ſup. Hiſdem tpibus quibus ſuperiores vixerūt in .M. Scauro: & in .M. Druſo adoleſcēte.

In M. Scauro & in M. Druſo adoleſcente ſingularis ſeueritas. in C. Lælio multa hilaritas: in eius familiari Scipione ambitio maior. Vita triſtior. De gręcis autẽ dulcem, & facetũ, feſtiuiq; ſermonis, atq; in omni oratione ſimulatorẽ, quem εἴρωνα Græci nominauerunt, Socratem accepimus. Contra Pythagoram, & Periclem ſummã auctoritatẽ conſecutos ſine ulla hilaritate. Callidũ Hãnibalẽ ex gẽte pœnorũ: ex nr̃is ducib⁹.

PET. MAR. ℭIN M. Scauro: ecce diſſimilitudines aĩoꝝ & moꝝ. erat inqt alibi: in Scauri oṙone ſapientis hoĩs & recti grauitas ſũma: & nãlis q̃dã inerat auctoritas. non vt cãs ſed vt teſtimoniũ dicere putares. De ſeueritate Scauri ſic ſcribit Valerius M. Scaurus lumẽ ac decus pŕię: cum apud atheſim flu uiũ ĩpetu cymbroꝝ Romani eqtes pulſi deſerto cõſule Catullo pauidi vrbẽ repeterẽt: filio ſuo illius ꝯſternationis & fugæ pticipi miſit q dicerent ſe libẽtius in acie eius interfecti oſſibus occurſurũ: q̃ ipm tã de formis fugę reũ viſurũ: itaq; monebat: vt ſiqd verecundiæ hẽret conſpectũ pr̃is a quo degñauerat vitaret: quo nuncio accepto iuuenis dolore pcitur mortẽ ſibi conſciuit. ℞ Sigularis: pcipua grauitas & ſeueritas M. Druſus inqt alibi. C. filius: q in Tribunatu C. Graccũ collegam iteꝝ tribunum fecit vir & oṙone grauis & auctoritate: eiq; pxime adiunctus. C. Druſus fr̃ fuit. ℞ In C. Lęlio: alia: moꝝ diſſimilitudo. hilaritas eſt q̃dã ſigñatio lętitię contraria ſeueritati atq; triſtitiæ. ℞ Scipione: Aemiliano: qui fuit Lælii amicus. ℞ Ambitio: honoris cupiditas Triſtior: ſine hilaritate: vt videretur ſeuerus & plenus auctoritatis in honoribus petendis & vitiis coercẽdis. fuit. n. optim⁹ ſenator. ℞ De gręcis. aũt: poſtq̃ de romanis exẽpla poſuit: tranſit ad græcos: & affert Socratẽ: q fuit dulcis & facetus & in oĩ oṙone ſimulator. ℞ Ducẽ: ſuauẽ in oṙone. ℞ Facetũ: hñtem facetias & excultã quadã vrbanitate & elegantiã in loquendo. ℞ Feſtiui: iucũdi & vrbani: quẽ Irona. i. diſſimulatorem appellabãt. Fictio eſt: uti genus: & diuidiť in duas ſpẽs: ſimulationem: & diſſimulationẽ. Veritas eſt q̃dã mediocritas ptinẽs ad eũ: q de ſeuera loqtur: & q eã hẽt: dr̃ uerus hõ ſeu ueridicus ſeu grauis: q ea ſibi ineſſe dicit. q̃ inſunt & neq; maiora neq; minora: & poti⁹ ſe flectere debet ad diſſimulationẽ: ſi eſt a veritate diſcedendũ q̃ ad oſtẽtationẽ: qm̃ exuperationes modeſtiſſimę ſunt: & maxie apud multitudinem. Arrogãs ſiue oñtator ea q̃ non inſunt ſibi fingit: aut maiora q̃ inſint: & ſic ſtatim eſt mendax: & mẽdaciũ ẽ res pnicioſiſſima. Et Cic. dicit nihil eſſe turpius vanitate. Oſtentator inqt Cyrus apud Xenophõtẽ nomẽ mihi vr̃ eẽ pp eos poſitũ: q ſimulãt ſe eẽ ditiores q̃ ſint & fortiores: & q pollicerenť ea ſe facturos q̃ nequeũt: pſertim cũ manifeſtũ ſit ab his fieri accipiendi aliqd ac lucrãdi gr̃a. Mentiť ille q ſcit ſe dicere mẽdaciũ & dicit vt noceat. Mẽdaciũ dicimus: cũ decipimus & alios & noſipſos putantes dicere veꝝ vt ſi diceremus mare deſiccatũ eẽ credẽtes forte ex relatu alicui⁹ ita eẽ: & iõ prudẽtis eſt nõ dicere mendaciũ. boni aũt viri eſt nõ mẽtiri. & mẽdaciũ dicim⁹ aliqñ ad vtilitatẽ alteri⁹: vt faciunt medici curãtes ęgrotos. adhibentes. n. potiones ĩſuaues ſed ſalubres vt ęgrotus hauriat: ſuaues eſſe dicũt & hauſtu faciles. Vñ dicit Plato in. iii. de rep. Mẽdaciũ ꝯcedẽdũ eẽ medici: talibus vero minime. Vanus ille eſt. q mendaciũ dicit. ſiue mẽtiť delectationis gr̃a: nõ vt noceat inqt Ariſt. Cellius dicit. Vani dñr mendaces inſidi & leuia inaniaq; ꝓ grauib⁹ & veris aſtutiſſime cõponentes. Diſſimulator ẽ arrogãti ſiue oñtatori cõtrarius: qa aut negat q̃ ſibi inſunt: aut minora facit. Arrogãs ſi gl̃ię cã aliqd ſibi arrogat: nõ multum vitupandus eſt: ſed ſi gr̃a lucri: qa rẽ vilem appetit: & diſſimulator rei manifeſtę ac puæ vilis eſt & malitioſus. Diſſimulator rei pclaræ ipſo malitioſo laudabilior eſt. At diſſimulatores inqt Ariſto. diſſimulãtes ſua elegãtiores eſſe videnť. nõ. n. lucri cã id agũt: ſed vt fugiãt timiditatẽ & iactãtiã. maxime aũt hi negant ea q̃ ſunt pclara vt Socrates faciebat. Socrates. n. ſectabať opinionẽ de idęis: vt opinatus fuerat Pythagoras quã opinionem Plato poſtea dilatauit: & Ariſt. labefactare conatus eſt: & ipſe Socrates erat fons phiæ quã primus inter hoĩes collocauit de bonis maliſq; diſputans tñ dicebat ſe vnũ dũtaxat ſcire qd nihil ſciret: & ſeſe oppoſuit ſophiſtis: q oĩa ſe ſcire pfitebãtur: & ſua diſſimulatiõe alios eludebat & ironia qua vtebatur nil aliud erat: niſi illuſio. Fabi⁹ ait li. ix. Socrates dictus eſt. Iron. i. agẽs iperitũ: & admirator alioꝝ tanq̃ Sapientũ. Socrates apud Platonẽ in theage ſic ait. Nullam ex iſtis beatis & pulchris diſciplinis pfitor. velim tñ mihi illas adeſſe veꝝ ſemp nihil ſcire medico præter exiguam quãdam amãdi diſciplinam. Thraſimachus apud eũdẽ in prio de rep. ſic rñdet Socrati. Hæc illa ſolita eſt Socratis ironia. verum hæc ego cognouit atq; pdixi q tu rñdere qdem nolles ſed ironia potius vtereris. & deniq; oĩa faceres potius q̃ interroganti cuiq̃ rñderes. cui Socrates qõ rñdere is poſſet q neq; ſciat: neſcire ſe pdicet. Cõtra: ex alia'. ℞ Periclem: pericles Xantippi filius inqt Ci. alibi primus adhibuit doctrinã: q̃q̃ tunc nulla erat: tñ ab Anaxagora phyſico eruditus exercitationẽ mẽtis a reconditis abſtruſiſq; rebus ad cãs forenſes populareſq; facile traduxerat. huius ſuauitate in primis exhilaratę ſunt Athenę. huius vbertatem & copiam admiratę. eiuſdẽ vim dicẽdi terroreq; timuerũt: de quo Eupolis ſcripſit: cum delactione aculeos ẽt relinquebat in aĩs eoꝝ: a qbus eſſet auditus de quo alter comicus ait. Tõabat, fulgurabat perturbabat oĩa deniq;. Comicis inquit Plutarchus: dixerunt periclẽ cum cõcionareť: corruſcationes effundere: ac iere tonitrua: horrẽdũ in lingua fulmẽ gerere. Agariſta mr̃ periclis Piſiſtrati filios & tyrãnidem generoſo aĩo expulit: leges ẽt tulit: optimeq; rẽpu. tẽperauit. viſa eſt pergnientem parere leonẽ: & paucis poſt diebus Pricle peperit ſpecie qdẽ corporis aut indecora capite vero oblõgo: nec cęteris ptibus rñdẽti ex quo oẽs fere eius ſtatue velabantur caſſide. ℞ Callidũ Hãnibalem: Tũc de impatorib⁹ exercitũ varia ponit exempla. Hãnibal callidiſſim⁹ fuit & ſolertiſſimus in re militari: crudelis & pfidus. ℞ Ex nr̃is: Romanis.

FRA. MAT. ℭM. Scauro & M. Druſo de vtroq; ſuprus vt dictum eſt. M. Druſus auũculus fuit Catonis cuius domi educatus eſt. ℞ Caio Lælio. Is amicus fuit Scipionis ſupioris & libro de amicitia introduciť. ℞ Hilaritas: hanc libro de optimo genere dicendi Cic. triſtitiæ opponit his verbis Nam vt imago eſt animi vultus: ſic indices oculi: quorũ hilaritatis & viciſſim triſtitię modum res ipſę de qbus ageť tẽperabunt. ℞ Ambitio: honoris cupiditas & appetitio. ℞ Vita triſt. Seuerior & grauior: & ad laudẽ hic ſumeť triſtis: nõ ad amaritudinẽ Cic. alibi iudex triſtis integerq;. Terẽ. in And. Triſtis ſeueritas in vultu: atq; in verbis fides eſt & tiriſtis qui dolet. Scipionem aũt ſupiorẽ Africanũ intelligit. ℞ De gręcis Socr. nihil ſcripſit: ſed in oĩbus Platonis dialogis ferme introduciť facetiſſimus. Et qm̃ qui iocanť ad aliud alludũt q̃ dicere videanť. Quod eſt ironie ꝓprium ideo εἴρωνα eum græci vocauerunt εἰρωνείαν. n. diſſimilitudo eſt: & cauillatoria decipio. ℞ Contra. &c. Pythagoras Samius fuit phs floruit olympiade ſexageſima admodum ſeuerus: Pericles Anaxagoræ auditor fuit: philoſophia & eloquentia inſignis Dux. Item Athenienſiũ quoꝝ rempu. annos quadraginta diminiſtrauit. ℞ Callidum Hãnibalem. Cuius virtutes ingentia vitia æquaſſe dicit Liui⁹. Nam in eo perfidia pluſq̃ punicas nullum iuſiurandum: nulla religio: nullus dei metus erat.

Hilaritas

Triſtis

Socra.

Pytha.

ASCẼ. ℭMVLta hilaritas erat in C. Lælio: & ambitio. i. cupiditas bonoꝝ: & vita triſtior. i. ſeuerior erat in Scipione familiari eius. Habenť. n. iter paria amicorũ: apud Ro. Aũt proſed: nos accepim⁹ de gręcis Socratem fuiſſe ſup. dulcẽ & facetũq; ꝑ &: feſtiui. i. culti & lepidi ſermonis & ſimulatorem quẽ gręci noiarũt ironũ (ſcribiť aũt eronõ). i. ſimulatorẽ in oĩ oṙone. Cõtra. i. ecõtrario accepimus ſup. Pythagoram & Periclẽ phõs illos cõſecutos. i. obtinuiſſe ſummã auctoritatem ſine vlla hilaritate. Non accipim⁹ Hannibalẽ: callidũ. i. vafrum & aſtutũ ex gente pœnorum. i. Carthaginenſium.

Socra.

Pytha.

ℭQ u. Fabiũ

Q. Maximū accepim⁹ facile cælare, tacere, diſſimulare, īſidiari, p̄ripere hoſtiū ꝯſilia. In quo gñe greci Themiſtoclē athenieſem, & Pheræū Iaſonē cæteris ātepo nūtī: primiſq; verſutū, & callidū factū Solonis, q quo & tutior vita ei⁹ eēt, & plus aliquāto reip. ꝓdeſſet, furere ſe ſimulauit. Sūt his alii mītū diſpares, ſimplices, & apti, q nihil ex occulto, nihil ex īſidiis agēdū putāt: veritatis cultores, fraudis inimici. Itēq; alii, q qd vis ppetiant, cui vis deſeruiāt, dū qd velint cōſeq̄ñt: vt Syllā & M. Craſſum videbamus. Quo in gñe verſutiſſimū, & patiētiſſimū Lacedæmoniū Lyſandrū accepimus.

PET. MAR. ℭQ. Fabiū Maxi. hic eſt: Q. Fabius Max. de quo ſupra: q Hānibalē cūctādo fregit: & ei⁹ dolos magna prudētia diſſoluit. Vñ vidēs Hānibal aſtus ſuos a Fabio deprehēdi, dixit: & Romani ſuū Hānibalē hñt. ſ Facile cæ. hę ſunt ptes calliditatis: callidi dñr aſtuti: & quoꝝ mēs vſu ꝯcalluit. Cyrus dicit apud Xenophōtē exercit⁹ impatorē oꝫ ē īſidiatorē: diſſimulatorē doloſum deceptorē. furē, raptorē, & oi ī re hoſtib⁹ ꝓualere. ſ Diſſimulare: nō oñdere qd agere vellēt. ſ Pręripere ꝯi. ꝓuidere qd hoſtes ꝯſultēt ī factu riq; ſint & ſic eorū ꝯſiliis obuiā ire: & nō pmittere vt id exequanſ, qd cogitāt. Fabius cū eēt dictator: p̄ripiebat cōſilia Hānibalis, & ipm impediebat. ſ In quo ge. calliditatis. ſ. Themiſtocles Athenīēſis Neocli fili⁹ fuit: & callide pſas vicit ad ſalaminē: vt dictū eſt: celeriter ingt ꝓbus æmilius q̄ opus erāt reperiebat. ſ Themiſtocles: neq; minus ī reb⁹ gerēdis prōptus: q̄ excogitādis erat & de īſtātib⁹ vt ait Thucydides veriſſime iudicabat: & de futuris clariſſime cōiiciebat: quo factū eſt: vt breui tpe illuſtrareſ. Et Xerxes iter anguſtias ſalamīs freti victus eſt: magis cōſilio Themiſtoclis q̄ armis græciæ: qm̄ naues barbaroꝝ pp mľtitudinē nō poterāt explicari. Pheræ oppidū Theſſaliæ poſſeſſum a tyrānis quoꝝ e numero fuit hæc Iaſon vir callidiſſimus: cuius filia fuit thebe vxor Alexādri pheræi vt auctor eſt Plutar. in pelopida. Strabo agēs de Theſſalia dicit pheras ī ſublimi q̄q; faſtigio collocatas tyrāni funditus extinxerūt. ſ Verſutū: callidū & aſtutū. nā verſuti dñr illi quoꝝ mēs celeriter vertiſ. ſ Factū ſo. Laertius in vita Solonis ita ſcribit. Eſt ipſi⁹ Solonis factū celeberrimū. Cū de ſalamine iter Athenīēſes & Megarēſes capitaľr dimicareſ: multiſq; cladib⁹ acceptis capitale apud Athenīēſes eē cœpiſſet ſiqs legē de vindicāda īſula ferre auderet: ſollicitus. ſ Solon: ne vel tacēdo parū reip. cōſuleret: vel cōſulēdo ſibi noceret: ſubitā demētiā ſimulat: cuius venia nō dictutus mō ꝓhibita: ſed facturus erat: deformis habitu more vecordi ī publicū euolat factoq; ꝯcurſu hoīum: quo magis cōſiliū diſſimularet: īſolitis ſibi verſib⁹ p p̄conē ſuadere pplo cœpit: qd verabaſ: oīumq; ita aīos cœpit: vt aduerſus Megarēſes bellū extēplo decernerēt: īſulaq; Athenīēſiū deuictis hoſtib⁹ fieret. ſ Quo: vt. ſ Tutior: ſecurior qm̄ capitale erat de eo bello gerēdo verbū facere cū Megarēſibus pro īſula Salamine. ſ Prodeſſet reip. Athenīēſiū: q̄ ipſe legibus formauerat: & ꝓſpiciebat Athenīēſes: fore huius belli victores. ſ Furere: inſanire vt ſuadere poſſet bellū Athenīēſibus ſine capitis diſcrimine: qd callido vſus cōſilio effecit. Epicediū Solonis tale fuit: Mors mea ne careat lachrymis: linquamus amicis. Mœrorē: vt celebrēt funera cū gemitu. ſ Sunt his ſupradictis q celabant cōſilia diſſimulabāt: inſidiabanſ: & affert diſſiīlitudines eoꝝ: q ſimplices & apti fuerūt ſine aliq̄ diſſimulatione. ſ Diſpares: diſſimiles. ſ Simplices: ſine fraude: & ſimulatione. ſ Cultores amatores. ſ Itēq; alii: alias affert diſſiľitudines eoꝝ qui oīa patiebanſ: oībus iſeruiebāt oēs p̄rēſabāt: & aſſectabanſ p̄ter decorū: vt id qd cupiebāt aſſeq̄renſ: vt fuerūt Sylla: & Craſſus ex nřis: & Lyſander lacedæmonius ex græcis. Plut. de nā & moribus Syllę ſic ſcribit. Syllā in exercendis ſalibus nā ſtudioſum fuiſſe dñt: vt ab ineunte ætate plurima cum ignominia ſodalitia cū mimis atq; ridiculis petulāter habuerit poſtea vero quam in rerū oīum dñatu cōſtitutus eſt: eſcæna ſpectaculiſq; impudētiſſimos cogens inter potandum quotidianis dicacitatibus certabat. ſ Et M. Craſſum: accuſatus fuit Craſſus auctore Plutar. qd cum Licinia veſtali inceſtū cōmiſiſſet: quę facile iudicio liberata eſt. Erat huic mulieri ſuburbanū egregie ornatū: quod cū exiguo precio ad ſe trahere Craſſus optaret: humili⁹ colore mulierē eiq; quoad poterat: gratificari cœpit: q nō antea ceptū erga Liciniā cultū omiſit: q̄ re ꝯcupita potius eēt. ſ Lyſandru: Lyſander. Callicratide cōparatus ingt Plutar. verſutus iudicabatur & callidus: q res bellicas variis tractās modis ipſam quoq; iuſtitiā vtilitate amplificabat alioq cōmodis vt honeſtate vtens: & vera mēdacis nō nā pręſtātiora exiſtimās vtriuſq; preciū atq; honorē neceſſitate diffiniebat qq; Herculis ꝓgeniē ſine fallacia bellū gerere iudicabāt irrideri iubebat: quo. n. leonis pellis non attingeret: inſuendā eſſe vlpinā dicebat.

FRA. MAT. ℭQ. M. de quo ſupra dcm̄ eſt. ſ Themiſtoclē: hic Athenīēſis & Neocli fili⁹ fuit. Iaſonē pheræū. Pheræ ciuitas Theſſaliæ emphoriū habuerunt pagaſas: eas in ſublimi quondā faſtigio collocatas tyranni funditus extinxerunt: quorū hic fuit Iaſon: quē optimū ſubitarū rerū cognitorē & rerū futurarū cōiectorē iuiſſe ſcri. Thucydides. ſ In pri. ver. & cal. &c. Cū de ꝓprietate ſalaminę. Solonis pr̄ia inter Athenīēſes & Megarēſes ferme vſq; ad interitū carnis dimicatū eēt: multiſq; cladib⁹ acceptis capitale apud athenīēſes eſſe cœpiſſet. Siqs legē de vindicāda inſula ferre auderet: demētiā ſimulauit: vt deformis habitu vecordiū more in publicū euolauit: & in ſolitis ſibi verſib⁹ ſuadere pplo cœpit qd vtebaſ oīumq; aīos: ita cœperit. vt bellū aduerſus Megarēſes exēplo decerneret: inſulaq; deuictis hoſtib⁹ Athenīēſiū fieret. ſ Quo tu. eēt. forioſi. n. pene ſubiecti non vñr. Q m̄ vt iurecōſulti dñt ſatis ſuo furore vexanſ. ſ Sunt alii. dixit quoſdā eē verſutos & callidos: nūc de iis loquiſ: q cōtrariis ſunt moribu⁹ Q m̄ ſunt ſimplices & apti. ſ Simplices: verſuto opponiſ ſimplex aptus callido. ſ Nihil ex occulto: vt faciūt verſuti. ſ De iſi. vi callidi. ſ Veritatis cul. q ſimplices ſunt & apti iidē veri. ſ Fraudis: q̄ eſt cōtraria veritati. ſ Itē alii: aliquos eē ingt. Qui oīa ęquo aīo pati p̄nt & cui⁹ ēt īdigno ſe ſubiicere nō faciāt qd volūt: vt Sylla: q cū eēt nobiliſſimus & Ro. q̄ſtor: tñ Marii arpinatis & noui hois fieri ſuſtinuit. Idē cū p̄turā petiſſet: & repulſam paſſus eſt: nō dubitauit pplo ſe ſubiicere: & largitione vti: do nec ſequēti die habitis rurſus comitiis cōſecut⁹ eſt qd optabat. Idē occiſo Pōp. filio atq; ipſius gñro ī eo tumultu quē P. Sulp. cocitauerat: ſup. ſe ſubiret exercitui: vt cōmiſeratione cōmotū cōtra Mariū cōcitaret. Fuit aūt inęq̄lis & ſibiipſi diſſentiēs: vt Plu. ſcri. M. quoq; Craſſus oīa perpetiebat oībus inſeruiebat: vt faceret qd vellet Cæſ. ſe ſubiecit: vt Cic. vlciſcereſ inimicū: a quo ſe noiatū inter coniuratores credebat. ſ Quo in ge. Eiuſmodi Lyſander fuit hic magnas agebat cū Ageſilao inimicitias quas diu ita diſſimulauit: at ve odiſſe qdē illū videreſ: poſt vero id egit: vt concitatis in Ageſilaū Lacedæmoniis in exiliū ille mittereſ.

Sylla M. Craſſum Lyſander ageſilaus Catulia. Duo

ASCĒ. ℭET Q. M. ex nřis. i. Roma. ducib⁹ facile cælare tacere: diſſimulare: inſidiari: p̄ripere cōſilia hoſtiū in quo gñe calliditatis. ſ. greci anteponūt cęteris. Themiſtoclē athenīēſem & Iaſonē pheræū. i. theſſalū & principē argonautarū: q; p & factū Solonis eſt ſup. in primis verſutū & callidū: qui. ſ. Solon quo. i. ió: vt vita eius eēt tutior & ꝓdeſſet aliquāto plus reip, ſimulauit ſe furere: alii ſunt multū diſpares. i. diſſimiles his. ſ. callidis iā dictis exñtes ſimplices & apti. i. non palliati nec recti & inimici. i. aduerſarii & pſecutores fraudis. Itēq; ſup. ſunt alii q ſeruiāt: cuius. i. cuicūq; : q̄cqd ppetianſ. i. ad extremū vſq; patianſ: dum. i. dūmō conſequenſ. i. obtineāt id quod velint: vt. i. quales videamus Syllam & M. Craſ. Romanos q ciuilia bella geſſerūt. In quo gñe nos accepimus. i. intelleximus. Lyſand. Lacedæmonium: fuiſſe ſup. verſutiſſimum. i. aſtutiſſimum: & patientiſſimum.

No. Verſutus Lyſander

PET. MAR. ¶ CONtraq; Calli. Callicratides ꝑfectꝰ claſſis lacedęmoniorū poſt Lyſandrū: cū pecuniā nō hĕret: vt fecerat priꝰ Lyſander: ire ad Cyrū pſaꝝ regē coactꝰ eſt: ad qd̄ ipſe ineptiſſimus erat q̄ gl̄oſo aīo p̄ditus oēm ex grę̄cis i græcos cladē hōeſtiorē exiſtimabat: q̄ barbaris adulari, & eoꝝ fores adire q̄ p̄ter magnā viꝫ auri nullū bonū hēant. Lyſander priꝰ i ꝯuiuio apud Cyrū adulationibꝰ pecuniā ipetrauerat: q̄ ad bellū nauale optabat: ſed Callicra. ꝓ ſpartana dignitate aīos gerebat. Vñ auditus a rege ſemel cū iterū rogaſſet admitti & repulſam habuiſſet: diſceſſit mallēs ſeruata dignitate ſpartana carere pecuniis: q̄ p̄ter decorū aī ſui iuicti & excelſi barbaro regi adulari. ¶ Itēq; i ſer. Affert nūc diſſilitudines: q̄ ſunt i hoium ſmōibꝰ: qbus quotidie vtimur. ¶ Prępotēs vald potēs & p̄nceps ciuitatis. ¶ Vnꝰ d.m. ex plebe vt fuerūt Catulli pr̄ & filiꝰ: q ſic i ꝯgreſſionibꝰ & ſermōibꝰ verſabant̄: vt plebei viderent̄: q̄uis potuiſſent vti faſtu, vt fuit Q. Mutiꝰ numātinꝰ: & Scipio naſica, cuiꝰ pr̄ adeo ſeuerꝰ fuerat vt nullā comitatē ſmonis habuerit, & ſic appet diſſilitudo maxīa iter p̄rem & filiū. Catullus pr̄ vt ſcribit i oratore, ſūma q̄dā vitæ comitate & facili nā & icorrupta q̄dā itegritate p̄ditꝰ latinis ſmōis fuit, filius ēt comitatē ſmonis habuit, ſed iter oratores minime adnumeratus. Catul. inq̄t enucleate & polite dixit. ¶ Hoc idē, hāc ſmonis comitatē. ¶ Cōtra p̄rem eiꝰ, Scipio. naſicā .ſ. quo auctore Tyberiꝰ gracchus iterfectus eſt, cū ꝯſul Mutius Scęuola ceſſare videret̄, cēſebāt. n. p̄res ꝯſcripti cōuocati i æde fidei vt ꝯſul rēp. armis tueret̄ ꝓpe oppſſam a Graccho trib. ple. tā ꝓfuſis largitionibꝰ & ſpe ꝓpoſita pp̄lo corrupto, vt palā dictaret, interempto ſenatu oīa p plebē agi oportere. Scæuola cōſul negauit ſe q̄cq̄ vi acturū. Tūc Scipio naſica: q̄m inq̄t ꝯſul dū iuris ordinē ſequit̄: id agit vt cū oibꝰ legibꝰ Ro. iperiū corruat: egomet p̄uatꝰ volūtati vrę me offero ducē, & ſic oppſſus eſt Gracchꝰ: ob qd̄ naſica magnā pp̄li iuidiā i ſe ꝯcitauit & odiū: qd̄ vt declinaret, i aſiā a ſenatu ablegatꝰ eſt, & ibi vita functus huiꝰ ſeueri hois & rigidi filiꝰ comis fuit i ſermonibꝰ & vita facili. ¶ Vīdicauit, vultꝰ eſt. ¶ Conatꝰ p. audaciā deteſtabilē & p̄ditiōe dignā q̄m aura pp̄li euectꝰ rēp. cogitabat oppmere. ¶ Nullā co. affabilitatē adeo ſeuerus erat & grauis. ¶ Necnō Xe. Xenocrates Agathonori filiꝰ & Plato. auditor fuit: cui i Siciliā nauigāti comitē ſe p̄buit: i craſſioris fuit īgenii & hebetioris: quē cū Plato Ariſt. cōferret: calcaribus egere dicebat. Ariſt. freno ꝓp igenii celeritatē: grauitate ſūma fuit Xenocra. ab ipſa nā p̄ditus: ſemp. n. vultu ſeuero & habitu ſerio p̄durabat. Xenocratē adoleſcētē calcedoniū inq̄t Plu. adhuc ſub Plato. p̄hiæ iſtituta capeſſentē cū reliq̄ uita nimis auſterū tū triſtē ſp̄ i uultu grauitatē pręſe ferētē ſępe Plato monere ſolebat: ut gratiis ſacrificaret: illud ſignãs: ut q̄tū nāæ defectus & acerbitas demeret: tm̄ iduſtria diligētia & gr̄a comitatis elegātia cōciliaret. Cū Xenocrates rigidus & ſeuerus q̄ddā amœnū ꝓtuliſſet: ridētibꝰ ꝯdiſcipulis & mirātibus Plato dixit: qd miramini: nōne iter carduos & urticas lilia plerūq; & roſas naſci cernitis: cū Dionyſius tyrānꝰ diceret Platoni: caput tibi aliqs auferet. Xenocra. ſuū oñdens nullus inq̄t id priꝰ q̄ iſtud abſcidere poterit: paratꝰ. n. erat ad mortē ꝓ ſuo p̄ceptore: gl̄iæ & faſtus ꝯtēptor fuit. ¶ Ob eā rē: grauitatē & ſeueritatē. ¶ Magnū: magnę auctoritatis ſemel cū laide meretrice dormiuit: a q̄ nullis illecebris potuit corrūpi: un̄ illa dixit: ſe nō cū hoie: ſed marmorea ſtatua iacuiſſe. ¶ Clarū: alti nois & famę. ¶ Minime ui. q̄m ita eſt ipſoꝝ nā: q̄ ſeq dēmus. ¶ Admodū aūt: inq̄t Cic. ut magis decorū ſeruet̄: q̄ſq; debet amplecti ſuā nām: mō ne uitioſa ſit:

tūc. n. emēdāda eēt. ¶ Admodū: valde. ¶ Tuēda, defēdēda. ¶ Sua: ꝓpria. i. ꝓprii mores & id ad qd̄ nā ꝓpēſa mō vacet vitio. Nā ſi a nā inclinationē hēmus ad furta rapinas homicidia: nō debemus in hoc ſeq nām: ſed prauitatē rōne corrigere. ¶ Sed tm̄: ſolū ꝓpria & non imitari nām alioꝝ ſine decoro. ¶ Quo vt. ¶ Nām vni. cōem oibus: qua. ſ. hēmus rōnē & orationem: & hęc eſt cōis natura: eſt etiam & propria vt de perſonis dictum eſt.

Cōtraq; Callicratidē, q ꝑfectus claſſis p̄ximus poſt Lyſandrū fuit. Itēq; in ſermonibꝰ aliū quēq;, q̄uis ꝑpotēs ſit, efficere, vt vnꝰ de multis videat̄. Qd̄ i Catullo, & i p̄re, & i filio: itēq; & in Q. Mutio numātino vidimus. Audiui & ex maioribꝰ natu hoc idē fuiſſe i P. Scipiōe naſica. Cōtraq; p̄rem eiꝰ, illū, q Tyberii Gracchi conatus p̄ditos vindicauit, nullā comitatē habuiſſe ſmōis. Necnon Xenocratē ſeueriſſimū qdē p̄hoꝝ, ob eāq; rē ipſā magnū clarūq; fuiſſe. Innumerabiles alię diſſimilitudines ſunt nāæ morūq;, minime tm̄ vituperādoꝝ. Admodū autē tuēda ſunt ſua cuiq;, non vitioſa: ſed tm̄ ꝓpria, quo facilius decoꝝ illud, qd̄ q̄rimus, retineat̄.

FRA. MAT. ¶ Contra: q̄m ſimplex erat & minime callidꝰ. ¶ Itēq; i ſ. Nō ſolū cęteris i rebꝰ: vt ſylla: ſꝫ iuētū ſūt m̄lti q q̄uis idicēdo nimiū poſſēt: ad hūilē tm̄ & nimis remiſſū ſmōes d ſcēderēt: & cū veluti i ordinē ſe cogerēt: vt Catulli ābo p̄r filius. ¶ P̄re: q collega Marii bello cymbrico fuit & clade Mariana ignis hauſtu ludibrio hoſtiū ſe exemit. ¶ Filio q lepido occurrit exercitum ad urbē ducēti Sylla defūcto & fugere i Sardiniā cōpulit. ¶ Vnus de m̄l. Vnꝰ ex plebe: de utroq; m̄lta Ci. li. de claris oratoribꝰ. ¶ Q. Mu. nu. de hoc Ci. li. de claris ora. Sed Q. Mutius enucleate ille q̄dē & polite: ut ſolebat: neq̄q̄ aut ea ui atq; copia q̄ genꝰ illud iudicii & magnitudo cāæ poſtulabat. Numātinꝰ a rebꝰ feliciter apud Numātiā geſtis cognominatꝰ eſt. ¶ Hoc idē: ut q̄uis i dicēdo ꝑpotēs eēt: tn̄ efficeret: ut unꝰ ex m̄ltis eē uideret̄. ¶ P. Sci. illius filio q ſerapiō eſt cognoiatꝰ & optimus a ſenatu iudicatꝰ, de quo ſupius dcm̄ eſt. ¶ Comitatē: ſuauitatē & lenitatē. ¶ Xenocratē: fuit Agathenoris filius Calcedonius Pla. auditor: adeo ſeuero: auſterio hitu & ore ſp erat: ut ſępe illi diceret Pla. Xenocr. gratiis ſacra fac. Tāta illius uerbis fides hēbat̄: ut cū iniuria ti nullius admitteret̄ teſtimoniū: huic ſoli Athenięſes remiſerint iuſiurādū: ñ a phirne nobili ſcorto flecti cū illa iacēs nō potuit: & p̄cōctātibꝰ dixiſſe mulierē ferūt: ſe nō a uiro: ſed a ſtatua exire. ¶ Admodū &c. In oī actiōe & ſmōe diligēdū eſt qd̄ ſuę cuiuſq; nāę ꝯueniat: ui hois & ꝓpetate oīonis ſeruata ꝓpriū āt hois eſt cū rōe agere, & uiuere. hoc eſt ut a rōne nō diſcedat: p q̄ a cęteris aīalibꝰ ſepat̄: eſt. n. hois excellētia ſm q̄ gñalr oēs hoies uiuere peccēt. Sed decerēt ſingulos ſm nām ꝓpriā cū rōe uiuere, ſiue ſeuerus, ſiue urbanus, ſiue hilaris, ſiue triſtis ſicut cū rōe dixit: q̄n nō p̄t nec dēt īdiuiduū a ſua ſpē diſſentire. Nō. n. ſi ſeuerꝰ agere aliqd urbane uellet: decoꝝ ſuaret. Nā ꝯtra nām ꝓpriā facere: ta q̄ q diſcedit ieptꝰ eſt: & hoc eſt: qd hic p̄cipit: tenēda eē q̄ ꝓpria ſūt cuiq;: ut decoꝝ ſuet̄: ita tn̄ ne ꝯtra uniuerſam nām hāc hoc eſt i llata cōem pſonā: de qua ſupra dixit: q̄ eſt rō & præſtātia humanæ naturæ: ut cum rōne oīs humana actio ſit. Hominis excellentia

ASC. ¶ Quę p &: nos accepimꝰ Callicratidē impatorē illū exercitus lacedæmonioꝝ q fuit ꝑfectꝰ claſſis p̄ximꝰ poſt Lyſandrū fuiſſe ſup. ꝯtra. i. ꝯtrariū i moribꝰ. Itēq; &c. pōit diuerſitatē i ſmōibꝰ. ordo ē q; p &: nos ſup. uidemꝰ aliū. i. quēuis unū efficere qdē i ſmōibꝰ q̄uis ſit ꝑpotēs: ut uideat̄ eē unus de m̄ltis. i. plebeiꝰ q ſtatut plebeius loq̄t̄. Q d. i. q̄ comitatē & affabilitatē ſmōis nos uidimꝰ. i. cap. & i. piter i p̄re & filio q; & ꝓ idē ſup. uidimꝰ: & i. ēt i Q. Mu. nu. Audiui & i. ēt ex maioribꝰ natu. i. ſenioribꝰ hoc idē fuiſſe i P. Scip. naſicā: q; p & cōtra. i. ecōtrario p̄rem eius vꝫ nobilē & p̄ſtātē uiꝝ q uindicauit. i. ultus eſt p̄dicto conatus Tyberii Grac. nullā. i. nō ullā nō habuiſſe ullā comitatē. i. affabilitatē & ſuauitatē ſmōis. Necnō. i. ēt audiui ſup. Xenocratē: qdē. i. certe ſeueriſſimū p̄hoꝝ nullā ſup. habuiſſe comitatē ſmōis: & ob eā ipſā rē fuiſſe magnū & clarū. Innumerabiles aliæ diſſilitudines nāę ſunt & moꝝ minime tn̄ uituperādoꝝ. Aūt ꝓ ſed: cuiq; ſunt ſua. i. ꝓpria iſtituta ſeu igenia, ſeu gñā morū tuēda. i. ꝓtegēda admodū. i. ualde ſi ſint ñ uitioſa: ſed tm̄ ꝓpria: quo. i. io ut illud decorū qd̄ q̄rimus retineat̄ faciliꝰ. Xenoc.

Q. Mutius

Xenoc.

¶ Nihil

Sic.n.eſt faciẽdũ,vt cõtra naturã vniuerſam nihil cõ
tẽdamus:ea tñ ſeruata,ꝓpriã naturã ſequamur : vt ẽt
ſi ſint alia grauiora atq; meliora:tñ nos ſtudia nr̃a na
turæ metiamur. Neq;.n.nãæ attinet repugnare, nec
quicq̃ ſequi,qd̃ aſſeq nequeas. Ex quo magis emer/
git, quale ſit decorũ illud,iõ,q͂a nihil decet ĩ vita(vt
aiũt)minerua regula.i.aduerſante & repugnãte natu
ra. Oĩno ſi qcq̃ eſt decorũ, nihil eſt profecto magis,q̃
æq̃bilitas vniuerſę vitę:tũ ſingulaꝝ actionũ, q̃ cõſer
uare ſi poſſis,ſi alioꝝ naturã imitans omittas tuã. Vt
.n.ſermõe eo dẽmus vti,q notus eſt nobis ne(vt qdã
gręca verba inculcãtes iure optimo irrideamur)ſic ĩ
actiones,oẽmq; uitã nullã diſcrepãtiã cõferre dẽmus,

PET. MAR. ¶ Nihil ꝯten.nil conemur efficere:qd̃ ab hoĩs pręſtantia ſit
alienũ.¶ Ea:nã voniuerſa & cõi.¶ Propriam:vt.ſ.id agamꝰ
idq; ꝓfiteamur:ad qd̃ propria nã nos eos idinat: q̃uis alia
maiora ſint & pſtãtiora ad q̃ forte nõ ſumus apti repugnã
te nã:vt ſi qs vellet phari & a tali ꝓfeſſione natura eius eſſet
aliena:dẽt ſe in his potius ad q̃ aptus eſt exercere:q̃ in phiaꝫ
in qua decorum ſeruare non
poterit ſuã repugnãte natu/
ra . ¶ Grauiora : maioris di/
gnitatis & põderis . ¶ Melio
ra: melioris fructus & virtu/
tis.¶ Metiamur: ꝯſideremus:
& prudẽter iudicemꝰ ad qd
ꝓpria nã nos impellat : & ſic
contineamus nos intra fines:
quos ꝓpria natura pſcribit.
¶ Studia : iclinationes volun
tates ac diſpõnes . ¶ Neq;.n.
naturę:in pria Tuſculana di/
ſputatione dicit : Bñ.n.illo
gręcoꝝ ꝓuerbio præcipitur.
Quã qſq; norit artẽ:in hac ſe
exerceat . Et alibi dicit . Nil
aliud ẽ more gigãtũ pugnare cum diis: niſi repugnare nãę.
Vñ Hora.pcipit.Tu nihil iuita dices facieſue Mineruę . &
Sene.dicit . Male rñdẽt coacta igenia reluctãte natura irri
tus ẽ labor.Pla.in.iiii.de rep.ſic ait.Quẽq; ciuẽ ad vnum id
opus dũtaxat ad qd̃ natura eſt aptus ducere decet : & i.vii.
Nulla vero aiẽ violẽta ſtabilis eſt diſciplina pueros nõ tanq̃
coactos ſeq:ſed q̃ſi ludẽtes in diſciplinis enutrias vt magis
ad qd quiſq; nã ſit aptus poſſis agnoſcere.¶ Neq; atti.neq;
cõuenit.¶ Nec qcq̃.i.aliq ſequi qd̃ nõ potes ꝯſeq repugnãte
natura.¶ Ex quo: ob hoc qd̃ dictũ eſt:vt nihil fiat reluctãte
natura.¶ Emergit:apparet qd ſit illud decoꝝ: de quo loqui
mur.¶ Nihil de.nihil põt fieri cũ decoro & laude.¶ Et aiũt:
vt eſt in ꝓuerbio vt nihil tẽteẽ ꝯtra naturã. Adagium eſt de
acri iudicio Mineruę ſuffragiũ: & illi oppoſitum ſuccenſuit
& decreuit . ¶ Oĩno ſi qcq̃ ẽ deco. certe inqt ſi aliqd hoiem
decet nihil ẽ qd̃ eũ magis deceat q̃ vacuitas pturbationum
qd̃ pſtat ipſa tẽperãtia:de q̃ nũc agit:ꝯſeruat.n.prudentiam
& mẽtẽ: vt dcm̃ eſt .¶ Aequabilitas: ꝯſentiẽtes & minime i
ter ſe diſcrepãtes actiões:ęq̃bilitas eſt idẽ qd æq̃litas : & ſic
æq̃lis & æq̃bilis. Aeq̃bilitas vitæ dr̃: in q̃ nulla ẽ pturbatio
nũ varietas & diſcrepãtia ĩ tota vita: ſed ẽt i ſingulis actio
nibus ſeruãda eſt: vt nihil i ipſis diſcrepet: ſed oĩa fiãt docẽ
te rõne:ſi volumus alienã imitari nãm:nõ poterimꝰ æq̃bili
tatem tenere:qm̃ actiões iter ſe nõ bñ cõuenient.¶ Quã:ęq̃/
bilitatem nõ poteris ſuare inqt ſi volueris a tuo igenio : &
nã diſcedere: & imitari nãm alioꝝ & mores: & ꝓbat hoc a
ſili.¶ Vt qdã.ſ.faciunt in ſermone quotidiano q voluñt græ
ca verba inculcare: & male ꝓnũciãt:dimittẽtes ꝓpriũ ſmo
nem: quo poſſumus vti oẽs cũ decoro: & ita loq vt nõ irri/
deamur:hoc idẽ notauit poſtea Iuue.dicens cũ ſit turpe ma
gis nr̃is neſcire latine : & oĩa gręce & ꝯcũbunt gręce & hoc
ſermone pauẽt: hoc irã effundũt:hoc gaudia.¶ In actio.ſin/
gulas.ſ.¶ Oẽmq; ui. vniuerſam vitã inihil dẽmus facere qd̃
diſcrepet. Et inqt Cic.hãc diſſimilitudinem nãrũ tantã ha/
bere vim:vt aliqñ qs mortẽ ſibi afferre debeat:ne aliqd alie
nũ a nã ſua patiat̃: & affert exemplũ M.Cato.q ſe apud vti
cã interemit:ne tyrãnidem Cæſaris pateret̃: & illius vultus
aſpiceret. Ci.ſequutus dogma ſtoicoꝝ laudat mortem Ca/
tonis ſeueri grauis atq; pfecti ſtoici. Nã ſtoici rigida diſci/
plina formati mortẽ paratã habebãt : & ea tãq̃ telo expedi
tiſſimo aduerſus hoſtes vtebant̃ . Sed ex ſnia peripatetico/
rũ vituperãdus eſt:timiduſq; potius appellãdus q̃ fortis cũ
ſibi mortẽ ꝯſciuerit:vt aliqd icõmodũ vitaret attulit.n.dã
nũ pñię iterficiẽdo ciuẽ optimũ:q pñię auxilio eẽ potuiſſet
& illã tyrãno ſeruientẽ aſſerere. Ariſt.ait mortẽ ſibi afferre
ob fugiẽdã pauptatẽ aut amorẽ aut aliqd moleſtũ: ñ fortis
ẽ hoĩs:is potiꝰ timidi: eſt.n.hois mollis & ignaui laborioſa
fugere:atq; non quia res eſt honeſta appetit mortẽ:ſed quia
malũ fugit. Vñ Martia.etiã dicit amico ſuo. Quod magni
thraſee ꝯſumatiq; Catonis Dogmata ſic ſeqris ſ. luꝰ vt eſſe
velis: Pectore nec nudo ſtrictos incurris in enſes. Quod fecis
ſe velim te deciane facis. Nolo viꝝ facili redimit q ſangui
ne famã. Hũc volo laudari qui ſine morte põt. & diuus Au
guſtinus hanc mortem vitu/
perat: & Lucretiam.

FRA. MAT. ¶ Grauiora . Seueritas gra
uior ẽ q̃ vrbanitas: & tñ ſi vr
bana eſſet natura nr̃a: nõ de
bemus ſeq oĩbus in rebus ſe
ueritatẽ: & ſeuera ſtudia: vt
phiæ: ſed magis poetaꝝ aut
oratoꝝ. ¶ Meliora ſtu. Siqs
natura hilaris & poeticis ſtu
diis deditꝰ nõ dẽt phioꝝ aut
iuris ciuilis ſtudiis hęrere : q̃
tetrica ſunt & aſpera. ¶ Re/
gula metia.&c. Sumpta ẽ a
Fabro trãſlatio. Nã fabri re
gula vtunt̃ in faciẽdo ope: q̃
& amuſſis vocat̃. ¶ Naturę re
pugnare &c. Metiri nãm nr̃am debemus: & quãuis vtiliora
ſint ſtudia multa:ea tñ amplecti qbus idonei ſumus. Vñ ait
Hora. Sumite mãm vr̃is:q ſcribitis æquã viribus: & verſa Hora. In poe.
te diu:qd ferre recuſent: qd valeãt hũeri . ¶ Inuita vt aiunt Inuita
Miner.obſtã.i.repugnãte natura. Pro natura Minerua acci Minerua
pitur. Hor. Tu nihil iuita dices facieſue Minerua. Qui na
tura grauis erit æquabilitatẽ hoc eſt ꝯſtantiã ſeruabit:ſi ita
perget viuere: vt cœpit: & a grauitate non diſcedet. Quod ſi
idem victus cupiditatẽ:res ſequat̃ amatorias: ſibi ipſi inæ/
qualis erit ac diſſentiens. ¶ Oĩno ſi qcquã eſt deco.&c. Cõ
ſtantiã quãdã in oĩ vita ſeruãdã pcipit: vt queadmodum ſe
mel ſm naturam nr̃am viuere cœperimus:ita viuamꝰ. Ille
aũt ęqualitatem ſeruat:q inſtitutã ſemel cũ rõne vitã ſeruat.
Verbi cã. Qui vrbanus & comis fuerit vrbanitatẽ: atq; co/
mitatẽ ſemp ſeruet:q ſeuerus ſeueritatẽ.¶ Aequabilitas &c.
Tenor vitæ. & ꝯſtãtia in oĩa vita:atq; actione: vt inſtitue/
rimus. Qui grauis eſſe cœperit & multis in rebus grauẽ ſe
pſtiterit:nõ dẽt eſſe in aliqua re peragenda leuis.¶ Aliorum
nãm imi.&c. Vt ſi ſeuerus natura ſis: morem imiteris vrba/
ni.¶ Vt.n.ſermone eo debemus vti qui notus eſt nobis ne:
vt &c. Per ſiſitudinẽ oñdit ſeruãdã in oĩ vita æquabilitatẽ
& ꝓpriis moribus vtendũ : ita inqt natura ꝓpria & mori/
bus: vt ſermone nobis noto vti debemus nõ peregrino: qd̃
multi faciũt q græca verba: quæ nõ recte tenent inculcant.
¶ Inculcãtes iure opti.&c. Male ꝓnũciãtes. Iuue. Oĩa græ/
ce: cũ ſit turpe magis nr̃is neſcire latine.¶ In actiones. Tria Iuuenal.
ſunt actionũ gñã: ciuile: domeſticũ: priuatũ.¶ In oĩ vita. Si/
ue actiua ſiue cõtemplatiua operã dare debemus ne ab an/
te acta vita diſcrepemus: in qua ſi graues fuimus : ad extre
mum vſq; vitæ grauitatem ſeruare debemus.

ASCĒ. ¶ FAciendũ.n.ẽ ſic vt nõ ꝯtẽdamus ꝯtra nãm vniuerſam
& tñ ꝯſequamur.i.obtineamus ꝓpriã nãm: ea.ſ.naturali vr̃i
ſeruata: ita ſup. vt ẽt ſi.i.q̃uis ſint alia ſtudia grauiora : atq;
meliora: tñ nos metiamur.i.cõſideremus ſtudia nr̃ę naturę:
neq;.n.attinet ſup.ad decorũ: repugnare naturæ: nec ſequi
quicq̃.i.aliqd qd̃ nequeas aſſequi : ex quo.i.ex qua emergit
.i.apparet magis quale illud decorum ſit. Iõ quia vt aiũt:ni
hil decet.i.decens eſt iniuria Minerua:q̃ Dea naturalis pru
dẽtiæ eſt:obſtante.i.natura aduerſante : & repugnante. Oĩ
no ſi qcq̃ eſt decorũ ꝑfecto nihil eſt magis ſup.decorum : q̃
æquabilitas.i.vniformitas vniuerſæ vitæ. tum i.pariter ſin
gularũ actionũ quã ſup.æquabilitatem tu nõ poſſis ſerua/
re ſi imiteris naturã alioꝝ & omittas tuã. Enim pro qa vt
.i.quemadmodũ nos debemꝰ vti eo ſermõe:q eſt notꝰ nob
ne nos iculcãtes.i.inepte iferentes vt qdã ſup.faciũt verba
græca irrideamur optio iure:ſic.i.ſiſr nullã.i.nõ debemus
ꝯferre vllã diſcrepantiam in actiones & omnẽ vitã noſtrã.

Atq̧ hæc dr̃ia naturaꝝ tátá hẽt vim: vt nõnunq̃ mortẽ ſibi ipſi aliqs cõſcire dẽat. Nõ.n.alia in cã M. Cato fuit, alia cæteri, q ſe in Africa Cęſari tradiderũt. Atq̧ cęteris forſitá vitio datũ eẽt, ſi ſe interemiſſent, ꝓpea qđ eoꝝ vita lenior, & mores fueãt faciliores. Catoni aũt cũ incredibilẽ tribuiſſet natura grauitatẽ, eáq̧ ipẽ ꝑpetua cõſtãtia roboraiſſet, ſemperq̧ in ꝓpoſito ſuſceptoq̧ cõſilio pmáſiſſet, moriẽdũ potius, q̃ tyránni vultus aſpiciendus fuit. Quam multa paſſus eſt Vlyſſes in illo errore diuturno: cũ & mulieribus (ſi Circe & Calypſo mulieres appellandæ ſunt) inſeruiret: & in oĩ ſermone oĩbus affabilẽ & iucundũ ſe eſſe vellet:

PET. MAR. ¶TANtã hẽt vim: tm̃ põt ad decorũ præſtãdũ. ſ Nõnũq̃ aliqñ vrgẽte aliquo caſu: ſed hoc vt dixi nõ laudať. Cato.n. fecit iniuriã pirię: & fuit iniuſtus: qa viꝝ optimũ itceremit. ſ Nõ.n.alia in cã: nõ plus peccauerat M. Cato permanens i Africa: quã cęteri Romani: ſed oẽs erant in eadẽ cã & Cęſaris hoſtes. Cato poſt victoriã Cæſaris in Theſſalia & fugã Põpei i Africã cũ Scipione Põpei ſocero nauigauit: vt vires attritas repararet: ſed cũ poſt mortẽ Põpei, Cęſarẽ in Africa victorem cognouit: ne i illius ptãtem veniret: aut ne illius vultũ aſpiceret: apud vticã. xlviii. ſuæ ætatis anno cõſtãti pectore: vt perfectũ ſtoicum decebat: mortẽ ſibi ꝯſciuit: qua audita Cæſar vicẽ ſuã & illi⁹ doluit: q tm̃ viꝝ amiſiſſet: voluiſſet.n. Cæſar ꝓ ſua demẽtia Romæ ſeruare Catonẽ. Vñ dixit: inuideo morti Catonis: qm̃ ipſe glorię inuidit meę. ſ Atqui certe fuiſſent iure reprehẽſi alii Roma. q illic erãt: ſi ſe iterfeciſſent: qm̃ nõ ſeruaſſent decoꝝ: cum vita eoꝝ eẽt facilior ſeueritate Catonis & grauitate. ſ Cęteris: q nõ hẽbant tãtã grauitatem. Vnde poterãt cum decoro tradere ſe Cęſari M. Cato nõ poterat: vt cõcedamus hoc Cice. ꝓpenſo in laudẽ Catonis magni in primis & preclari ciuis & in ſtoicoꝝ diſciplina perfectiſſimi. Seneca ẽt ſtoicæ ꝓfeſſionis & ipſe laudat mortẽ Catonis dicẽs Catoni ſuã felicitatẽ cõtigiſſe cõſenſus hoium fatebitur. Et alibi: ille vir magnus eſt q mortẽ ſibi non tm̃ iperauit: ſed inuenit. ſ Lenior: nõ ita grauis: vt erat vita Catonis & mores nõ erãt: ita ſeueri i ſed faciliores & ꝯtra decorum feciſſent: ſi ſe interemiſſent. Lenis.n. natura & facilis id nõ patitur: nec cũ decoro ꝑſtare põt. Catoni q dictus ẽ poſtea vticẽſis: & hic eſt Cato iunior ad dñiam Catonis ſenioris: q ſcripſit origines: & vtriuſq̧ vitã lr̃is mãdauit Plutarchus. Cato ſenior Thuſculanus fuit. Romani auctore Plutarcho eũ in quo multaꝝ reꝝ vſus ac experientia eẽt Catonẽ noiabant. Cato ſenior moriens hoc diſticho notatus eſt. Porcius hic mordax: glaucis ſubruffus ocellis. Interiens herebo ſedes non cõperit vllas. Ab hoc Catone iunior Cato: de quo hic agiť. originẽ hẽbat cuius ſeriẽ lr̃is mãdauit Gellius in noctibus atticis. Cato.n. ſenior auctore Plutarcho Soloniũ reliqt nepotẽ ſuũ ex filio Catone defuncto. Soloniuſ cũ eſſet imperator mortẽ obiuit: eius filius Marcus cõſularẽ dignitatẽ adminiſtrauit: & Catõis vticẽſis au⁹ fuit. ſ Cõſtãtia: ꝑſeuerãtia in ipſa virtute. In orõne ꝓ. L. Murena ſic Catonẽ alloquiť: finxit ẽt re ipſa natura ad honeſtatẽ grauitatẽ tẽperãtiã magnitudinẽ animi iuſtitiã: ad oĩs deniq̧ virtutes magnũ hoiem & excelſum. ſ Quã mul. paſ. eſt Vlyſ. affert exẽplũ de externis: in qbus fuit ſumma morum diſſimilitudo. Nã Vlyſſes diſſimulãdo multa paſſus eſt: vt id qđ cogitabat, ꝑficeret: qđ nõ feciſſet Aiax Thelamonius vir animi cõcitati & magni ſine aliqua ſimulatione, aut diſſimulatiõe. ſ Quãmulta: plurimas calamitates pertulit forti aio. ſ Diuturno errore: qm̃ errauit per. x. an. poſt euerſum Iliũ: & mulieribus aliqñ ſeruiuit. ſ Si Circe & Calypſo. q. d. ſunt potius appellãdæ deæ q̃ mulieres: qm̃ filiæ numinis dicebanť. Circe fuit filia Solis: Calypſo Atlantis: quæ inſulã Ogygiã tenuit: ad quã diuertit Vlyſſes. Sed has ꝑſonas Homerus finxit in laudẽ Vlyſſis: quem ꝑ ſapienti viro accepit: q q̃uis incidat in voluptatẽ: tñ ſapiẽtia ſępius euadit vt de Aenea & Didone finxit Virg. Voluit Homerus oſtẽdere quid præſtare poſſet vir ſapientiſſimus: qualẽ ipſe appellat Vlyſſem: quem naufragum in alga maris demerſum fouet Nauſica a filia Alcynoi regis Pheacũ: quonim ſapientia in ipſis calamitatibus vnicum eſt præſidium: & non patitur ſapientẽ perire. Vnde Ariſto. dicebat: Eruditionẽ inter proſpera eſſe ornamentũ: inter aduerſa refugiũ. Et Bias filio in Aegyptum proficiſcenti, rogantiq̧ patrem: quidnã agendo maxime ſibi gratum faceret: ſi viaticum iquit ad ſenectutem compares: virtutem nimirum intelligens.

FRA. MAT. ¶ATq̧ hęc dñia &c. Quantã vim hẽat morum dñia illinc comprehendi poſſe dicit: q nonnulli mortem ſibi poti⁹ cõſciſcere debent: q̃ a nã ſua diſſentiant: idq̧ exemplo probat Catonis: qui cũ in oĩ vita acerrimus fuiſſet libertatis defenſor: & tyrãnos maxime exoſus eſſet: leuis habitus fuiſſet: ſi amiſſa libertate: & occupata a Cæſare re pu. ſupereſſe voluiſſet: vt rectiſſime feciſſe iudiceť: q ſe occiderit: ne ab iſtituto ſuo diſcederet: & qm̃ occurri poterat nõne & alii fuere: q libertatẽ cõtra Cæſarẽ defendere voluerit: & pari cã arma ſumpſerũt: fuerunt inqt. Sed longe moribus faciliores Catone quibus ſi ſe interemiſſent: vitio datum fuiſſet. Catoni laudi tributum eſt: ꝓpter maximam ab ineunt ætate ſeruatam ſeueritatẽ. ſ Cæteri qui ſe in Africa &c. Reliquiæ Põpeianæ ducibus Catone & Scipione ad Iubam confugerunt. Victæ deinde ſe ſe Cæſari dederunt. Cato bello non interfuit: perſuaſit filio & omnibus qui ſecum erant vticæ: vt ſe Cæſari dederent: ipſe ſeipſum interfecit. ſ Incredibilem grauitatem: quã ſemper in omni vita ad exitum vſq̧ ſeruauit. Vnde ait Luca. de eo. Nulloſq̧ Catonis in actus irrepſit partemq̧ tulit ſibi nata voluptas. ſ Tyrãni: Cæſaris. ſ Quam multa paſſus eſt Vlyſſes &c. Cato potius mori voluit: & debuit q̃ tyranni vultus aſpiceret: vt a moribus ſuis nõ diſſentiret. Contra Vlyſſes cum dolis præſtaret: & nulla ſeueritate vteretur: & dum erraret: & poſtquam ſub mendici habitu domum redut: oĩa pati ſuſtinuit: vt quod optabat aſſequereť: hoc eſt vt iniurias procorum vlciſcereť. Qui bona eius oĩa diſſipauerant: Pudicitiam vxori auferre tentauerãt: & filiũ Thelemachum occidere voluerant. Domi cum eſſe & a nullo cognoſceretur: varias procorum & ancillarum cõtumelias ꝑtulit: donec vltus eſt oẽs: qđ ſcribit Homerus in odyſſea. ſ Diuturno: decem annoꝝ tot enim errauit. ſ Si Circe & Calypſo mu. ap. Qm̃ deę fuerũt. Altera ſolis filia & perſidis: altera Athlantis & vnius ex Nereidibus: vel qm̃ poti⁹ mõſtra erant q̃ mulieres: cum eſſent veneficæ & incantatrices vt nõ ad laudem hoc addiderit: ſed ad vituperationẽ. ſ Affabilem. Vnde & facundus dicitur a poetis. Ouidius. Non formoſus erat: ſed erat facundus Vlyſſes.

¶ATq̧ pro &: hæc dñia naturarum habet tãtam vim vt aliquid debeat (pro. ſ. naturæ ſuæ conformitate ſeruanda ſm Ci. quidẽ: ſed fides catholica nec melius docuit) ipſe. i. propria manu: conſciret. i. ꝓcuraret ſibi nõnũquã mortem. enim ꝓ quia M. Cato vticenſis. ſ. non fuit in alia cã & cæteri qui tradiderũt ſe in Africa Cæſari fuerunt ſup. in alia cã: ſed in eadem: atqui. i. ſed certe eſſet forſitan datum vitio cęteris. ſ. Romanis ſi interemiſſent ſe i propterea q vita eorũ fuerat ſup. leuior q̃ Catonis: & mores eorum fuerant faciliores. Aũt pro ſed: cũ natura tribuiſſet Catoni grauitatem incredibilem: & ipſe Cato roboraſſet. i. ſtabiliuiſſet & confirmaſſet eam. ſ. grauitatem perpetuam. i. nõ interrupta cõſtantia: & permanſiſſet ſemper in propoſito & cõſilio ſuſcepto moriundũ fuit ſup. ei potius q̃ vultus tyranni. ſ. Cæſaris aſpiciendus: q̃. i. quantum multa. q. d. plurima paſſus eſt Vlyſſes in illo diuturno: quia decẽnali errore quo per maria: ac terras poſt deſtructionem Troiæ errabat: cum inſeruiret. i. morem gereret: &. i. etiam mulieribus (ſi Circe & Calypſo quæ defingũtur ſunt appellandæ mulieres) & vellet ſe eſſe affabilem omnibus in omni ſermone.

Marginal notes: Cato. — Luca. — Vlyſſes — Circe — Calypſo — Facundus — Ouid. — ASCē. — Aliorum naturam ſeqns ſuã deſerat — Cato vticenſis — Vlyſſes — Circe — Calypſo.

¶Domi

domi vero & contumelias ſeruorum ancillarũq; perꝭ tulit, vt ad id aliquando, quod cupiebat, perueniret, At Aiax (quo animo traditur) millies oppetere morꝭ tẽ, q̃ illa perpeti maluiſſet. Quæ contemplantes, expẽ dere oportebit quid quiſq; habeat ſui, eaq; moderari, nec velle experiri q̃ ſe aliena deceant. Id. n. maxime quemq; decet, quod eſt cuiuſq; ſuum maxime. Suum igitur quiſq; noſcat ingenium, acremq; ſe & vitiorum, & bonorum ſuorum iudicem præbeat: ne ſcænici plus, q̃ nos videant habere prudentiæ, Illi enim nõ optimas: ſed ſibi accommodatiſſimas fabulas eligũt. Qui enim voce freti ſunt epigonos, medeamq;.

PET. MAR. ℭ Domi vero: poſtq̃ reuerſus eſt domum diſſimulato habitu. non. n. agnoſcebatur: cum eſſet in habitu mendici Vnde paſſus eſt ꝯtumelias ab ancillis & ſeruis eum non agnoſcentibus: qđ non feciſſet Aiax. ∫ Vt ad id qđ cupiebat: interficere procos Penelopes vxoris ſuæ pudiciſſimæ. Venerunt: vt canit Homerus in odyſſea ithacã ſamii Zacynthii, Dulichii nobiles viri petentes vxorem Penelopem. dicentes mortuum eſſe iam Vlyſſem: inter quos erant nõnulli ithacenſes: procorum noia fuerunt: Demoptholemus. Anthinous. Amphimonius. Agelaus. Elatus. Euriades Piſandrus. Texippus. Polybus. Demaſtorides. thenorides. Eurymachus filius Polybi. Amphimedus. Eurydamas. Vlyſſes domum reuerſus ois procos perdidit auxilio Thelemachi & heu mei ſubulci: & alios ſagittis alios enſe conficit. ∫ Quo aio: q̃ forti & excelſo ſine aliqua diſſimulatioe. ita. n. illius ferebat natura. ∫ Millies oppetere: millies voluiſſet mori: q̃ illa pati: quę paſſus ẽ Vlyſſes. ∫ Quas diuerſas naturas & diſſimilia ingenia cõſiderantes. ∫ Expẽdere: aio ponderare: & intueri diligentius. Iuuenalis. Expẽde Hãnibalem. ∫ Quid habeat ſui: quæ ſit ſua natura: & ad quid aptus ſit: vt in eo ſeruet decorũ. ∫ Eaq; moderari: cum modo menſuraq; tractare ne modum excedẽtes perdamus decorũ. Vnde nõ mõ illa quæ naturæ nræ apta nõ ſunt moderatione adhibita tractare debemus: ſed etiam quæ noſtra ſunt: vt nequid nimis. Vt ſiquis eſſet optimus muſicus & ad id natura aptiſſimus: tñ eſſent nimius & profuſus in cãtu: modũq; excederet: pfecto decorũ nõ ſeruaret. ∫ Aliena: accommodata naturis alioꝝ. ∫ Id. n. decet: id põt cum decoro præſtare: qđ naturæ ſuæ ꝯuenit. ∫ Quod eſt ſuum: proprium. i. tunc quiſq; ſeruat decorũ cũ ea facit: ad quæ natura eſt aptus. ∫ Suũ igitur: cum hoc ita ſit: vt id maxime deceat qđ eſt cuiuſq; ſuum ꝓprium: quiſq; ingenium cognoſcat ſuum & naturam: qua duce poſtea operet: ſi vult ſeruare decorũ. Vñ delphicũ illud epigrãma monebat vt ſe qſq; cognoſceret. Socrates apđ Plato. in eo dialogo qui primus Alcibiades de vita hois inſcribitur ſic ait: ſeipm cognoſcere prudẽtiam eſſe cõcedimus: ſi autẽ nec nos ipſi cognoſceremus: nec prudentes eſſe nũq̃ poſſemus ne nra ſiue bona: ſiue mala cognoſcere: & ſi nra ignorauerimus: nec ea quæ nroꝝ ſunt intelligemus. ∫ Acrem: ſubtilem acutum atq; diligẽtem. ∫ Bonoꝝ: quæ natura ſibi tributa ſunt & cognoſcat et ſua vitia: & bonis quæ inſunt vtat: reiiciatq; cõtraria. ∫ Ne ſcænici: hiſtriones & mimi qui verſantur in ſcæna: & agũt fabulas ſubeuntes alioꝝ perſonas cũ decoro: qui tñ ſunt viliſſimi hoies. Plato in. vii. de legibus loquens de hiſtrionibus ſic præcipit: huius gratia cognoſcẽda ſunt ne pp ignorantiã ridiculi aliqđ agat aut dicat cum minime oporteat. Serui igitur & peregrini pretio cõducti talia imitent: ſtudium vero nullum adhibeat nec adeo liber ſit ciuis ſeu vir ſeu mulier qui diſcere ipſa cernat: ſed noua ſemp de his appareat imitatio: atq; ad riſum ſpectantes ludi qui comœdiæ vocabulo appellantur rõne ac lege diſpoſiti ſint: & de tragœdis ſic ait: Nolite credere facile: a nobis admitti vt ſcænas in foro cõſtituatis: & clamoſos cõducatis hiſtriões: qui altius q̃ nos exclament: atq; ita ad liberos nros: ad vxores: ad turbã oẽm de eiſdem rebus eademq; nos: ſed contraria ſæpe concione mimi: inſaniremus. n. & nos oino & ciuitas ois ſi anteq̃ magiſtratus viderint quæ cõpoſuiſtis, & dicẽda ad populum iudicauerint admitteremini. Nãc igitur o viri molliũ muſaꝝ aliũni iſtos cantus vrõs cum noſtris apud principes cõparabimus: & ſi quæ dicit eadẽ aut meliora noſtris videbunt dabimus vobis [illegible]. ∫ Illi. n. rõ quare ſcænici ſunt prudentes: vt ſeruent decorum: qm̃ eligunt fabulas non optimas: ſed accõmodatas ad ipſoꝝ naturam. ∫ Epigonos: tragœdiã. epigoni. n. tragœdia eſt euripidis de thebarũ expugnatione direptioneq; & expulſione ciuium: in qua re ſolet eſſe tumultus & clamor: ita inſcripta pp epigonos populos: qui vt ſtrabo teſtatur: eiecerunt thebanos & in Tilphoſeam: quę eſt in ora Boetiæ coegerunt fugere & thebæ captæ ac direptæ ſunt. Talis igiť tragœdia bona latera & magnã vocẽ requirebat: vt clamores hoſtiũ thebanorũq; & trepidatio in ipſa vrbis captiuitate & direptione repreſentarent. Tragœdiam etiam de Medea ſcripſit Euripides.

FRA. MAT. ℭ SERuoꝝ & ancillarum. Qui cũ procis ſentiebant: & vna cũ illis Vlyſſem irridebant. ∫ Id qđ cu. vt ꝓcos vlciſceretur. ∫ Aiax: hic Thelamonis fuit filius lõge diſſimili nã: qui mortẽ potius millies ſubire voluiſſet: q̃ ea perpeti q̃ Vlyſſes eſt perpeſſus. ∫ Quæ cõ. &c. Hanc nãium varietatẽ cõtẽplari oportere dicit: & ita vnũquẽq; quid habeat a natura ꝓpriũ cõſiderare: vt ad illud ſe accõmodet: & ſic decorũ ſeruet: qđ minime ſeruaretur ſiquis aliena ſequi vellet: & ſua relinquere. ∫ Expendere. Examinare. ∫ Quid qſq; hẽat ſui. i. quid cuiq; naturale ſit. ∫ Ea: quæ ſciendu cuiuſq; naturã fuerint. ∫ Nec velle experiri: qđ qui facit ineptus apparet. ∫ Suũ: hoc eſt naturæ ſuæ ꝓpriũ. ∫ Bonoꝝ & maloꝝ: bonorũ vt ea ſequatur: malorũ vt ea fugiat. Cum. n. naturæ ſuæ bonæ: & vitia cognoſcet: illa ſectabit: hæc refugiet. ∫ Ne ſcænici pluſq̃ nos. Argũ eſt a minori ad maioris. Si inquit mimi & hiſtriones eas ſuſcipiunt comœdias & tragœdias recitãdas quibus ipſi idonei Quãto magis nos in rõne viuendi ea ſumere debemus ſtudia: & eas res q̃s ſuſtinere poſſimus: qđ faciemus ſi nra ingenia diligẽter expẽdemus: & vires nras examinabim⁹: vt mimi faciãt. ∫ Qui vo. fr. ſunt &c. Qui magna ſũt voce ex bonis lateribus. ∫ Epigonos. Tragœdia Eurypidis ẽ Epigõis in qua Thebaꝝ expugnatio & direptio ꝯtinet: & qm̃ expulſio deſcribitur ciuiũ: & occiſio in qua re clamor & tumultus eẽ ſolet: iccirco ait eã fabulã ab iis eligi q voce freti ſunt Epigoni vero: vt Strabo auctor eſt populi fuere, q victos Thebanos in Tilpheſſam. Quę eſt in ora Boetię coegerũt fugere: thebis captis & direptis: recitanda ergo erat magna voce & bonis lateribus: vt hoſtilis clamor: & victorũ Thebanorum lamentatio repreſentaretur. ∫ Medeam: & hæc Eurypidis fabula fuit quę extat.

ſermoni ſuo ſeueritatē ſi ſup. de iocoſis loqtur adhibeat le/ In ſeriis ſeueritas in iocis lepos ſeruādus
porem.i.facetias & ſales & ꝓuideat.i.pſpiciat in primis ne
ſermo indicet.i.denotet aliqđ vitiū ineſſe moribus. Quod
.ſ.iudicare vitium eſſe in moribus ſolet euenire maxime tū
.i.tunc cū.i.qñ dr̄ ſtudioſe.i.diligenter de abſentibus cā de
trahendi:aut per ridiculum aut ſeuere : aut maledice : aut
contumelioſe.i.vituperioſe.i.quouis modo defamando.

ℭ Habentur

Habentur aũt plerunq; ſermones, aut de domeſticis negociis, aut de rep. aut de artiũ ſtudiis, atq; doctrina. Dãda igiť opera eſt, vt ſi ẽt aberrare ad alia cœperit, ad hęc reuoceť oỏo. Sed vtcũq; aderũt res (neq; enim iiſdẽ de reb⁹ oẽs nec oĩ tpe, nec ſimiliter delectamur) aĩaduertendũ eſt ẽt quatenus ſermo delectationẽ habeat, & vt incipiendi rõ fuerit, ita ſit deſinẽdi modus. Sed qm̃ in omni vita rectiſſime pcipitur, vt perturbationes fugiamus, ideſt motus animi nimios rõni non obtẽperantes, ſic eiuſmodi motibus ſermo debet vacare, ne aut ira exiſtat, aut cupiditas aliqua, aut pigritia, aut ignauia, aut qd tale appareat. Maximeq; curãdum eſt, vt eos qbus cũ ſermonẽ cõferemus, & vereri, & diligere videamur. Obiurgatiões etiã nõnunq̃ incidunt neceſſariæ. In qbus vtendũ eſt fortaſſe & vocis contentione maiores, & verborum grauitate acriore: Id agẽdum etiam eſt, vt ne ea facere videamur irati:

PET. MAR. ℭ Habentur aũt: ponit res diuerſas de quibus ſermo habetur: præcipitq; orationem reuocandam eſſe ad ea de qbus loqui cœperamus: ſi facta fuerit aliqua digreſſio quoniam ad propoſitũ redire decet. ſ De domeſticis negociis: de re familiari aut de rep. aut de bonarũ artiũ ſtudiis & doctrina. ſ Aberrare: digredi ad alias res. ſ Ad hęc: de qbus erat inſtitus, ſermo. ſ Sed vtcunq; aderũt res. i. quocũq; & qualeſcũq; res erat de quibus loquimur curãdum eſt ne modum excedamus: quia tunc ſermo erit odioſus: iccirco ne id accidat cauendum eſt. ſ Quatenus: quouſq; quatenus vero ſignificat qa. Iuuena. Quatinus æra domi nõ ſunt. ſ Habeat delectationem: placeat audientibus nam ſi eſt odioſus. i. ſi mouet faſtidiũ finem imponere debemus: eatenus igitur debet ſermo progredi quatenus delectat. ſ Rõ fuerit. i. quẽadmodũ conſiderãdũ eſt anteq̃ incipiamus loq ne aures aliorũ offendamus: & vt oportunę fiat initium ſic in deſinendo fieri debet: ne modũ tranſeamus: tenendum igiť eſt medium tpis ſeruiendũ: quod maxime decet. ſ Ratio, cõſideratio modus: menſura quædam opportuna ſ Sed q̄n in oĩ vita: nunc dicit ſermonẽ debere vacuum eſſe perturbationis: & ipſe declarat quid ſit perturbatio. In ſermone igiť nullam perturbationẽ indicemus. ſ In oĩ vita: in oĩ ſtatu vitæ: vt tranqlle viuať. ſ Motibus: perturbationibus animi ſermo debet eſſe vacuus. ſ Ne exiſtat: appareat: qm̃ excandeſcere in ſermone vitio vertiť. Ira inqt Ariſt. eſt cupiditas doloris reponendi: & cõcitatio animi vt finit Seneca ad ultionẽ iudicio volũtatis peregentis: idẽ Cicero in Tuſculanis diſputationibus ex ſtoicorũ ſnĩa dicit. iram eſſe libidinẽ puniẽdi eius qui videatur lęſiſſe iniuria & excãdeſcẽtiam eſſe irã naſcentem & exiſtentem: qm̃ ſe illico oñdit. ſ Cupiditas: voluntas cõtra rõnem. nam cupiditas eſt effrenata appetentia. ſ Pigrita: proprie eſt metus cõſequẽtis laboris. ſ Ignauia: opponitur fortitudini. ſ Aut tale qd: aliq̃ ſimilis perturbatio. ſ Vereri: habere in honorem: & eos diligere videamur aut adulatores: aut maledici. ſ Obiurgationes etiã: nũc pręcipit qua moderatione amici obiurgandi ſint. Et ſic oſtendet qũo ad amicum caſtigandum venire debeamus. ſ Vocis cõtentionem: clamore vt irati videamur. ſ Acriore: acerbiore atq; vehementiore, & ſic ponit modũ in his rebus: quem probat cõparatiõe chirurgorũ: qui vulnera ſecant & adurunt inuiti: ſi nõ eſt aliud remedium.

FRA. MAT. ℭ Habentur aũt plerũq; &c. Proſequitur oſtendere quid ſit illud ĩ quo ſermo verſatur. ſ Domeſticis ne. hoc eſt re familiari ſeruis ſupellectile: & cæteris eiuſmodi: & hoc ad œconomicã ſpectat: quę rem familiarem gubernare docet. ſ De rep. hoc in policita verſatur quę rẽpu. adminiſtrare oſtẽdit. ſ De ar. ſtu. monoſtice offm̃ tãgit: quæ ſolitudine delectať & ad phos ſpectat: & ſic paucis verbis tres phiæ moralis partes cõplectitur. ſ Danda opa eſt &c. qñquidẽ ſermo de his rebus haberi ſolet: ſi qñ aberrauerit per digreſſionẽ: ad eas tñ ſtatim reuocãdus eſt. Accidit aũt vt ſæpe fiat digreſſio: quæ eſt vt diffinit. Quinti. alicuius rei extra cauſam vel ad cãm tamẽ pertinẽtis facta narratio: & delectationis aut ſimilitudinis cauſa fit. nõnũq̃ etiã amplificationis. Sed hoc oratorum magis eſt. ſ Sed vtcũq; &c. In quacũq; re de qua loquimur obſeruare illud debemus vt quouſq; delectet ſermo noſter progrediamur: & vt nõ ſine rõne incipimus: ita cum rõne fruamur: modũq; adhibeamus. ſ Quatenus: quouſq;. Nam cognoſcere poſſumus quouſq; ſermo noſter delectabit: neq; id erit difficile: tũ ex geſtu auditũ ex geſtu auditorum: ſed qũo &c. Quẽadmodu inqt ĩ motu aĩ trãqllitas ſeruanda eſt: ita in ſermone: nunquã. n. ita loqui debemus vt aliquã in ſermone perturbatione incidemus: qđ qui facit a decoro diſcedit. ſ Ira exiſtat: quæ eſt vlciſcẽdi cupiditas & animũ quaſi obcęcat: cognoſciť aũt aſperitate & atrocitate verborũ. ſ Cupiditas: bonorũ: laudis: glorię: quæ præcipue ſermõe cognoſcitur. ſ Pigritia: quæ ad metũ ptinet. nam metu laboris: aut alterius cuiuſuis rei pigri redimur: & eſt corporis pigritia ignauia aĩ. ſ Maxime &c. Hoc ẽt oratori ſeruãdum dicit Quint. vt alis ſit ſermo: vt auditores verere videamur: nã cũ licẽtior fuerit nullam auditorũ rõnem habere videamur. ſ Vereri: vt de re turpi apud parẽtes & præceptores loqui nõ audeamus. ſ Deligere: ſi affectus careat ſermo vt ira. ſ Obiurgationes &c. qm̃ illud occurrebat ſi ſermo motibus vacare debet: ergo nũq̃ iraſci cõuenit: conuenit quidẽ inqt. Sed cũ neceſſario obiurgãdus a nobis quiſpiam eſt vt filius ſeruus: tunc. n. & vocis acrimonia & grauiore ac ſeueriore oratione vtẽdum eſt. Triplex eſt amicitia bonitatis: vtilitatis: iucũditatis. aut. n. eſt inter bonos amicitia & hæc eſt pcipua: in qua cum ſint amici pares: pares affectus paria obſequia nullę interueniũt accuſationes: nulla diſſeſſio exoritur: niſi aliter amicus a virtute diſcedat: & officium deſerat: tũc. n. iuſtam cãm dabit amicos expoſtulãdi. Aut amicitia eſt bonitatis & vtilitatis ſimul & rõnem habet excellẽtiæ: qa iter impares quos optet ſm rõnem excellẽtiis cõcedere & ĩ hac fiũt obiurgationes quoties filii parentibus illa nõ tribuunt quæ oportet: minor ſeniorim nõ aſſurgit: viro vxor nõ obſequitur. ſubditus magiſtratui non paret. Deſiderat enim amicitia quãdam pportionem retributiõis: ſicuti & iuſtitia cõmutatiua. Quod ſi t hoc ſeruatur nulla iteruenĩũt accuſationes: frequẽtes vero accidũt ĩ amici quę eſt vtilitatis cũ ſuſcepta & delectationis. cũ aut dare deſinit amicus aut delectare: qbus de rebus multa ſcribit Ariſt. li. viii. ethic. ex quo intelligiť neceſſario, vt ẽt Cice. ait, obiurgationes incidere. eſt aũt obiurgatio familiaris reprehenſio: & iuxta cã ſuſcepta ſicut př obiurgat filium. pceptor diſcipulum. ſ Ne ia. v. ira. ſed illorũ quos obiurgamus cã. Duplex ira eſt: & qua cupiditate vindictæ accẽdimur, & quã cuipiã caſtigandi gŕa & corrigendi ſuccenſemus: & h poſterior ira vtilis eſt: atq; etiã in deũ cadit: vt docet Lactantius lib. de ira dei.

ASCẽ. ℭ Autem p ſed: ſermones habenť pleriq; aut de negociis domeſticis aut de rep. aut de ſtudiis ex doctrina artium: igitur opa danda eſt. i. diligentia adhibenda: vt ſi oỏo. i. ſermo ineptus incepit aberrare: ad alia ſup. negocia vt ad delectationes: detractiones aut laſciuiam reuocetur ad hæc. ſ. iam dicta. Sed aĩaduertẽdũ eſt ẽt quatenus. i. vſq; ad quã mẽſurã ſermo hẽat. i. hẽre debeat delectationẽ & vt modus deſinendi. i. finiẽdi ſit ita. i. talis, vt. i. q̃lis rõ ĩcipiendi fuerit vtcũq;. i. qualitercũq; res adeſt qđ dicit. Enim p quia: neq; delectamur ſemp de iiſdem rebus nec ſilř nec in oĩ tpe. Sed qm̃ rectiſſime pcipit vt ſugiamus in oĩ vita pturbationis. i. nimios motus aĩ nõ obtemperãtes rõni: ſic ſermo debet vacare eiuſmodi motibus. ne aut ira exiſtat: vt cupiditas aliq̃, aut pigritia. aut ignauia, aut quid. i. aliquid tale appareat. Que p⁹ & curãdum eſt maxĩe, vt videamur vereri. i. reuereri & diligere eos qbuſcũq;. i. cũ qbus cõferemus ſermonẽ. i. colloquemur obiurgationes. i. correptiones incidũt nõnunq̃. i.

Pigritia

Ignauia.

Verere

Amicitia triplex.

Quint.

a liquando etiam neceſſariæ. In quibus.ſ.obiurgationibus & increpationibus vtendum eſt fortaſſe: maiore cōtentione vocis & acriore grauitate verborū. Id: ſcilicet officium obiurgandi eſt etiam agendum ita ſupple: vt ne: ideſt non videamur irati agere: ea: ſcilicet verba.

PET. MAR. ℂ Sed vt ad vren. quemadmodum chirurgi inuiti quodāmodo ſecant. & vrunt vulnus vt qui patitur: ſanetur: non ſtudio ſecandi aut vrendi. ſic amicum caſtigare debemus. non ſtudio caſtigandi ſed corrigiendi reducendiq; ad officium. ¶ Nulla medi. nullum aliud remedium. Perſtat in tranſlatiōne medicorum qui tandem cum nullum aliud remedium poteſt adhiberi. vrunt & ſecant viſcera, Ita debemus contentione vocis caſtigare amicos ſi alius modus non ſupereſt. ¶ Sed tamen: quāuis neceſſario ad caſtigationes veniamus: tñ nulla ſit ira: quę quia eſt breuis furor: nihil recte poterit facere: qm̄ contraria eſt rōni: quæ modum ſeruat in oi re. ¶ Cōſiderate: qm̄ iratus inconſiderate agit: cū ducatur affectu. ¶ Clementi: indulgēti: miti cum aliqua grauitate ſine contumelia. ¶ Adiūcta grauitate: ne clemens & lenis caſtigatio cōtemptui ſit: grauitas adhibenda eſt. ¶ Illud ip. id quod vr̃ acerbum ei q obiurgaſ debemus oſtendere ſuſceptum eſſe a nobis ipſius qui obiurgaſ cā non ſtudio obiurgandi. ¶ Rectum eſt au. præcipit nunc quō ſit cum inimicis contendendum. ¶ Rectū eſt: decet. ¶ inimiciſſimis: qui nos capitali odio proſequuntur. ¶ Nobis indi. q̄uis in nos contumelioſi fuerint: & conuitia indigna effuderint. tñ debemus retinere grauitatem: & nō moueri ad iracūdiam & excandeſcentiam. Vnde Antiſthenes cum audiuiſſet aliquādo Platonē ſibi maledicere: dixit Regium eſt male audire cum benefeceris. Si magnanimus fueris inquit Sene. nunq̄ iudicabis tibi contumeliam fieri. De inimico dices: nō nocuit mihi. ſed animum nocendi habuit: & cum illum in ptāte tua videri vindictā putabis vindicare potuiſſe quod ē magnum vindictę genus. ¶ Grauitatem: conſtantiam: vt non moneamur ad affectum. ¶ Deforme ēt: turpe & plenum ludibrii. ¶ Prædicare: palam dicere & iactare ſeſe in ipſo quotidiano ſermone. Militem glo. thraſonem terentianum. qui iactat ſe: & a gnatonibus irridetur. ſic etiam Miles apud Plautum.

FRA. MAT. ℂ Sed vt ad vten. medici. Pulcherrima ſimilitudo: ſic inqt iraſcimur cum obiurgamus vtilitatis eorum quos obiurgamus cā: ſicut medici vlcera: vomicas: & apoſtemata inuiti adurunt & ſiccant ignito ferro. non crudelitate ducti: ſed ægrotantium vtilitate. ¶ Verendum ignoto ferro. ¶ Siccandum: cum reciduat. ¶ Raro: tunc tm̄ cum amici vtilitas maxime impellit. ¶ Alia medicina: medius cū vulnus immedicabile eſt: tunc demum illud recidit ferro: vt ait Ouid. Sed immedicatione vulnus enſe recidendum eſt: ne pars ſincera trahatur. (Ouidius.) ¶ Magna au. par. &c. ita obiurgādum dicit eſſe: vt & veritas ſeruetur: & eius q obiurgatur deterior aīus non reddaſ: niſi aſperior fuerit obiurgatio. Debet itaq; leuis eē: & demens vt amicus qui accuſaſ non inimicus videatur: vt ſi incontinētem obiurges: cuius parentes laudem continentiæ adepti ſint. Tuoq; dices probitas & integritas: quos admiratus olim ſum: me mouet: vt tecum loqui audeam liberius & te in bonam partem accepturum confido: cum natura præditus ſis humaniſſima & ſic paulatim ad reprehenſionem deſcendis. ¶ Magna parte: ideo dixit quia opus eſt nonnunquā contentione. ¶ Grauitate adiuncta: ne videaris penitus ire carere: nam minus obiurgans profi cies. ¶ Seue

ſed vt ad vrendum & ſecandū, ſic ad hoc genus caſtigandi raro inuitiq; veniemus. Nec vnq̄ niſi neceſſario, ſi nulla reperietur alia medicina. Sed tñ ira pcul abſit: cū qua nihil recte fieri: nihil cōſiderate pōt. Magna aūt parte clemēti caſtigatione licet vti grauitate tñ adiuncta, vt ſeueritas adhibeaſ, & cōtumelia repellaſ. Atq; ēt illud ipſum qđ acerbitatis hēt obiurgatio, ſignificandum eſt ipſius eā, qui obiurgeſ, ſuſceptū eſſe. Rectū eſt autem etiam in illis contentionibus: quæ cum inimiciſſimis fiunt, etiam ſi nobis indigna audiamus, tñ grauitatem retinere, iracundiam repellere. Quæ. n. cum aliqua perturbatione fiunt, neq; ea conſtāter fieri pñt, nec ab his, qui ad ſunt approbari. De formę ēt eſt de ſeipſo prædicare, falſa pręſertim & cū irriſione audiētium imitari militem glorioſum.

ritas: quantum ad veritatem: quæ retinēda obiurganti nō eſt. (Seueritas) ¶ Contumelia: quæ eſt aſpera nimium & odioſa reprehenſio a clementia penitus diſcedens. (Cōtumelia) ¶ Atque illud ipſum. Dicemus enim non poſſum non indignari vehementer dolere: tibiq; ſuccenſere: cum in hac vel in illa re te peccare animaduerto. ¶ Rectum eſt ēt: dixit quem modus in obiurgatione ſeruare deberemus: q in amicos & beneuolos vteremur: nunc præcipit qualis cōtra inimicos ſermo nr̄ eſſe debeat. ¶ Nobis indi. audiamus: quæ ipſi in nos dn̄t inimiciſſimi. ¶ Grauitatem: ne irati videamur ridere: & temere cōmoueri. ſicut ipſi in nos cōmoti videtur. ¶ Quæ enim &c. rō eſt. Quia perturbati recte aliquid facere aut dicere nō poſſem?: & ab iis qui pñtes eſſent: reprehenderemur: cū ſemper dāda opera ſit ne cui diſpliceamus. ¶ Deforme eſt ēt. Inhoneſtū inquit eſt de ſeipſo prædicare: hoc eſt ſe & ſua nimiū laudare. (Quid ſit deforme homini) Nam ſordeſcit laus in proprio ore: vt Sene. inquit. Quod ſi vera de ſe, prædicare vitium eſt quanto maius vitium illorum putari debet: qui falſa prædicant. Veritas virtus eſt cuius exceſſus iactantia eſt. Cuius tria ſunt genera. Vnum illorum qui uel natura: vel vitio naturæ: vel conſuetudine mendaces ſunt & mendacio delectantur. Alterum eorum qui καὶ νοσῶντες: hoc eſt inanis gloriæ cupidi ſępe mentiuntur. Tertiū eorū qui gratia quæſtus hoc faciunt vt mercatores qui in primo genere ſunt vani dr̄, Qui in ſecūdo glorioſi. Qui vero in tertio aſſentatores: licet tñ ſeipſum laudare tribus tēporibus: (Vanigloriosi) (Aſſentatores) apud eos quibus noti non ſumus: vt æneas apud Virg. ſum pius æneas apud ingratum. Nam vt Oui. inquit. Eſt aliqua ingrato meritū exprobrare voluptas. (Ouidius) apud eos: quibus bonam ſpem de nobis polliceri volumus: cum in periculo poſiti ſunt. Quēadmodū medici in ægrotos faciūt quibus experientiā artis præcipuā hre ſe affirmant. Hic illi admonentur qui glorioſi ſunt & vani: qm̄ nimium ſe laudant: vel falſa de ſe prædicant. ¶ Militem glo. thraſonem: qui apud Terentium introduciſ in Eunucho: ei aūt ridiculus nimiū ſermo tribuitur. (Teren.) Nam multa & vana de ſeipſo prędicat.

ASCĒ. ℂ Sed vt. i. quemadmodum nos ſup. venimus raro & inuiti ad vrendū & ſecandum. ſ. memoria inſana & contagioſa aut hoies icorrigibiles & pernicioſos: ita veniemus raroq; inuiti ad hoc genus caſtigādi: nec vnq̄ ſupple. veniemus ad hoc niſi neceſſario ſi. ſ. nulla alia medicina. i. emendatio vitę reperiretur. Sed tñ ira ſup. vehemens & quæ rōnem perturbet abſit procul ab obiurgatione. ſ. cum qua. ſ. ira nihil pōt fieri recte & nihil conſiderate. Autē pro ſed: licet. i. licitum eſt vti pro magna parte. i. vt in pluribus caſtigatione clemēti. i. miti. Tñ grauitate adiuncta. i. ſic vt grauitas ſit adiuncta. vt. ſ. ſeueritas adhibeatur & contumelia. i. opprobrioſa vituperatio appellatur. Atq; pro ſed: illud ipſum acerbitatis qđ caſtigatio habet ſup. annexam ſignificandum eſt. i. ſignis notificādum eſt ſuſceptum eſſe eā. i. pro vtilitate & cōmodo ipſius qui obiurgetur. Rectum. i. decorum & honeſtum eſt ēt in illis contentionibus quæ fiunt cum inimiciſſimis ēt ſi. i. audiamus indigna nobis. i. vituperia turpiſſima. Tñ retinere grauitatem: & repellere iracundiā. Enim p qa: ea quæ fiunt cum aliqua perturbatione: neq; poſſunt fieri conſtanter: nec approbari ab his quæ ad ſunt, de formę eſt etiam prædicare de ſe præſertim falſa. i. per arrogantiam & vanam iactantiam attribuere ſibi immeritas laudes & imitari militem glorioſum apud Plautum & Terentium: qui ſe inaniter laudaſ cum irriſione audientium.

ℂ Et qm̄

¶ Qualis dēt eē domus honorati ciuis & principis.

ET quoniā omnia perſequimur, volumus quidem certe, dicendum eſt etiam qualem hominis honorati, & principis domū placeat eſſe, cuius finis eſt uſus, ad quē accommodanda eſt ædificandi deſcriptio: & tamē adhibenda dignitatis cōmoditatiſq; diligentia. Cn. Octauio, q primus ex illa familia conſul factus eſt honori fuiſſe accepimus, qđ pclarū ędificaſſe in palatio, & plenam dignitatis domū, quę cum vulgo viſeretur, ſuffragata dño non homini ad conſulatū putabat. Hanc Scaurus demolitus acceſſionē adiiſxit ędibus. Itaq; ille in ſuā domū conſulatum primus attulit. Hic ſūmi & clariſſimi viri filius in domū multiplicatā non repulſam ſolum retulit: ſed ignominiam etiam & calamitatem.

PET. MAR. ET qm̄ omnia perſequimur. Nunc de domo magnifici viri determiat. Ari. loquēs de magnifico ait: Ad magnificum aūt pertinet & domū a ſe extructā: vt diuitias decet habere: eſt.n. quoddā & hęc ornamentū. ¶ Volumus certe: oia perſ. qui & de oibus dicere quæ ad virū inſtituēdū q; ornandumq; pertinent. Qualē: cuiuſmodi: cuius laxitatis: cuius impēſę. ¶ Honorati: q fugiunt ſiue funct⁹ eſt honorib⁹ publicis. ¶ Principis: primi inter ciues. ¶ Cuius. ſ. dom⁹ finis eſt vſus: qm̄ iō fit domus: vt ea vtamur. Ergo laxitas dom⁹ accōmodāda eſt dignitati ipſius dñi: vt ea uti poſſit cum decoro: & habitare magnifice. ¶ Ad quē, vſum. ¶ Deſcriptio: deſignatio domus ædificandæ: vt vſui ſufficiat: cuius cā ędificatur: & p rōne dignitatis ædificādā eſt qm̄ decet principem virū & magnificū habere domū magnificā & plenam digitatis. ¶ Cōmoditatis: vt cōmode habitemus & cū dignitate. debet. n. dom⁹ eſſe vtilis & pulchrā. ¶ Cneo octauio: affert exemplum octauii: cui domus plena dignitatis ſuffragata eſt. Suetonius ait in vita Auguſti. Primus ex familia Octauiorū magiſtratū populi ſuffragio cœpit. C. Ruffus. Is quæſtorius. Cneum & C. procreauit: a qbus duplex Octauiorū defluxit familia ꝯditione diuerſa. Si quidē Cneus & deinceps ab eo reliqui oēs functi ſunt honoribus ſūmus. At Caius eiuſq; poſteri: ſeu fortuna ſeu volūtate in equeſtri ordine cōſtiterunt vſq; ad Auguſti pſem. In. ix. philippica dicit: Cnei Octauii clari & magni viri: q primus eam familiā, q̄ poſtea viri fortiſſimis floruit: attulit conſulatum: ſtatuam videmus in roſtris. nemo. n. nouitati inuidebat: nemo virtutē nō honorabat. Hic miſſus ad nepotē regis Antiochi: quo cū romani bellū geſſerant: vt claſſem habere & elephātos alere prohiberet: Laodiceę in gymnaſio a quodam leptione iterfectus eſt. reddita fuit ei ſtatua pro vita: quę multos per annos familiam eius honeſtaret Plinius ait. Non præteribo Cneum Octauiū ob vnum verbū: quo Regē Antiochum dilaturū ſe reſponſuū dicentē: virga quā tenebat forte: circū ſcripſit: & priuſq̄ egrederet circulo illo: reſponſum dare coegit. In q̄ legatione interfecto ſenatus ſtatuā poni iuſſit quā honoratiſſimo loco i roſtris. ¶ Ex illa familia: Octauiorū. ¶ Fuiſſe honorati: attuliſſe honorē dignitatē q; Octauio qm̄ in eā familiā primus conſulatū attulit: quia ædificauerat claram domū & dignitatis plenā: vt videret dñs mereri honores ſummos & ampliorē fortunam. ¶ Suffragata: fuiſſe auxilio: & tuliſſe ſuffragia ad conſulatū conſequendū. ¶ Nouo homini: noui hoies dicuntur quorum maiores nō fuerunt i magiſtratu. Plutarchus ait in uita Catonis ſenioris: Romani eos qui gñis gloria carentes a ſeipſis initiū caperent nominis ſui nouos hoies appellabant. ¶ Hāc Scaurus demolitus ponit exēplū. M. Scauri: qui domum amplam & nimiæ laxitudinis ædificauit odioſam aliis & ſibi ad dignitatē tuēdam minime ſuffragātē. ¶ Hanc: domū Cnei Octauii. ¶ Demolitus: cum ſolo æquaſſet: ædes ampliauit ſuas. ¶ Aedibus ſuis. ſ. qm̄ diruta domo quæ fuerit Cnei Octauii ſuam multiplicauit: cuius nimia laxitate populus offenſus eſt hāc igitur domum ſolo æquatam adiecit ædibus ſuis: in quas retulit & repulſam & ignominiam. M. Scaurus. M. Scauri principis ſenatus & ſtoici filius victricem habuit Syllā: qm̄ metella mater poſt mortē Scauri pris. Syllæ nupſit: ædilitatē ſumma magnificentia geſſit a deo vt ſuas opes pene cōſumpſerit: magnūq; æs alienū cōflauerit. In pctura prouinciam ſardiniā obtinuit: in qua nō ſatis abſtinenter ſe geſſit, Romam ad petēdū conſulatū rediit. Sardis de eo quærentibus repetundarum poſtulatus eſt patronos habuit. P. Clodium. M. Callidū. M. Marcellū. M. Tulliū Ciceronem. M. Meſſalā Nigrū & Q. Hortēſiū. Ipſe quoq; vt auctor ē Pedianus Aſconi⁹: pro ſe dixit cū magno ſquallore & lachrymis tādem abſolutus eſt. poſtea. Qu. Seruilius Cepio ob legationis aſiaticæ inuidiā cū repetūdarum ſecit r i m. Inde a Varo tribuno plebis pditionis accuſatus eſt dicēte Scaurū vocaſſe ſocios ad arma: quippe bellū Italicū paulo ante exortū fuerat: quod ſociale dictum eſt: qm̄ ſocii a Romanis defecerant: cū ciuitas vt Druſus trib. plebis pmiſerat illis nō daret. Scaurus a victore accerſit⁹ duos & . lxx. annos natus innixus nobiliſſimis iuuenibus in forum pceſſit: & acepto rñdēdi loco dixit. Q. Varus Hiſpanus. M. Scaurū principē ſenatorē ſocios ad arma dicit conuocaſſe. M. Scaurus princeps ſenator negat. Teſtis nemo eſt: vtri vos credere cōuenit, q voce ita oium commutauit a ios: vt ab ipſo ēt tribuno dimitteretur. Hęc refert Pedianus Aſconius. Valerius Maximus aliter narrat. Scaurus igit retulit ignominiam in domū, quā multiplicauerat. Et ait Cicero dignitas hois ornanda eſt domo magnifica. Sed hæc dignitas non tota ex domū q̄renda eſt, ſed a ſeipſo. vt. ſ. habeat virtutes. aliter ipſa domus magnifica dño dedecori erit: & ipſe dñs debet ornare domum. Si continentiæ ſtudes inqt Seneca: habita non amœne, ſed ſalubriter: nec dñm eſſe velis notū a domo, ſed domum a dño. ¶ Itaq; ille, Cneus Octauius. ¶ Hic: Scaurus filius Scauri principis ſenatus: quoniā Scaurus ille adeo ſummus erat, vt ne ſibi qdem ꝯparari poſſet. ¶ Multiplicatā: quā multiplicauerat demolitus domū Octauii. ¶ Non ſolū repulſam: qm̄ rediēs ex Sardania in petitione ꝯſulatus repulſam habuit. & iſamia notatus eſt: repetundarū q; poſtulat⁹: Vnde i ſummā interdū calamitatē fuit. Nam aduerſa valetudine laborans proceſſit in forū: & cū lachrymis reſpondit obiectis criminibus.

FRA. MAT. ET qm̄ &c. De decoro ſuperius dixit ſeruādo i dictis & in factis. Nunc igit a propoſito nō diſcedit. Nam cū dixerit cuiuſmodi decorū in dictis ſeruari ꝯueniat: Nūc quomodo in factis ſeruari debeat pcipit: ædificiū enim opus eſt: in quo conſideratur dignitas perſonæ facultas & operis qualitas. dignitas perſonæ, nam idē ſumptus cui magnus erit. principi vero paruus eſt, facultas, vt & operi conueniat: & dño, qualitas operis, q aliud ædificiū priuati hois aliud principis eſſe debet. ¶ Volumus quidem: quia & ſi nō oia perſequimur: volumus tamen. ¶ Vſus, vt ea vtamur. ergo talem domum ædificare debemus, quę nobis & vſui noſtro ſatis ſit. ¶ Et tamen &c. quoniam dixerat ad vſum accōmodādam ædificationem, ideo ne quis credat ſemper eiuſmodi eſſe debere, vt ſufficiat familiæ poſſet enim fieri vt princeps ciuitatis careret liberis, ideo addit etiam dignitatis rationem habendam eſſe. ¶ Dignitatis, vt ſi parua familia fuerit, & magna digitas magna pro dignitate non pro ratione vſus ædificatur domus. ¶ Cneo, Octauio, exemplo Cnei octauii noui homini hoc eſt cuius maiores magiſtratum nunquam geſſerāt, oſtendit ex dignitate perſonę ędificandam domū, quoniam ſemper prodeſt. Cn. Octauius homo fuit nouus. Cum autem domum in palatio ædificaſſet egregiam delectatus ea populus & ſimul ex talis opere magnanimum iudicans Octauium in conſulatus petitione ſuffragatus illi eſt. Eandem domum Scaurus emit & vt ampliorē faceret demolitus eſt: & quoniam Octauius Scaurus

Lucullus. viris æquari. ¶ Luculli: fuit is Romanus princeps magni/ficẽtiſſimus: & ĩ eo vt ĩ hoĩe Romano multę lrę. fuit itẽ ĩ/perator excellẽtiſſimus & Mithridatis vires fregit. magni/ficẽtiſſimas ędes & villas extruxit: in amicis recipiẽdis ſplẽ/didiſſim⁹: loca habuit ↄſtituta p q̃litate hoium & ſumptu: & magnificẽtia ciboꝝ: cũq; apud eũ Põpeius & Cicero di/xiſſent coenare ſe velle: ipa/uit architridino vt in apolli/ne coenã pararet: quo cũ eo/dẽ die acceſſiſſent: p trecẽtis paratã coenã iuenerũt: habi/tabat ędes in q̃bus eodẽ tpe hyeme hẽbat & ęſtatẽ cũ cõ/ſtitutę erãt: & ad frig⁹: et ad calorẽ: & cũ q̃dã dixiſſet Lu/cullo hyemẽ domi habẽs: rñ/dit ſe grues imitatũ eſſe: q̃ p tpis q̃litate loca mutant.

ASCE. ¶ Enim pro q̃a dignitas eſt ornãda domo. i. p domũ, & nõ eſt tota q̃renda ex domo. Nec dñs eſt ſup. honeſtãdus domo. i. p domũ ſuã. ſed domus eſt hõeſtãda dño. Et vt. i. queadmodũ rõ ñ ſolũ ſua. ſ. reꝝ ſuaꝝ aut vtilitatis ſuę: ſed ẽt alioꝝ eſt hñda ĩ cęteris ſup. rebus. Sic. i. ↄſilr in domo clari. i. egregii hoĩs: in quã ſup. domũ & multi hoſpites. i. mutuo bñficio deuicti recipiendi ſunt: ſup. non grã pecu/nię: ſed hoſpitatis: & in quam ſup. multitudo cuiuſ. p gñis hoium admittenda. Adhibenda eſt cura laxi. i. amplitudis & capacitatis. Enĩ p q̃a domus ãpla fit ſępe alr. i. ſine hmõi cura dño ſuo dedecori. ad dedecus: ſi. ſ. ſolitudo. i. vaſtitas eſt ea: & maxime ſi ſolita eſt frequentari aliq̃ñ alio domo. Enim p q̃a odioſũ. i. moleſtũ eſt cũ dr a ptereũtibus. O domus antiq̃ q̃ diſpari dño domĩnaris. i. gubernaris: & in dominio teneris: q̃d q̃dẽ h̃ his tpibus dicere ĩ multis ſup. do/mibus. Cauẽdũ eſt ẽt p̃ſertim. i. p̃cipue ſi ipſe. i. tu ædifices: p̃cedas. i. pgrediaris ſ. ſũptu et magnificentia extra modũ. In quo gñe ẽ multũ mali. i. incõmodi: etiã ĩ exẽplo. i. imitatione exẽpli alioꝝ. Eteni p q̃a pleriq; imitẽtur ſtudioſe. i. dili/gẽter p̃ſertim in hac pte. i. ędificãdo ſcã principũ. Vt. i. v. g. q̃s ſuo. imitatus eſt virtutẽ Lucii Lu. ſũmi viri, q. d. nullus aut rariſſimus quiſq; ad q̃. i. q̃tũ multi imitati ſunt magnifi/centiã villaꝝ. ſ. Lucii Lu. q. d. plurimi. grã. ſ. villarũ h̃ ẽ domorũ priuatarũ: ruri aut in agro: ad recipiẽdas fruges et colonos eaꝝ ↄſtructaꝝ. Quidem. i. certe modus eſt adhibẽdus. i. finis & menſura ↄſtituẽda: & reuocãdus eſt. ſ. modus ad me/diocritatem, & eadẽ mediocritas eſt referenda ad oẽm vſũ & cultum vitæ. Sed hęc ſup. dicta ſint hactenus. i. huc uſq;.

Domus a domino i honoratur.

¶ Tria in omni actione obſeruanda.

IN omni autem actione ſuſcipienda tria ſunt tenenda. Primum vt appetitus rationi pareat, quo nihil eſt ad officia conſeruanda accõmodatius. Deinde, vt animaduertatur quãta illa res ſit, quã efficere velimus, vt neue maior, neue minor cura & opera ſuſcipiatur, q̃ cauſa poſtulet. Tertium eſt, vt caueamus, vt ea quæ pertinent ad liberalitatis ſpeciem, & dignitatem moderanda ſint. Modus autem eſt optimus, decus ipſum tenere, de quo ante diximus, nec progredi longius. Horum autem trium præſtantiſſimum eſt, appetitum obtemperare rationi.

¶ Ordo rerũ, ac temporũ opportunitas.

DEinceps de ordine rerum, & temporum opportunitate dicendum eſt. Hęc aũt ſcientia continet eam, quã gręci eutaxiã noĩant

rebus ſunt certi deniq; fines quos vltro citroq; neq̃t ↄſiſte/re veꝝ. ¶ Modus aũt: hoc referẽ ad illud ſm p̃ceptũ: vt. ſ. cõ/ſidereẽ q̃ta ſit res: quã volumus efficere. ¶ Ipm decus: ſeq̃ id q̃d decet: & eatenus pgredi in aliq̃ re: q̃tenus laudaẽ. ¶ Longius: q̃ deceat: & ſic erit modus. hoc referetur ad tertiũ: vt. ſ. oĩa moderãda ſint: & ait: quis modus optimus ſit: tñ horũ trium p̃ſtantiſſimum eſt appetitum parere rationi: q̃m niſi ratio dominabitur, nil quod deceat fieri poterit.

DEiceps d ord. re. Supra Ci. pꝑoſuit ipſũ decorũ tribus rebus cõtineri formoſitate ornatu ordine: duabus ptibus abſolutis: ad ordinẽ trãſit & temporũ opportunitatẽ: vt nil q̃d ad decorũ ipm ptineat: explicãdũ relinq̃tur. Vtitur igiẽ trãſitiõe: & docilẽ facit auditorẽ & attentũ. Hęc aũt ſcia ↄtinet eã quã gręc. eutaxia noiant eutaxia dr bõa diſpõ & ordo. vult Ci. ordinis ↄſeruationẽ & modeſtiã idẽ eſſe.

FRA. MAT. IN oi act. De ornatu nũc p̃cipit ad actionẽ oẽs ac cõmodata vẽ retinenda dicit eſſe. Quo nihil &c. ſeqtur. n. ex h̃ ↄtinẽtia & modeſtia. ¶ Quanta illa &c. vel magna vel parua vel mediocris. ¶ Vt neq; &c. ratio eſt cur talis animaduerſio haberi debeat. ¶ Tertiũ eſt &c. decorũ hoc loco ſignificat: quod ita cõſentaneũ eſt naturę vt in eo modeſtia appareat & temperãtia: cum ſpẽ quadam liberali: & id p̃cipue in modo conſiſtit. ¶ Liberalem ſpẽm: hoc eſt decorum. ¶ Moderanda: ne citra modum reſiſtat, aut vltra procedat. ¶ Modus autẽ &c. docet quis modus tenendus ſit: vt. ſ. decorum ſeruetur: & generale quod conſentaneum hominis excellentiæ. In quo natura hominis a reliquis differt animalibus & ſpeciale: quod ita conſentaneum naturæ ſit: vt in eo moderatio & temperantia appareat: cum ſpecie quale liberali.

Vt lucetur decorum modus datur

HAc aũt ſcia &c. ornatus q̃ ad quãcũq; ptinet actionem ĩ duobus ↄſiſtit numero & loco ¶ ευταξιαν: h̃ eſt rectũ ordinẽ a ſi ſignificat bene ταxτα ordino. Sciendũ eſt dupliciter modeſtiã intelligi. Nã q̃ñ in dictis & in factis modus ſeruatur: modeſtia eſt: & item q̃ñ vnum quodq; ſuo tpe facimus & loco: vt cum iocamur in conuiuio: in ſenatu grauiter loquitur vtranq; modeſtiã ευταξιαν græci vocant vt generalem & ſpecialem.

PET. MAR. IN oẽ aũt actiõe. Tria Ci. opponit, q̃ in oĩ vita ſeruãda ſunt: primũ eſt: vt appetitus pareat rõni. nã ſi appetit⁹ euagabitur lõgius offm ſeruari nõ poterit: q̃d ſp ad bonũ tendit. Scdm eſt: vt ↄſideretur q̃d agendũ ſit: & ea cura adhibeaẽ: quã res ipſa efficiẽda reqrit. Tertiũ eſt: vt oĩa cũ menſura fiãt: ẽt q̃ laudabilia ſunt: ne ſi modũ excelſerint: reprehendanẽ ¶ Pareat: obediat: & id appetat: q̃d rõ ſuaſerit. ¶ Ad offi. vt aliq̃d fiat cũ virtutis laude. ¶ Aiaduertatur, ↄſideretur diligenter ne aut nimis aut paꝝ id curemus q̃d agẽdũ eſt: ſed vt ipa res poſtulat. ¶ Opa: labor cã res ipſa quam agimus, & cã quã tractamus. ¶ Ad libe. ſpẽm. i. ea q̃ laudanda ſunt, & quãdã apparẽtiã libero hoie dignã pręſe ferũt. ¶ Moderãda: mõ quodã et menſura tractãda. multo magis igiẽ moderãda ſunt, et vitãda q̃ nullã hñt ſpẽm. i. apparẽtiã libero hoie dignã. Et ait Ci. optimus eſt modus in oĩ re atq; menſura, vt ſeruet decorũ. nã cũ facimus id q̃d decet, tenemus modũ. Hora. i. f. volu. epiſtolarũ ſic cãit. Inſani ſapiens nomen ferat: æquus iniqui. Vltra q̃ ſatis eſt virtutem ſi petat ipſam: & in primo ſermone dicit, eſt modus in

ASCE. IN oi aũt &c. Oñdit tria ĩ oĩ actiõe eſſe obſeruãda. Ordo eſt. Aũt pro ſed tria ſunt tenẽda in oĩ act. ſuſcipienda. i. q̃ ſuſcipere velim⁹. Primũ ſup. tenẽdũ eſt: vt appetitus pareat. i. obtẽperet rõni. quo. i. quare nihil eſt accõmodatius. i. conducibilius ad conſeruanda officia. Deinde ſup tenendũ eſt: vt aiaduertatur. i. cõſidereẽ quanta ſit illa res: q̃ velimus efficere: neu. i. neue h̃ vel ne ſuſcipiatur maior cura & opa q̃ cã poſtulet: neue. i. vel ne ſuſcipiatur maior cura & opera q̃ cã poſtulet. Tertiũ. ſ. reuerendum eſt vt ſup. caueamus. i. caute proſpiciamus vt. ſ. qualiter ea quæ ptinẽt ad ſpeciem & dignitatem liberalẽ. i. liberalis hoibus dignã ſint moderanda. Aũt p ſed optimus modus. i. optima moderatio: eſt tenere ipſum decus de quo diximus ante nec pgredi longius. Aũt pro ſed præſtantiſſimum horum trium eſt appetitum obtemperare rationi.

DEinceps &c. Poſtq̃ de formoſitate & ornatu quę decorum cõcernunt determinauit pſequiẽ de ordine reꝝ. Eſt aũt ordo verborũ. Dicendum eſt deinceps cõſequenter de ordine rerum & opportunitate tẽporũ. Autem p ſed hęc ſcientia continet eam: quam græci nominat eutaxian: ideſt bonam diſpoſitionem & ſeriem.

non hanc quam interpretamur modeſtiam, quo in verbo modus ineſt, Sed illa eſt eutaxia, in q̄ intelligitur ordinis conſeruatio. Itaq; vt eandem nos modeſtiā appellemus, ſic diffinitur a Stoicis, vt modeſtia ſit ſcientia earum rerum, quæ aguntur aut dicuntur loco ſuo collocandarum. itaq; videtur eadem vis ordinis & collocationis fore. Nam & ordinem ſic diffiniunt, compoſitionem rerum aptis & accommodatis locis. Locum autē actionis, opportunitatem temporis eſſe dicunt. Tempus autem actionis opportunum græce eucceria, latine appellatur occaſio. Sic fit vt modeſtia hęc, quam interpretamur ita, vt dixi: ſciētia ſit opportunitatis idoneorum ad agendum temporum. Sed poteſt eſſe eadem prudentiæ diffinitio: de qua principio diximus. Hoc autem loco de moderatiōe, & temperatia, & aliis ſimilibus virtutibus quærimus. Itaq; quæ erant prudentiæ propria loco ſuo dicta ſunt Quæ autem harum virtutum, de quibus iamdudum loquimur, quæ pertinent ad verecūdiam, & ad eorū approbationem, quibus cum viuimus, nunc dicenda ſunt.

PET. MAR. ❡NON hanc.ſ.cōtinet: quā nos appellamus modeſtiam a mō.i.mēſura quę ſingul' rebus adhibenda eſt. ⸿In quo ver. modeſtię.ſ.ieſt modus qdam ſeruādus ī re, & ſic modeſtia eſt quoddā ornamentū in ipſis actiōib'. ⸿Ordinis cōſeruatio: vt ſit bonus ordo in rebus agendis eni ī eutaxia dr̄ bona ordinatio: ſed inquit Cicero: ex ipſa diffinitione ſtoicorum adducor: vt eadē eutaxiā latine appellē modeſtiā. ⸿Loco ſuo: tpe opportuno. ⸿Eadē vis, nā & ꝓprietas, vt idē ſit ordo rerum & collocatio ꝙ ex ipſa diffinitiōe probat. Nā ordo eſt cōpoſitio rerū aptis locis & accōmodatis, & locus ſigñat tpis opportunitatē. ⸿Actiōis: opatiōis: ſic dixi ad diñā loci: q eſt ſedes argumenti, & ī quo illud latet, & ex quo dicitur: & locus eſt vltima ſupficies corpis ambiētis locatū: vt finit Ari. in phyſicis: hic accipit̄ locus pro agendi opportunitate. ⸿Locū actōis: aptū ad aliqd agendū. qm̄ ſūt & alii loci ſedes argumentoꝝ. hos locos Boetius in topicis maximas ꝓpoſitiones appellat. & Fabius ait lib. v. locos appello ſedes argumētoꝝ. ⸿Tempus actōis: aptū ad agēdū & opportunū dr̄ occaſio ide dicimus: nactus occaſionē.i.tps opportunū. in rhetoricis loquēns de tpe ſic ait: occaſio eſt pars tpis hñs in ſe alicuius rei idoneam faciendi aut non faciendi opportunitatem. ⸿Sic fit: ex hoꝝ verborum diffinitione hoc ſequitur. ⸿Quā interp̄tamur: quā latine dico appellandā eſſe modeſtiā: cum gręce dicat̄ eutaxia. ⸿Idoneorum: q̄ idonea ſint ad agendum. & ſic vno verbo modeſtiæ Ci. cōplectit̄ ordinem locū & tp̄s. ⸿Eadem diffi. q̄ ſ prudētiæ eſt locum ordinem & tp̄s eligere & hēre delectū. ⸿Itaq: modeſtia: & moderatio eſt q̄dam miniſtra ipſius prudentię & hæc officia inqbus modus requiritur ptinent ad tēperātiā, q̄ eſt cōſeruatrix prudentiæ. moderatio igitur cōſeruat prudentiā & id facit in ſingulis actiōibus qd prudentia iubet: corrupta aūt moderatiōe nihil valet. Itaq; eadem fere ſunt officia prudentiæ & modeſtiæ: q̄ ipſam conſeruāt. ⸿Et aliis ſiīibus, q̄ ad hanc ptem ptinent qm̄ temperantiā ſequūtur ordinis cōſtantia & ornatus. ⸿Quæ erant prudētię: q pertinebant ad prudentiā: quā ſequuntur cōſilioꝗ maturitas & intelligentia. ſ pars moderationis & ordinis ad temperātiam ptinet, licet nulla virtus poſſit eſſe ſine prudētia: & q illam habet ois habeat neceſſe eſt, ſed ſingulaꝝ mediocritatum officia diſtincta ſunt. ⸿Iādudum: ab initio huius diſputatiōis. ⸿Quæ aūt haꝝ vir. i. ea q̄ pertinent ad has virtutes: q̄ temperātiā ſequuntur. ⸿De quibus: virtutibus paulo ante cœpi diſputare. ⸿Approbationem, laudationem & cōmendationem eorum cum quibus viuimus, & nil a nobis fiat quod illos offendat.

FRA. MAT. ❡Modus ineſt: & hæc generalis modeſtia eſt ad omnia generaliter pertinet. ⸿In qua intellgitur &c. Hæc particula tis eſt. ⸿Rerum: loco ſuo collocandaꝝ. Si quis triplicem dicat eſſe pietatem in deos: patriā parentes: hic ordinē ſeruabit & rerum collocationem. Si quis vero prio parentes nominet, hic ordine ſeruabit collocationē minime: & hoc ad numerum ſpectat. Eodem mō de loco dicimus, qm̄ ſi magiſter conuiuii digniorē in ſcdo loco diſcumbere iuberet non ſeruaret εὐταξίαν. Ageſilaus interrogatus cur poſtremo loco ſederet ludos ſpectans: o adoleſcens inquit non mihi locus, ſed ego loco dignitatem addo, ⸿Nam &c. probat eundem eſſe ordinē & collocationem hoc eſt accōmodationem rerū aptis locis. ⸿Aptis: quantū ad ordinē. ⸿Accōmodatis: q̄tum ad tp̄s ⸿Locum autem &c. per quoſdā diffinitionē gradus & quaſi de primo ad vltimum oñdit idem eē ordinem rerum collocandarum: & tēporis opportunitatē quam εὐκαιρίαν græci noiant: qm̄ ordo eſt accommodatio rerū in ſuis locis. Locus aūt eſt opportunitas tpis. Tp̄s vero occaſio rei bene gerendæ ex ſupradictis concluſionibus verā elicit diffinitionē modeſtiæ de qua loquitur, ⸿Modeſtia hæc: quæ conſtat εὐταξίᾳ καὶ εὐκαιρίᾳ. Hoc eſt opportunitate loci & tēporis. ⸿Sed pōt eadē: quæ ingt diffinitio modeſtiæ: ſecundū εὐταξίαν καὶ εὐκαιρίαν. Eadē pōt & prudentię eſſe. Nā prudentis eſt tpis loci habere rōnem: quod q neſcit imprudens habetur qm̄ neſcit. Qui vero nō ſeruat ineptus dr̄: ſiue immoderatus. Apti enim hoīs eſt, cum oibus cōiter viuere: neminem in viuēdi cōſuetudine offendere honeſtis deducere: potiuſq̄ modis bonis magis placere quā vulgo: ſe oibus accōmodare notis & ignotis: nobilib': & ignobilibus: & hæc virtus ē propriè quam εὐταξίαν καὶ εὐκαιρίαν vocant gręci: & aut in ordine & collocatiōe eſt: aut in tempore: qui tempora ſeruat opportunus dicitur, ſiue hæc in dictis ſiue in factis obſeruet. Qui in dictis hanc ſcientiam ſeruabit comis. Qui in factis facilis. Qui contra queſtus, contra eam dicet aut faciet aſſentor dr̄. Qui cauſa delectationis ridiculus: qui aberrabit in factis, idq; naturaliter faciet φιλαίτιος: hoc eſt litigioſus, qui vero non naturaliter, ſed ſimulare δύσκολος.i. durus & moroſus. ⸿Ad eorum &c. hoc eſt apti hois proprium cum oibus ita viuere, vt quæ dicit aūt facit non diſpliceant ſed probentur.

Tēporis opportunitas

Litigioſus

ASCE. ❡Non hanc quam interpretamur modeſtiā: in quo verbo .i. in qua modeſtia ineſt modus, ſed illa eſt eutaxia in qua intelligitur conſeruatio ordinis, Itaq; vt nos appellemus eandem modeſtiā, quā, ſcilicet ille eutaxiones diffinitur a ſtoicis: ſic vt modeſtiā ſit ſcientia earum rerum, quæ agentur aut dicentur collocandarum ſuo loco. Itaq;: ideſt ita videt fore eadem vis, ideſt naturā & proprietas ordinis & collocationis. Nam diffiniunt. & i ideſt etiā ordinem compoſitionem.i. ꝙ ſit compoſitio rerum: & hic locis aptis & accommodatis, legitur enim compoſitione: vt ſic diffiniunt compoſitione.i. per compoſitionem, ſed præſtat legere compoſitionem. Autem pro ſed ipſi ſtoici, ſcilicet dicent locū eſſe opportunitatem actionis, quia, ſcilicet quid agitur vbi opportunum eſt. Autem pro ſed opportunum tempus actionis appellatur græce eucheria latine ſup. appellatur occaſio. Sic, i. ex horum verborum diffinitione fit: ideſt hoc ſequitur, vt hæc modeſtia, q̄ interpretamur, i. q̄ latine diximus modeſtiam eſſe appellandā ſit ita: vt dixi ſcientia opportunitas temporum idoneorum id agendum. Sed eadē diffinitio pōt eſſe diffinitio prudentiæ de qua diximus in principio. Autem ꝓ ſed nos quærimus hoc loco de moderatione, temperantia, & dr̄ aliis ſimilibus virtutibus. Itaq; ea quæ erāt propria prudentia, ſunt dicta ſuo loco. Autem pro ſed ea ſup. quæ. ſ. ſunt harum virtutem, de quibus loquimur iamdudum.i. iam & paulo prī' vt pote quæ pertinet ad verecundiam, & ad probationem eorum, quibus cum: ideſt cum quibus viuimus dicenda ſunt.

Modeſtiæ diffinitio

Modeſtia pietas

❡Talis

PET. MAR. TAlis igitur ordo: praecipit nobis qualem ordinem tenere debemus in ſingulis actionibus: de quo ita diſputat. vt loci perſonam aliaſq; circũſtantias includat: quae in oĩ re vt ſeruetur decorũ conſiderandç ſũt. Obſeruatio .n. circũſtantiarũ eſt illa quae conſtituit officium, quoniam poteſt reddi rõ quare factũ ſit. ¶ Conſtanti: perſeueranti in optimo ordine & nihil ab arte diſcrepãti. haec eſt laus oratoris vt omnia in oratione bene conueniant & quadrent: ſic laudatur ordo: cum oẽs actiones inter ſe cõueniunt: & ſuo tẽpore fiunt. ¶ In vita: in actionib⁹ vitae. ¶ Apta, vt apta ſint qm̃ ordo eſt compoſitio rerũ in aptis locis. apta igitur .i. accõmodata & conuenientia. ¶ Turpe eſt .n. pbat ab affectu quare adhibendus ordo ſit, qm̃ dedecet: ſi non hẽ ratio loci tpis & perſonae: ſic a re contraria ſumens argumentum: oſtendit id laudari, qd̃ tpe apto ſit. ¶ Seuera: graui. ¶ Delicatum: deliciis aptum & molle. ¶ Bene pericles: qui collegam ſuum reprehendit Sophoclem: qm̃ ille non habuerat rõnem loci tpis atq; perſonç quã ſuſtinebat erat enim praetor. Sophocles tragicus poeta fui. Tragoediam auctore Fabio primus aeſchylus in lucem ptulit: ſublimis & grauis & grandiloquus ſaepe vſq; ad vitium. Sed longe clarius illuſtrauerũt hoc opus Sophocles atq; Euripides: quorũ in diſpari dicẽdi via vter qdem ſit poeta melior inter plurimos qritur. ¶ In praetura: qm̃ erant praetores q reddebant iura. Collega dicitur ſocius in magiſtratu. ¶ De cõi offi. i. pro & gratia obeundi cõe muneris. ¶ Conuenissent: ſimul eſſent, vt de cõi offõ loquerentur: & iura redderent. Hoc narrat etiã Plutar. in vita Periclis. Et Vale. dicit. Pericles cum in ptura Sophoclem collegãm haberet: ac is publico officio vna diſtructus pueri ingenui praetereũtis formã impenſioribus verbis laudaſſet: intemperãtiam eius increpitans dixit: praetoris non ſolum manus a pecuniae lucro: ſed etiam oculos a libidinoſo aſpectu continentes eſſe debere. Locus ipſe igitur datus ptori & magiſtratus non ſeruabat decorum laudando formoſum puerũ. At hoc idẽ ecce quid facit locus & perſona. nam ſi alibi illud dixiſſet: iuſta reprehenſione caruiſſẽt. ¶ Athletarum, eorum qui in gymnaſiis ſe exercent. Athlo grçce latine ſignificat certo & contendo. Inde Athletae dicuntur in genere. certatores in ſpecie aũt erunt pugiles palçſtritae, curſores & ſimiles. & Athlon dr̃ praelium certaminis: quo verbo vtitur Theocritus. ¶ Approbatione: vbi approbantur athletae pulchri lacertoſi & habẽtes membra apta ad certamen atq; victoriã. ¶ Tanta vis eſt loci: tantum poteſt locus & aliae circunſtantiae ad approbationẽ alicuius rei vituperationemq;. ¶ Cauſam acturus: oraturus cãm alicuius aut ſuam. ¶ Meditet: intra ſe cogitet. ¶ Ad hoc idem: meditari & attentius cogitare. ¶ Inhumanus: ab humanitate alienus ac ruſticus quoniã ignorat quid poſtulet locus & tempus. ¶ Sed ea quae: non opus eſt inquit Cice. de his praecipere & monere, quae manifeſta delicta ſunt, & ab omnibus facile cognoſcuntur, ſed de his quae parua videntur, & cum dignoſci ab omnibus nequeant, facile trahunt homines in errorem ſpecie quandã recti. Vnde diligenter ſingula conſideranda ſunt: & id vitandum qd̃ in aliis turpe eſt ac indecorum: & doctos conſulere debemus: quorũ conſilio ad virtutem ac decorũ dirigamur. ¶ Diſcrepant: aliena ſunt. ¶ Ab humanitate: ab his moribus: quos homo bene inſtitutus hẽ debet ab humanitate igitur a diſciplina viuendi: quae homini data eſt.

FRA. MAT. TAlis eſt igitur &c. vt in oratiõe ordo ſeruatur: & id cuſtoditur ne ſimus pposteri: ita fieri in vita debet: quicquid agimus ſemper danda opera eſt: vt ordo ſeruetur. ¶ Conſtanti: quae non peruertit ordinem: ſed vt pposuit ita exequit. ¶ Turpe .n. exemplo oſtendit: qño contra hanc ſcientiam ſaepe peccatur: res aũt per ſe patet. pericles optimus fuit & phs & orator. Sũmus etiã Athenienſiũ dux: quorum remp. annos quadraginta gubernauit. auctor Trogus. Sophocles poeta fuit Atheniẽſis diuinus: vt Cic. ſcribit libro de diuinatione. ¶ In praetura: praetores erant: & caſtra aduerſus lacedçmonios poſuerant. ¶ Athletarũ: virorum certaturũ ad quos ſpectandos cum certãt in ſtadio multi adoleſcentes cõfluũt: athleta graecum eſt: latine dici poteſt certator: pugil. Tãta eſt vis loci, erant .n. tunc in caſtris & bellum gerebãt. ¶ Vt ſi quis &c. Qui ambulans cogitabundus ſecũ loquitur ſolet reprehendi: ſed cauſam acturus non reprehenditur, idem ſi in conuiuio quis facit maxima reprehenſione non caret. ¶ Sed ea quae multum: alia inquit vitia & peccata, quae contra ordinem locum, & temporis opportunitatem committuntur manifeſta ſunt, quorum exemplum ſubiicit, quãuis nihil de ipſis praecipiendum dicat. Alia peccata ſunt: de quibus diligenter inueſtigandum cenſet. Manifeſta enim facile vitari poſſunt: obſcura non ita, & ſaepe accidit, vt parua videantur: quae magna ſunt. ¶ Ab humanitate a ratione, quae propria eſt hominis: vt decorum ſeruetur in eo, quod eſt conſentaneum naturae noſtrae.

Athleta

¶ Ordo actionum cum decoro.

TAlis eſt igitur ordo actionum adhibendus: vt quemadmodum in oratione conſtanti, ſic in vita ſunt omnia inter ſe apta & conuenientia. Turpe eſt enim, valdeq; vitioſum, in re ſeuera, conuiuio dignum, aut delicatum aliquem inferre ſermonem. Bene pericles, cum haberet collegam in praetura Sophoclem. Hiq; de cõmuni officio conueniſſent, & caſu formoſus puer prçteriret, dixiſſetq; Sophocles. O puerum pulchrũ Pericle ait. At enim prçtorem Sophoclẽ decet non ſolum manus, ſed etiam oculos abſtinentes habere. At qui hoc idem Sophocles ſi in athletarũ probatione dixiſſet, iuſta reprehẽſione caruiſſet. Tanta vis eſt & loci & temporis, vt ſi quis, cum cauſam ſit acturus in itinere aut in ambulatione ſecũ ipſe meditet, aut ſi qd aliud attentius cogitet, nõ rephendatur. at hoc idẽ ſi i cõuiuio faciat, in humanus videat inſcitia tẽporis. Sed ea, q mltũ ab humanitate diſcrepãt:

ASCẼ. TAlis eſt igitur &c. Deſcribit ordinem actionum cũ decoro dicens. Igitur quia, ſcilicet de ordine loquendum eſt. Ordo actionum adhibendus. ideſt qui adhiberi debet eſt talis, vt quemadmodum omnia ſunt apta inter ſe, & conuenientia in oratione conſtanti, ſic & in vita. Enim pro quia, turpe eſt, & valde vitioſum, inferre ſermonem dignum conuiuio: aut aliquem delicatum ſermonem in re ſeuera. pericles cum haberet Sophoclem collegam .i. conſocium in officio, ſcilicet in praetura. Et hi ſcilicet Sophocles & Pericles conueniſſent: de communi officio ſupple tractando: et formoſus puer praeteriret caſu, ideſt a caſu, & Sophocles dixiſſet Pericle vocamus eſt. O puerum pulchrum bene ſupple dixit. At enim Pericles, o Sophocle decet praetorum habere non ſolum manus abſtinentes a rapina, ſed etiam oculos a concupiſcentia videlicet: ait q ſi Sophocles dixiſſet hoc idem: ſcilicet o puerum pulchrum in approbatione Athletarum, ideſt iuuenum ſe exercitantium in lucta: ipſa cauiſſet iuſta reprehẽſionẽ: quia tũc viſus eſſet recommendaſſe pulchritudinem membrorum propter idoneitatem ad certamen, quam tunc, propter libidinem approbaſſe putabatur. Tanta vis eſt & loci temporis: vt ſi quis cum ſit acturus cauſam ipſe meditetur ſecum itinere, aut in ambulatione, aut ſi cogitet: quid: ideſt aliquid aliud non reprehẽdatur: at: ideſt ſed ſi faciat hoc idem .i. ſi meditetur ſecum, aut cogitet attentius ipſe videatur inhumanus .i. beſtialis, et conueniendi, quod hoium eſt: neſcius inſcitia .i. propter inſcitiã temporis. Sed ea quae diſcrepant multum ab humanitate.

PET. MAR. ¶ Cantet in foro: quod dedecet: & ab eruditione boniſq moribus alienū eſt. ¶ Magna puerſitas: prauitas in moribus quæ ſua magnitudine oībus ſe oñdit. ¶ Nec mag. nō multū eſt opus monere: qm̄ patet talia declināda eē pp aptā turpitudinē. ¶ Neq a mul. ab impita multitudine. Et affert exemplū muſices. Nā cū in fidibus & tibiis aliq̄ diſcrepātia eſt: nō cognoſcit̄ niſi ab eo q muſicē callet ſic actiones aliqd in ſe prauitatis hñtis: non cognoſcunt̄ niſi a prudētib᷒: quoꝝ ꝯſilio vita adoleſcētū formāda ē & regēda. ¶ Paulum diſcordēt. nā diſcrepare proprie ē diuerſo mō crepare. i. ſonare: & crepitū facere: inde ad multa trāſfert̄. ¶ A ſciēte: pito in muſicis. ¶ Aiaduerti: obſeruari: cognoſci: diſcerni notari. iii. actōe i C. verrem dicit itellm̄ ē i & aiaduerſū: qd enarrās Aſconi᷒ pedian᷒ dicit. Intelligit̄ aliqd argumētis. Aiaduertit̄ ſenſib᷒ pñti aio vtētib᷒ ergo plus ē aiaduerſū q̄ intellm̄. ¶ Sic viuen. illaq inqt viuēdū ē vt vita ñ diſcrepet: ſed oīa iuicē ꝯgruant: et ordo fuerit ac mod᷒ vt fiat ille actionū ꝯcēt᷒: q ē maxie e nā, & vita cōſtans in offō pſeueret. ¶ Sic vt fit in numeris muſicis & motibus inter ſe nō diſcrepātibus. Vel multo magis: quā in fidibus & tibiis maior cura adhibenda eſt in actiōibus vitæ, quā in ipſis numeris. ¶ Quo, quāto maior ē ꝯcentus actionū. i. ꝯuenientia: vt nullo mō a rōne diſcrepent: ſꝫ loco tpi & pſonis ꝯueniāt. ¶ Maior: q̄tū ad ſe. ¶ Melior, ad nrm̄ cōmodum & dedecus. ¶ Cōcentus: ꝯuenientia. pſtat i trāſlatiōe ſonoꝝ, melior inquit eſt & pſtātior ꝯuenientia ipſarū actionū: quā ſonoꝝ & iō maior cura eſt adhibēda, vt nulla in ipſis diſcrepātia ſit. ¶ Vel mini. ēt minimas diſcrepātias: qm̄ callent arte. Vel ēt minimos errores. ¶ Acres: acuti vehementes attenti. ¶ Vitiorū: eoꝝ q̄ fiunt cū vitio & pter decorū. ¶ Magna ex paruis: ex paruo ſigno magna cognoſcimus. Vultus. n. obtut᷒ oculorū & alia ſigna indicāt eſſe i moribus nōnulla, q̄ latent & incognita ſunt: in qbus ſignis & geſtibus aliqd fit qd̄ dedecet. Vñ in ſingulis cauendū eſt & multo magis ne aius peccetꝗ p ſigna extriſeca ſe aperit. ¶ Obtutu: aſpectu: in aliquē defixo. ¶ Remiſſiōe: dilatiōe: aut cū ꝯtrahūtur ſupcilia: aut deprimūtur, aut attollūtur & hoc eſt ꝯtrahere & remittere. ¶ Hilaritate: lętitia. ¶ Cōtentiōe, eleuatiōe. i. cū voce attollimus. Cū oīa inqt ſupradicta viderimus cognoſcemus. ſi. experientiā habebimus quid apte fiat & cū decoro. ¶ Quid a nā. i. rōne nāe diſſentiat. nā reſpicere ridere & ſimilia eo mō facere oportet: vt natura non recedatur. Riſus nō ſemp vituperantur. Riſus inquit Cicero ſibi ſedē hēt in aliq̄ deformitate ac turpitudine, q̄ cum in aliis demōſtrātur. vrbanitas cū in ipſum dicentem recidunt: ſtultitia vocatur.

FRA. MAT. ¶ Vt ſiqs &c. ſ. per ſe manifeſtū eſt nō ſeruare decoꝝ, eōs q i foro cātāt, aut mingūt, qd̄ cynici faciebāt. ¶ Hęc pce. &c. q̄a notat p ſe ſunt. ¶ Diligentius, qm̄ parua ſunt, & nō facile multitudine diſcernunt̄. ¶ Vt. n. i fidibus &c. quēadmodum in paruis delictis, q̄ nō facile diſcernentur adhibēda diligētia ſit. Siſitudine oñdit. vt inqt Citharædus: cū carmē cœperit, ſi non nihil manus oberrauit facile a peritis auribus vitiū pcipit̄. Ita nrm̄ vitium facile a doctis cōprehēdit̄: ſi a decoro aliqd diſceſſerimus. ¶ In fidibus, citharæ gen᷒ fides eſt, dicta q tm̄ inter ſe chordę eius ꝯtū: inter hoīes fides cōcordet. Cuius diminutiuū fidicula ē, auctor Pōpeius. ¶ Tibiis: quarū (auctore Varrone) multæ fuerunt apud veteres ſpēs ſerranæ, phrygiæ, pares, ipares. ¶ Paulū diſcrepent: ob errent: & diſſonent. ¶ A ſciē. a peritiſſimo artis, nō āt a quo

Fides
Fidicula
Tibia

PET. MAR. ℂQuas res: leges: mores iuris deſcriptione: & diſciplinã viuẽdi. Mãſuetudo: qm̃ hoies timẽtes legẽ, & ius ſiũt mãſueti deponẽtes feritatẽ & igeniũ agreſtę. Cõſecuta: ſubſecuta. Verecundia, hoc refert̃ ad certã diſciplinã.i. optimũ viuẽdi modũ in re pu.cũ pudore: q obſtat ciui ne aliqd faciat cõtra diſciplinã & inſtituta ciuitatis. Leges faciũt hois mitiores. Niſi.n. leges timerent̃ hoies inteſtinis ſeditionibus inuicẽ ſe trucidarent. Munitior: tutior: ſecurior. Leges.n. ſũt fundamẽta ciuitatũ & generis humani ꝑſidium & regimẽ quibus hoies aſtricti abſtinẽt iniuria. Dãdo & accipiendo.i. bñficiis vltro citroq́; collatis. Res ẽt permutabantur apud antiquos. Facultatibus: rebus. Cõmodis: vtilitatibus. Lõgiores: nimis prolixi in hac parte: qm̃ hoc clarũ eſt nihil ꝓdeſſe hoi ſine hois opera. Quis eſt.n. rõ quare ꝓlixa nimis de re quę in promptu eſt oro ſit ſuſcepta. Perſpicua, clara & manifeſta. Cõmemorant̃: in officiis cũ de hac parte loquit̃. Principem domi, in ciuitate. Magnas res, claras & glorioſas et hoc pertinet ad ducẽ belli. Salutares: vtiles reipu. & hoc ꝑtinet ad principẽ.i. optimatẽ et primũ inter ciues: q libertati cõi ſtudet & cõſulit: qꝛ tñ ſine opera hoium facere non põt. Sine ſtudiis: beneuolẽtia & volũtate hoium ſtudium eſt plus q̃ voluntas ſiue vehemẽs voluntas. Temiſtocles & Pericles, atheniẽſes fuerũt. Themiſtocles clarus impator & pericles domi militiæq́;. Cyrus auctore Xenophonte nat⁹ eſt ex parte Cambiſe rege Perſarum & matre Mãdane filia Aſtyagis regis Mœdorũ. Fuit igitur Cyrus rex Perſaꝝ. ad quos regnũ Mœdoꝝ trãſtulit: q ãnis.ccc. regnauerãt. Crœſum regẽ ditiſſimũ Babylonis opẽ ferentẽ cœpit. Aliaq́; & Oriẽte ſubactis Scythas bello tentauit. vbi captus a regina Scythaꝝ: quę Thomyris dicebat̃: occiſus ẽ cũ regnaſſet.xxx. annis, cuius ſepulchro tale inſcriptũ fuit epigrãma auctore Plutarco in vita Alexandri magni. Quiſq́; es mortaliũ: & vndecũq́; aduenis: aduenturũ.n. te ſcio, Cyrus ſum q ipſis imperiũ quæſiui: hoc igit̃ humi paululũ quo meum corpus obtegit̃ mihi ne iuideas. Imperiũ terminauit Cyro ad oriẽtẽ rubrũ mare. ad ſeptẽtriones pontus Euxinus. ad occidẽtem Cyprus & Aegyptus. ad meridiũ ęthiopia. Agelaus lacedęmonius Archidami filius poſt mortem Agidis fratris ſui rex conſtitutus eſt pp eximiã eius virtutem. inde aſiam contra Arthaxerxẽ regẽ Parſarũ ꝑfectus eſt. & Tiſaphernem quintũ inter ꝑfectos regis principatũ tenebat uicit. idẽ cũ ipſum regẽ adoriri decreuiſſet. a lacedæmoniis reuocatus eſt q Athenienſibus & Boetiis bellũ indixerãt. Rediẽs ergo Athenienſes & Boetios magno prelio vicit. Breui ſtatura corporis Ageſilaus fuit & altero pede claudus ſed aĩ virtute ꝑditus. deceſſit rediẽs ex ægypto in portu q Menelai vocabat̃. Inter cyrenas & ægyptũ ſed corpus eius ſpartam relatũ eſt. Ageſilaus auctore Plutarcho in oculis oium verſari gloriabatur. putãs videlicet obſcœnis actiõibus tenebras conuenire. honeſtæ aũt vitæ luce maiore eſſe ornamento. Laudatus eſt Ageſilaus cũ a cæteris ſcriptoribus tũ

FRA MAT. ℂQuas res &c. ex eo qđ in eandẽ ciuitatẽ conuenerunt hoies: & vna uiuere cœperũt vtiq́; eiſdem legibus factũ eſt vt manſuefacti ſint cum prius feri eſſent & agreſtes ſeorſum uiuentes & in ꝑmiſcuos vt beluæ ruerent concubit⁹ a qua turpitudine verecundia ſunt retracti. Cum in turba hoium fuerunt. Vnde etiã matrimonii leges natæ ſũt. Vita mu. tutior defenſa ſocietate & legibus. Nam antea qui plus viribus valebat: is pro arbitrio oia faciebat: poſtea lenitis ſocietate animus vita munitior cœpit eſſe. Vt dando: ex manſuetudine illa ſecutum eſt: vt hoies mutuo ſibi inſeruient: dando ea qbus alii indigerent: & rurſus ab illis accipiendo quibus indigeremus quare hoium inter ipſos maxime ſocietas deuincitur. Mutandiſq́; fa. vt ille mihi vinũ quo ego: ego ei triticũ tradam. Vetuſtiſſimũ emptionis & vẽditionis genus permutatio fuit. Et qm̃ accidebat vt aliqs aut nulla re idigeret: aut nõ illa q̃ alius abũdaret: nõ ſemp fieri poterat ꝑmutatio. Et ppea veluti ad ſubſidiũ cõmutandarũ rerum nũmus percuſſus eſt: vt ait Ariſto. & ob hoc nũmus vocat⁹ eſt qꝛ a nã: ſed a lege q̃ νομος dr̃ introductus. Lõgiores: ſed qđ inqt facio qđ in alio rep̃hendo: vt in Panetio: q longus nimiũ fuit in re p ſe clara & ꝑſpicua. Panetius occaſionẽ nactus carpit. Decum bello: hoc ad artẽ militarem ſpectat: dux ſine militibus eſſe non põt. Principẽ domi: hoc ad politicam pertinet. Themiſtocles: qui fuit Neocli filius Atheniẽſis multa & p̃clara geſſit: & Atheniẽſes ab incurſu barbaroꝝ liberauit. Pericles: q & ipſe Athenienſis pãtria ab ĩpetu lacedęmoniorũ ſeruauit. Cyrus: q mœdorũ rex fuit a Tomiri regina Scythaꝝ ẽ occiſus: de quo multa Iuſtinus in epitom trogi. Ageſilaus. Hic Lacedęmonius fuit præcipue a Xenophõte laudatus: multę.n. et mirabiles eius fuere virtutes: rẽp. nõ mõ tutatus eſt: ſed auxit multa bella geſſit. A Ptolemęo in Aegyptũ accitus eſt. Alexander quos ne. ſi. ad ho. tã. res ef. po. Qui totum domuit Aſiã, & cognominatus eſt magnus. Vtitur in re non du. teſtibus non neceſſariis. Si res dubia non eſt, quid teſtibus vti neceſſe eſt.

ASCE. ℂQuas res: &.i. pariter mãſuetudo oium eſt ꝯſecuta.i. ſtatim poſt, et q̃ſi ſimul ſecuta eſt.i. et.i. pariter verecũdia, qꝛ ꝓ et effectũ.i. ꝓuentum eſt ad hoc. Vt vita.ſ. noſtra eēt munitior.i. tutior. Atq́; vt nulla.i. nõ vlla nõ egerem⁹ vullare dãdo et accipiẽdo.i. ꝑmutua cõmertia et facultatibus et commodis ꝑmutãdis.i. cõmutationẽ et mutuã collocationẽ facultatũ et cõmodorũ. Nos ſumus hoc loco (q.ſ. manifeſtus eſt) longiores q̃ neceſſe eſt. Enim ꝓ quiſq́; eſt cui illa q̃ cõmemorant̃ a Panetio pħo ſtoico: q̃ plurib⁹ verbis nõ ſint ꝑſpicua.i. clara, et euidẽtia videlicet neminẽ: neq́; ducẽ potuiſſe geret ſine ſtudiis hoium res magnas et ſalutares, bello.i. in bello, neq́; principẽ.i. primũ patrẽ domi.i. in ciuitate ſua q.d. nullus. Themiſtocles dux ille athenienſiũ cõmemorat̃ i. oñdit̃ nõ potuiſſe geret̃ q̃ geſſit ſine ſtudiis hoium. Et Pericles alius dux atheniẽſiũ: et cyrus rex ille perſarũ, et Ageſilaus lacedemõioꝝ ille rex: et Alex. Ma.ſ. macedonũ rex cõmemorat̃ ab eo. quos oẽs.ſ. negat potuiſſe efficere tãtas res q̃s.ſ. effecerũt ſine adiumẽtis.i. adiutoriis hoium: et ita ipſe Pane. vtit̃ i re ñ dubia.i. mãifeſta teſtib⁹ ñ neceſſ.i. ſupfluis.

ℂConſpirationes

Atq; vt magnas vtilitates adipiſcimur conſpiratione hominum, atq; conſenſu, ſic nulla tam deteſtabilis peſtis eſt, quæ non homini ab homine naſcatur. Eſt Dicearchi liber de interitu hominum, peripatetici magni, & copioſi, qui collectis cæteris cauſis eluuionis, peſtilentiæ, vaſtitatis, belluarum etiam repentinæ multitudinis, quarum impetu docet quædam genera hominum eſſe conſumpta: Deinde comparat quanto plures deleti ſunt homines hominū impetu, ideſt bellis, aut ſeditionibus, q̄ omni reliqua calamitate. Cum igitur hic locus nihil habeat dubitationis, quin homines plurimum hominibus, & proſint, & obſint, proprium hoc ſtatuo eſſe virtutis conciliare ſibi animos hominum; & ad vſus ſuos adiungere. Itaq; quę in rebus inanimis, quęq; in vſu & tractatiōe beluarū fiūt vtiliter ad hominum vitā, artibus ea tribuunt' opoſis. Hoſum aūt ſtudia ad amplificationem noſtrarum rerum prompta & parata, virorum præſtantium ſapientia, & virtute excitantur.

PET. MAR. CON ſpiratione ɔcordia & vnanimitate. cōiuratio eſt ſp in pnicie alterius. ɔſpiratio eſt hoium ɔſenſus. Magnas vtil. dignitates cōmoda opus. Nulla pe. calamitas & incōmodū. Eſt Dic. dicearchus ſiculus ex Meſſana vrbe Ariſt. auditur clarus in phiaq multa ſcripſit: & iter alia librū de iteritu hoium: in quo hęc collegit q̄ ſcribit Ci. Eſt li. extat adhuc igt Ci. i quo agit de iteritu hoium & cauſis qbus itereāt, et tpe quo iterierāt. Magni: clari & alti nois i phia peripatetica. Cęteris cauſis: qbus hois interierāt. Eluuiōis, eluuio vt noni. interpretat ē corruptus & morbid⁹ tract⁹. Alluuio, vt igt Iuſti. eſt lateris incremētum. Vaſtitatis: cum aliq̄ lues & cœli intēperies oia deuaſtat vaſtitas dr eximanitio: & deſolatio. Accius dixit. Hāc vrbē ferro vaſtā dabit. Beluarū repētinæ multitudinis, q̄ aliq i loca vaſtarūt. Plini. ex auctoritate Varronis ſcri. li. viii. oppidū i Hiſpāia ſuffoſſum a cuniculis: i a Talpis, in Theſſalia: a ranis ciuitatē in Galli pulſam eēa locuſtis in Affrica. Amydas in cāpania deletas fuiſſe a ſerpētib⁹. Et Stra. ſcrib. apud balleares inſulas domos ſubrutas fuiſſe cuniculis ſubterraneis: & arbores: incolaſq; tandē fuiſſe coactos implorare opē romanoꝝ ɔtra cuniculos. Hic locus: hæc pſq̄ dī hoiem multum prodeſſe nocere hoibus. Sta tuo: iudicio: & pcerto affirmo i primis hoc ad virtutē pertinere: vt ois hoium ſibi deuinciat: & officiis demereatur amātes ſui. Ad vſus ſuos: ad ſua cōmoda augēda: & opes & dietelas. Itaq; q̄ in rebus inaīatis alia inquit Cice. q̄ vtilia ſunt vitæ hūanę ex iaīatis & vſu beluarū attribuenda ſunt artibus. Deuinciri aūt & demereri hoium volūtates ad cōmoda augēda & dignitatē prudētis hois eſt: & vere ſapiē tiſq; hoie inſ to nobiliſſimo ſcit vti ad ſuas opes augendas tuēdaſq;. Inaīs: inaīatis: de qbus dixit. Vſu beluarū: qm ars reddit nobis beluas cicures: & aptas vſui humano & tractari pnt. vt eq domiti: boues apti ad arandū & alia huius gnīs. Ad hoium vi. degendā iuuandāq; tribuunt. Artibus oper. circa ppriū opus laborioſis & materiē quā tractat ſuis formulis vt ſunt artes opificū: domitores beluarū vt ſint ad vſum hoium & vtilitatē. Hoium ſtu. volūtates ad dignitatē hois augendā & opes. Amplificationem: augmentū noſtre dignitatis & cōmodi. Excitant: cōmouentur & alliciunt, vt velint auctas eſſe opes & dignitatem viri ſapientia pſtantis & virtute: qm virtus ſtudia hoium ad ſe allicit: & hoc virtutis eſt proprium munuſq; eſt: impellimur vt eos quos nunq̄ vidimus diligamus.

FRA. MAT. Cōſpiratio i quo differat a cōiuratō. Atq; vt ma. vti. adipi. Cætera iduſtria & labore hoium vt ſupra oñſum eſt meliora fiunt. Hoies vero q hoibus nocēt meliores fieri pnt igenuis artibus & liberalib⁹. Cū itaq; eiuſmodi ſint hoies: inquit: vt mali plurimum nocere: boni ſi fuerint pdeſſe plurimū poſſint: dāda ope eſt, vt hoies hoibus q̄tū fieri poterit ɔciliemus. Et ſicut p hoies inaiata meliora reddunt, ita p phiā. i. ſtudiū ſapiæ hoies meliores efficiunt. Cōſpiratiōe ho. atq; cōſ. ſic nulla tā deteſtabilis peſtis eſt q̄ nō hoi ab hoie naſcat. Cōſenſus eſt cōſpiratio bonoꝝ vel maloꝝ ɔſenſu. Ci. in orōne p ligario fratrum dixit ɔſpirationē. Cōiuratio ſemp i malā ptē ſumit. Dicearchi liber de inter. pipat. Hic phs fuit peripateticus nobilis & pſtans. Qui nullum aīū eſſe aiuz dixit. Magni: ſcie. Copioſi: eloquētia. Eluuionis: inūdatiōis & diluuii. Eluuio ppterea dī cū terra ois obruit vel vallis ab eluēdo: q̄s cōſtat nonullas ciuitates demerſas eē. Peſtilentiæ: q̄ toteq; ſæpe ciuitates abſumunt: vt Thebę. Vaſtitatis: q̄ accidit incēdio aut tēpeſtate aut bello. Nā Lucanus ait. At nūc ſeruitutis &c. Beluaꝝ ēt &c. vt muriū vel ſerpētū qbus icūbētibus derelictas & vacuas redditas legimus regiōes. Euſebius lib. de tpibus tātā ait aliqū locuſtaꝝ multitudinē fuiſſe: vt hora vna fertiliſſimos agros vaſtaret: ętate parētū nroꝝ tanta vis muriū fuit in appulia vt oia abſumerent ai agris. Cōpat iteritū qd ab his rebus pfectū ē: Cū exitio qd hoibus p hoies prouenerit. Bellis, icipiam⁹ ab vrbe roma, iueniemus bellis Rōanorū iſinitos hoies eē deletos vix poſſet explicari q̄ multi in bellis q̄ geſta ſunt aduerſus natiōib⁹ & regibus iā perierint. Seditiōibus: inteſtinis ciuitatū diſcordiis qb⁹ ſępe ciuitates euacuant. Magnæ & multę reſp. vt Athenę. Lacedęmō: thebę bellis & ſeditionibus deletæ ſunt. Cum igit ſumis ad id deſcēdit qd itēdit, vt de vtili loquat. Et cū igt maxia vtilitas hoi ab hoie pficiſcat et ɔtra damna plurima & gratuiſſima: dāda opa ē, vt hoiem ad bñfaciēdū nō ad nocēdū iſtituam⁹: qd ñ mechanicis artib⁹ fieri poterit: ſed liberalib⁹. Propriū v. Hoc ē ſolā iudico virtutē eē p q̄ hō iſtrui poſſit vt hoi pſit optio aūt ordie vtit Ci. Nā cū oñderit qb⁹ ex reb⁹ cōmoda hēant. Nūc doceat q̄ ſint ea p q̄ illa poſſim⁹ ɔſeq: poſtremo qūo ɔſeruare poſſimus apiet. Itaq; q̄ & c. Ergo ingt a rebus iaiatis q̄ puenit vtilitas ea p hoium artes hr q̄ opoſę & mechanicę vocāt. Nā his artib⁹ mediātib⁹ vtilia ſūt inaiata: vt p tectonicā hēm⁹ ędificia, p ſutoriā calceos. Sed vtilitas q̄ puenit ab hoibus: nō niſi p ipſos hoies hri pōt. Qui ſapiētes ſint. Inaīatis: vt i arte tectonica q̄ vtit ſignis cementis latere calce ſabulo & cęteris. Tractatiōe bel. Hoc dicit pp agriculturā q̄ docet domare equos & tauros. Operoſis mechanicis i ſq̄ manu exercent: parū aūt ad aīū ptinet. Sapia & vir. Virtus ex ſapia naſcit eāq; ſequit. Eſt aūt ſapiētia ſcia: & intellect⁹ pcioſiſſimoꝝ nā: ſcia in rhetoricā diuidit & practicā. Theorica in veri iueſtigatiōe verſat. Practica i actiōe: illa phiſicā attingit & metaphyſicā. hæc agit in politica & œconomica & ip his q̄ moralis phia pręcepit.

Propriū hois ē hoīem mi prodeſſe

Virtus
Sapiētia
Scientia
Theorica
Practica

ASCĒ. Atq; vt. i. quēadmodū adipiſcimur. i. acgrimus magnas vtilitates: Cōſpiratiōe: atq; ɔſenſu hoium: ſic nulla peſtis ē tā deteſtabilis. i. nulla iniuria aut ɔtumelia tā fœda q̄ ñ naſcat. i. oriat hoi ab hoie. Liber dic. illi⁹ phi magni & copioſi pipatetici eſt. i. extat de iteritu hoium: qui. ſ. liber collectis cęteris cauſis. ſ. eluuiōis. ſ. corrupti tract⁹ ſeu regiōis peſtilētiæ: vaſtitatis. i. deuaſtatiōis terraꝝ mltitudis ēt repētię belluaꝝ: quorū oium ipetu docet q̄dā gña hoiz eē ɔſūpta: deinde cōpat q̄to ples hoies deleti ſūt ipetu. i. ex iuaſiōe hoium. i. bellis ſup. bellicis cū hoſtib⁹ aut ſeditiōib⁹. i. iteſtis: & domeſticis factiōibus ac ciuilib⁹ bellis: q̄ oi reliq̄ calamitate. i. deſtructōe: ſicut calamitas ē culmoꝝ ſeu clamoꝝ ſegetū: vz ex fulmis ipetu pſternatio. Igit cū h loc⁹. ſ. pñs diſputatio: nihil hēat dubitatō: iagn hoies & pſint: & obſint plz hoib⁹ Ego ſtatuo ppriū eē virtutis hoc. ſ. ɔſiliare ſibi aios hoium & adiūgere ad ſuos vſus. Itaq;. i. & ita ea ſup, q̄ fiūt vtiliter ad vitā hoium in reb⁹ inaīs. i. inais, q̄ p & ea q̄ fiūt vtiliter in vſu: & in tractiōe beluaꝝ. tribuunt, i. cōferuntur nobis actibus opoſis. i. p artificioſa operationes. Autē p ſed ſtudia hoium prōpta & parata ad amplificatiōē nraꝝ rerū, excitant ſapientia & virtute præſtantium virorum

& enim virtus omnis in tribus rebus fere vertitur: quarum una eſt in proſpiciendo quid in quaq; re uerum ſincerumq; ſit; quid conſentaneum cuiq;, quid conſequens, ex quo queq; gignantur, quae cuiusque rei ſit cauſa: alterum cohibere, motus animi turbatos, quos greci pathe nominant, appetitionesq;, quas illi hormas, obedičtes efficere rōni. Tertiū his, qb⁹ cū cōgregamur, vti moderate & ſcienter, quorū ſtudiis ea, quę natura deſiderat, expleta cumulataq; hēam⁹. Per eos deniq;, ſi qd īportet nobis incōmodi, ppulſemus, vlciſcamurq; eos, qui nocere nobis conati ſūt, tātaq; poena afficiam⁹, quātū ęqtas hūanitaſq; patiť.

PETRUS MAR. ¶ Et enim virtus, ponit tres uirtutis ꝓprietates. Prima eſt vt hō q habitū virtutis aut hēt, aut mediis officiis ꝯſeqvūtur res & cās rerū cōtēpleť: & ea q cā eſt q̄q; res, & qd cuiq; accōmodeť, & qd ańcedēti ſit ꝯn̄s qd repugnet, & verū videť in oibus rebus & ſic diceť prudēs ſapiēſq;: qa in oi re qd ſit ueri uidet, & qd ſequēdū fugiēdūue ſit. Scda cohibere affectus, & appetitum ita diſponere, vt ratiōi pareat: & vti mō in oi re & ſic erit tēpans moderatus & ſibi ꝯſtās. Tertia verſari in hoium ſocietate cū moderatiōe & prudētia vt eorū ſtudia nob promta reddam⁹, vt ipſis vti poſſim⁹ ad dignitatē nrām augēdā ppulſādaq;: ſi q̄ iferť iniuria: b in pmis ſūt virtutes munera. ¶ Et.n.certe profecto. ¶ Fere vertitur, verſatur circa tria fet dicit, qm̄ & circa alia q̄ alia verſari pōt: ſed maiora uirtutis munera circa haec verſanť. ¶ Quarū re. circa q̄ virtus moralis verſať. ¶ Proſpiciendo, cognoſcēdo, dignoſcendoq; verbū in oi re. ¶ Sincerū: ſine fraude. ¶ Quid ꝯ.: qd cuiq; cōueniat decorumq; ſit. ¶ Quid ꝯn̄s: qd ſequať ex aliq̄ re, qm̄ prudēs ꝯn̄tia cernit: videt cās & eaꝝ ꝓgreſſus nō ignorat tāq̄ ea q ańceſſerūt. ¶ Ex quo: ex q̄ re oia gignanť, & q ſit cā ḡnationis, qd ptinet ad nālē phīam & cognoſcere cās omniū rerum: qm̄ oēs res a ſuis cauſis depēdēt, vn̄ ait ipſe in prio de diuinatiōe. Atq; vt in ſeminib⁹ vis ineſt eaꝝ rerū q ex his ꝓgignunť: ſic in cauſis cōditę ſunt res futurae: & Sene. in tragoedia: q oedipp⁹ iſcribiť dicit. Quae nexa ſuis occurrūt cauſis: ſed difficile eſt cās rerū cognoſcere. ſūmi phī hoc eſt munus q oia ſeit. Scire aūt eſt res p cās ſuas cognoſcere. ¶ Alterū: h eſt ſcda proprietas virtutis. ¶ Motus turbatos: pturbatiōes ai: de qb⁹ dcm̄ eſt. ¶ Quos motus turbatos. ¶ Pathe accuſatiu⁹ pluralis. i. morbos ai & paſſiōes ſiue pturbatiōes. ¶ Hormas, hormi grece latine ſignat appetitū ſenſitiuū & impetū aliquē ad agēdū. Appetitus eſt ipſa ſedēs: appetitu vere ē actio. ¶ Tertium: haec eſt tertia ꝓprietas & munus virtutis. ¶ Congregamur: ꝯſuetudine habemus & vitae cōmertiū. ¶ Moderate: cū moderatiōe & tpantia. vt nihil ſit in nobis qd eos offendat & a beneuolētia iā inita poſſit alienare ꝑcipit ſupra qd ſit agēdū in ipſis ꝯgreſſiōib⁹, vt ſeruet decorū. dēmus.n. adhibere ordinē: cōſtantiā, moderationēq; omniū dictorū atq; fcōrū, ſi ab illis ꝓbari volum⁹ & digni auxilio iudicare cū quibus viuimus. ¶ Sciēter, prudenter. ¶ Quorū: hominū cū qbus cōgregamur. ¶ Studiis: volūtatibus fauore opa. ¶ Expleta: pfecta. ¶ Cumulata: vt nil peit⁹ deſit, & oia ſubminiſtrent nobis neceſſaria ſtudiis eorū. ¶ Deniq;, ad ſūmā tādē. ¶ Per e. homines. i. vt eorū opa ppulſem⁹ icōmoda. ¶ Importet: inferať ab aliis. ¶ Vlciſcamur eos, de his vindictā ſumam⁹ & poenas q nocuerūt: vt patiť ęqtas & hūanitas: qm̄ nō dēm⁹ excedere modū aequitatē & humanitatē in vlciſcendo: ne videanť iniq & imanes. de hoc ſupra ēt praeceptū dedit.

FRA. WAT. ¶ ET enim &c. hoiem meliorē reddit tribus rebus dicit: i qb⁹ ois virtus verſať. Tāhit aūt phīā naturalē moralem: & qd ſcdm eā agere nos ꝯueniat. Nā aut inquiſitiōe veri meliores efficiunť hoīes: qd ad phyſicam & theoricā ſpectat: aut ſciētia de morib⁹ q̄ docet oib⁹ uitari pturbatiōibus: aut recte operādo qd eſt practicę: ſed theoricae aethicae & practices q̄ſi apices quoſdā: & nūq̄ neceſſaria ſunt attingit. ¶ In ꝓſpiciēdo: hoc theorica facit q̄ inqrit veritatē cuiuſq; rei i cōtēplādo tm̄ verſať. ¶ Sincerū: purū ſimplex. Siue ambiguitate: ne ſit malitia nō prudētia. ¶ Conſentaneū: phīa nālis primū q̄rit qd verū ſit: deide diligēter ꝯſiderat qd cuiq; rei ꝯueniat. Quid ex vna quaq; re cōſequať. eſtiuo tpi calor cōuenit & ſiccitas: hyemis frig⁹ & hūiditas. ¶ Cōſequēs. Cū alterū ex altero cōſequiť hoc ē cū alteꝝ ex altero efficiť poſito aūt ꝯſeq̄nti intelligiť et ańcedēs ut ſi ſol eſt dies eſt. Neceſſario ſeqť h ex nimia ſiccitate et ex nimiis pluuiis ſterilitas ſeqť, ex hoc caritas, amor. ¶ Cā: cognitio rerū inueſtigatur p cās et effectus. Cāꝝ duo ſunt gn̄a intrinſeca et extrinſeca. Intrinſeca neceſſario efficit id qd ſibi ſubiectum eſt, ut ignis cui ardere neceſſario ſubiectū. Nā ſi ignis eſt vrit. At q ignis ē ergo neceſſario vrit. Intrinſecā cām neceſſario ſemp effect⁹ ſeqť: vt ardere qd intrinſecū eſt ignis. Sic itaq; intrinſecū ignē ſequiť cāe qd ſe hēt vt ſp neceſſariū affect⁹ ſequātur cām. At vero extrīſeca cā eſt q̄ non neceſſario pducit effectū: vt uirtus coeli & ſolis q accedit ad ḡnationē ſed n̄ neceſſario. Nā adiuuat ḡnonē vbi ſemen fuerit. Pr filii efficiēs cā ē: non.n. pōt eſſe filius ſine pře: & q̄uis ſit cā nālis ſine q̄ fili⁹ naſci non pōt: tn̄ n̄ neceſſe ē, vt pr ḡnet: quis hēat uim ḡnandi. Eſt igiť pr cā filii nō neceſſarias, has cās diligenter cōſiderat phs. Ex quo vt aere ſpiſſo nubes ex nubibus pluuiae ḡnanť: ut colliſio nubiū cā eſt conitruū & fulgurū. ¶ Alterū coht. &c. hoc ptinet ad moralē phīam. Cōprimere aūt motus ai ad modeſtiā ꝑcipue ſpectat, de animi pturbatiōibus multa a nob priore libro dicta ſunt. ¶ Appetitiōes: q̄ ſunt qnq; ſenſuum, viſus: odoratus, guſtus: tactus, auditus. Obedičtes hoc ꝓpriū eſt viri bōi & cōſtātis offi.n. vt rō impet: appetitus pareāt. Nā qd ait hiſtoric⁹ animi imperio corporis ſeruitio magis vtimur. ¶ Tertiū his &c. h ad moralē phīam ſpectat et practicā. Duo aūt tangit iuſtitiae officia alterū eſt pmia bn̄ merētibus cōferre, alteꝝ male merētis ſupplicio afficere. ¶ Moderate, & ſcičter bn̄ hoc addidit qa ſine prudētia iuſtitia eē n̄ poſſet, niſi cognoſceremus qd & q̄tū cuiq; tribueremus: q̄tūq; a quoq; poterimus. Ille vtiť moderate hoibus q ex his tm̄ vtilitatis capit, q̄tū neceſſe ē. Ille ſciēter q expēdit cuiuſq; vires et ingeniū. ¶ Quorū ſtu. &c. quorū fauore et auxilio. ¶ Expleta: q̄tū ad ſufficiētiā, eſt enim.n. iuſtitia ut vnuſqſq; alteri tribuat, ſed ita tribuat: ne ſibi ipſi deſit. ¶ Cumulata: vt etiā ſupſit vltra neceſſitatem. ¶ Per eoſ.n̄ ſolū petere dēmus ab hominib⁹ vt nob bn̄ faciāt ſed ēt vt nocere nob n̄ ſināt. Et qcqd incōmodi inferť p eoſdē ꝓpulſemus. ¶ Vlciſcamur, l3.n. vim vi repellere. Nec.n. inferēda iniuria eſt niſi laceſſitus fueris, vt priore libro dictū eſt. ¶ Aequitas: vt nō plus poenarū reddam⁹ q̄ iniuriā accipimus: eſt.n. vt ſupra dixit vlciſcēdi modus nō tn̄ ita clementes eſſe nos cōuenit vt nimia remiſſiōe utamur: et ad iniuriā alacriores hoies: et promptiores faciamus ad humanitatem. tum potius q̄ a ſeruitudine declinandum eſt.

Pr eſt efficiens cā filii nō autem neceſſaria

A equitas aequalis eſſe dicit

ASCE. ¶ ET enim. i. qa certe omnis virt⁹ uertiť. i. cōſiſtit et uerſať ferē in tribus rebus q̄rū una eſt. i. cōſiſtit in ꝓſpiciendo qd ſit in q̄q;. i. q̄libet re uerū ſincerū. i. ſolidū et integrū nō fucatū nec diminutū et ſup. qd ſup. ſit cōſentaneū cuiq; quid cōſequens. Ex quo. i. ex q̄ re, qu eq;. i. q̄libet res gignanť, ſi ſit cā cuiuſq; rei. Alterū. i. altera hoc eſt ſcda res ſeu ꝓprietas uirtutis eſt: cohibere. i. cōprimere, motus turbatos. i. turbulentas cōmotiōes animi quos grece nominat pathe (ꝓferť aūt graece pathi). i. paſſiōes q; p & efficere appetitiōes. i. affectiōes qs illi. i. graeci ſup. nominat horme vt hormi obediēs rōni. Tertiū. i. tertia res, aut tertia ꝓprietas uirtutis, & ſapiētię ſup. eſt vti moderate & ſciēter, his qbus cōgregamur. i. aſſociamus: et qbus cū viuimus, & quorū ſtudiis. i. exercitus et operis nos hēm⁹ ea q̄ nā deſiderat expleta. i. cōſumata et cumulata. i. aucta. Deniq; vt ſup. propulſemus. i. procul a nobis pellamus p eos. i. qbus cōgregamur ſi qd icōmodi iporteť nobis. Vt vlciſcamus per eos. i. eos qui conati ſūt nocere nobis, et vt afficiamus eos tāta poena: q̄ta ſup. poenae aut lege q̄tū. ſup. poenae aeqtas et hūanitas patitur.

Quibus autem rōnibus hāc facultatem aſſequi poſſimus, vt hoīum ſtudia complectamur: eaq; teneamus dicemus. Neq; ita multo poſt: ſed pauca ante dicenda ſunt. Magnā vim eſſe in fortuna in vtrāq; partē, vel ſecūdas ad res, vel aduerſas, qs ignorat? Nā & cū proſpero flatu eius vtimur, ad optatos exitus puehimur. & cū reflauit, affligimur. Hæc igit ipſa fortuna cæteros caſus rariores hēt, primū ab inanimis procellas, tēpeſtates, naufragia, ruinas, incēdia. Deinde a beſtiis ictus, morſus, ipetus. Hęc igit (vt dixi) rariora. At vero interitus exercituū, vt proxime triū: ſępe multorum clades imperatorū, vt nuper ſummi ac ſingularis viri:

PET. MAR. ℂ Hanc facul. vt hoc facere poſſimus, q dictum eſt ſtudiis hoīum. ¶ Studia volūtates, beneuolētiā operāq; paratā ad nřam dignitatē tuēdā augēdāq;. ¶ Teneamus.i.hēamus & cōſeruemus ad nřm cōmodū & tutelā populo poſt iqt hoc dicā, & facit digreſſionē q̄ abſoluta reuertit ad narrationē & id q pollicet ibi hoc cognito dicēdū ē quo nā mō hoīs ſtudia ad vtilitates nřas allicere poſſimus. ¶ Magnā vim eſſe in fortūa: rńdet priꝰ Ci. tacite obiectiōi. potuiſſet.n. dici. Ergo ɔciliare ſibi hoīes & nocere cōſiſteret ſolū i hoībus non in fortūa, q̄ in oī re dñat. Dicit Cic. fortunā hēe magnā vim, vt pſit & obſit ſed vbi eſt virtus nō pōt fortuna aſpirare: & ſine opa hominū fortuna parū vel nihil pōt: q probat p inductionē: vñ ſi tela fortunę vitare volumus: hoīum ſtudia ɔplecti & tenere debemꝰ: & ſic inermis fortuna reddit ad nocendū q̄uis multa nobis fortuito accidere poſſint. grauiora.n. bñuolentia hominū & ſtudio vitari pnt. ¶ Secūdas, pſperas. ¶ Nā & cūtrō quare magnum momentū eſt in fortuna ad aliqua conſequēda aut amittenda. ¶ Exitus: finē quē optabamus. ¶ Proſpero flatu: tranſlatio a nauigātibus q cū proſpero vento nauigant ad optatū portū perueniunt. ¶ Reflauit: vertit flatus cōtrarios: patimur calamitates. ¶ Hæc ipſa fortuna: de qua loqtur. ¶ Cæteros caſus: alia incōmoda, quæ pñt hominibus accidere a fortuna ſunt rara ſine opera hoīum. ¶ Primū ab inanimis: ponit Cice. ea q̄ ab ipſis inanimatis accidūt hominibꝰ operāte fortuna. Inde ſubiungit ea quæ a beſtiis: ſed hæc quæ a fortuna ſine hominū opa pueniunt i rara ſunt. At interitus exercituū fieri nō pñt a fortuna ſine opera hominum: ergo multo maiora ſunt q̄ eueniunt homini ab hoīe mala: q̄ illa q̄ eueniūt a fortuna. Igitur hominū aīos beneuolentia nobis deuincire debemus: vt fortunæ gladios cōtēnere poſſimus fortuna hēt in rebus inaiatis. ¶ Procellas tempeſtatea: & cætera eiuſdē gñis. pcellæ dñr vñ pellentes & inſilientes. pcellere ſignificat procumbere cuius oppoſitū eſt recellere. ¶ Deinde a beſtiis: nūc de aiatis rōne carētibus. ¶ Ictus: percuſſiōes: vt equoꝝ muloꝝ. ¶ Morſus, ſerpētū leonū tigrum, & ſimiliū. ¶ Rariora: raro accidūt. ¶ At vero interitus: mala q̄ eueniūt a fortuna: opera tñ hoīum hæc ſunt grauiora. ¶ Vt pximeꝫ paucis añ annis: poſt quas clades alias i exercitū nō accepimus. ¶ Triū: exercitus Pōpei magni in Theſſalia: Petrei & Affranii in hiſpania, & filiorū Pōpe. ¶ Vt nuper ſummi viri: Pōpei magni, qui victus in Pharſalica acie fugit in Aegyptum: & ibi iuſſu Ptolemæi inter interfecti. ¶ Summi: omni genere laudis præſtantiſſimi. ¶ Singularis: cui nemo poterat comparari.

FRA. MAT. ℂ Quibus aūt ra. Qn qdē inqt ex his q̄ dicta ſunt cognoſci pōt hoīes in primis & pdeſſe hoībꝰ: & nocere poſſe: eoſq; ppea nobis ɔtrahēdos rē qū ab aliis & multū cōmodi & plurimū incōmodi pcipere poſſumus, pcipiēdū ē, & oñdēdum qūo eos ɔciliare poſſimus. Et ſic Ci. nō tm̄ quid faciēdū ſit nos monet. Sed ēt qūo faciēdū. In quo verꝫ pcipiētis ſuat offm̄. Quędā tñ dicit, añq̄ qd ſe dicturū pmittit: agrediatur. Anteq̄ ad hęc pcepta ɔciliādorū hoīum deſcēdamꝰ ¶ Magnā uim, nō ſine rōne maximā uim fortunā hēe Ci. oñdit ad res ſecūdas: & aduerſas, ut oñdat qūo homines reſiſtet poſſint fortunę. Si inter ſe cōcilia fuerint: & ut pcipiat facilī, qd ait Ci. res creatas ſupius ita dixit: i ut alias aiatas: alias inaiatas diceret: utruſq; āt arte utiliores fieri & hominū induſtria. Ars uero eſt qdā habitus cū rōne factiuus. Aduertēdū uero eſt: q q̄ ſunt: & ab hoīe fiūt ɔtingētia ſunt, & pñt eē ac nō eſſe. Qd cū fortūa a caſu ɔuenit: & in his dicit plurimū ualere fortunā. Cui q̄ raro eueniūt magis ſubiecta ſūt q̄ q̄ ſepiꝰ eueniūt. Quia. ſ. in his q̄ ſepius eueniūt vis hūana plurimū v3. Cuius ret rō hęc eēt vt, quia Architectura: nauigatio: Medicina & cætera eiuſmodi circa malis verſanī: q̄ ſunt artis. Nā hæ artes pcellis: tēpeſtatibus & aliis eiuſmodi caſibus medent, q̄ rarius ɔtingere dicit. At vero interitꝰ exercituū: Clades ipatorū, & q̄ id gñis frequenter eueniūt: nō ſunt aliena a cōſilio, atq; a prudētia: & itē a dolo vel temeritate hoīuꝫ prudētia ē habitꝰ cū rōne actiuꝰ. Actio differt a factiōe: q̄ eſt artis ſi mō qa factiōs finis ē, aliud ab ipſa; vñ bonū faciētis nō ē in ipſo faciēte: ſed i factor qd factum fortunæ penitus ſubiacet. Quare cum ars ſit habitus cū rōne factiuus minus in ea circa hoīs bona vel mala verſat. At vero actiōes finis nō ſemp eſt aliud ab ipſis: ſep ipſiꝰ actio bona finis eſt. Cū igit prudētia ſit habitus cū rōne factus. Sequitur prudentiā circa hoīs bona verſari. Sicut dolus uel demētitas circa mala. Recte igitur dicit. Ci. ea q̄ raro ɔtingunt fortunæ magis ſubiecta eſſe. Quibus ars mederi pōt a caſibus. At uero q̄ frequēter eueniūt nō pñt eē ab hoīe aliena. Cuius cōſilio & opa aguntur. q̄ nō ſūt oīno fortunæ ptāti ſubiecta. ¶ Magnā uim: dicturus erat quibus rōnibus hoīum ſtudia occuparent. Sed occurrit ut cōefaceret de ui fortunę. Quo itelligeremus nō oēm facultatē cōparandę utilitatis in ſupradictis uirtutis ptibꝰ poſitā eē: ſed magnam ptē fortūa ſibi uēdicare. ¶ Cęteros &c. Cū oia cōmoda & incōmoda hoībus p hoīes cōtingant: ea rarius accidere cōſtat: in qbus homo facultatē nō hēt ut pcellas tēpeſtate &c. p ea q̄ licet & ipſa ſint fortuita. tñ ab hoīe miniſtrant, ſicut expulſiōes ciuiū interitus exercituū. hęc hominū opa adminiſtrant & fortunę viribꝰ. Dignitates pterea honores: iperia tametſi fortuita ſunt, tñ ſine hominū ſtudiis effici nō pñt. ¶ Proſpo fla. trāſlatio ſūpta a vētis ſecūdis qbus cū vtimur pſpere nauigamus. ¶ Ad exi. opta. vt nautæ in portū vehūt. ¶ Reflauit: nauē repulerit pſtat in trāſlatiōe. ¶ Cæteros ca. ve3 q fortunæ ſubiecti ſunt: & cā eſt: quia ea q̄ ſunt, & ab hoīe fiūt: cōtingētia ſunt eē. & nō eſſe raro eueniunt. Ea quia hñt cum caſu ſilitudinē iō fortunæ ſubiecta ſunt. ¶ Procellas: in his omnibus medent mœchanicæ artes: pcellis qdē architectura, & tēpeſtatibus medet q̄uis tempeſtas ſubiecta pōt eē nauigatiōi. ¶ Ruinas: qbꝰ ædificatio ſuccurrit. ¶ Morſus, his medicina medet & vēatio. ¶ Rariora ſūt qa ſubiecta ſūt fortunę, & ab ea veniūt. Sunt.n. ɔtingentia eē: & nō eē. & iō fortunæ ſunt: cui nihil magis cōuenit q̄ qd eſt icertū. ¶ At ve. inte. &c. h freqntius eueniūt, iōq; hominū ptāti attribuunt magna ex pte: eoꝝ.n. ɔſilio gerūt, l3 & fortunæ vires accedāt. ¶ Triū: exercitꝰ Pōpei mag. in Theſſalia: Petrei & affranii in hiſpāia. Reliqarū Pōpeianarū in libya. ¶ Sæpe mul. vt ap̄ trebiā, ap̄ cānas: apud lacū Traſimenum: ¶ Multorū ipi. q occiſi ſunt, vt Flaminii apud lacū traſimenū, Pauli ap̄ cānas. Gn. & Pu. Scipio. in hiſpāia, Niciæ, Epaminundæ, Demoſthe. ¶ Sūmi & ſingu. vi. Pompei magni.

Prudētia

Quæ frequenter eueniunt non pñt eſſe ab homine aliena

Fortunę

Ars

Petrei & affranii extractus

ASCē. ℂ Autē p ſed, nos dicemus in ſequētibus. ſ. qbus rōnibꝰ. i. viis & mediis nos poſſumus aſſeq. i. obtinere hāc facultatē, vt ɔplectamur ſtudia hominū, & teneamus ea. Neq; iſta ſūt dicēda multo. i. longe poſt, ſed pauca ſup. q̄dā ſunt dicenda añ. i. prius. ſ. q̄ illa dicamꝰ. Quis igno. ma. vim. i. potētiā eē in fortuna, in vtrāq; ptē: vel. i. ſiue ad res ſecūdas: uel. i. ſiue ad res aduerſas. q. d. nemo. Nā p quia, cū. i. qñ nos vtimur proſpero flatus eius. ſ. fortunæ, nos puehimur. i. pducimur ad exitus optatos: & cū. i. qñ ipſa ſu p. fortuna reflauit. i. retraxit ſtatū hoc ē fauorē ſuū, nos affligimur. Igit hæc ipſa fortuna hēt cæteros caſus rariores. i. cętera icōmoda, q̄ non ab hoīe fiūt, & ita rariora ſunt. Primū. i. primo loco hēt ipſa. i.

fortunę ab inaīātis.i.ab inaīatis rebus pcellas.i.eleuationes aquarum ventoſarum, tempeſtates naufragia. ruinas.ſ.domorū lapſus, & incēdia. Deinde habet a beſtiis ictus.i. verberationes: vt pedū: aut dentiū aprorū: morſus: & impetus vt taurorū. Vero pro ſed: hæc ſup.ſunt vt dixi rariora. At vero.i.certe interitus exercituū: vt trium pxime.i.,dudū & pximis diebus itereptorꝝ.ſ.

tam i ndigēt opera hoīum ſicut ea q̄ ꝯſilio reguntꝰ. At vero ea in quibus vis humana plurimum poſt ſæpius eueniunt: ſiue proſpera: ſiue aduerſa i ex quo opera danda eſt: vt hominum ſtudia nobis conciliemus. ſ Quæ ſi longior: ſi longior oratio videbitur cum vtilitate longitudo compenſabitur & tum breuior videbitur.

Pōpei magni: Affranii: & filiorꝝ Pōpeii: & vt ſup. ſæpe factæ clades.i. cædes multorū imperatorꝝ: & nup ſūmi ac ſingularis viri ſup. interitus.ſ. Pompeii magni.

PET. MAI.

¶ PRAEterea: vltra hæc q̄ dicta ſūt. ſ Inuidia: odia populi & iperitæ multitudis. ſ Benemeritorū: eorū qui de patria bñmeriti ſunt: vt ipſi Ciceroni accidit: Scipioni: Themiſtodi: & aliis quorum infinitus eſt numerus. ſ Ob eas inuidias. ſ Calamitates: qbus afficiuntꝰ in vincula ꝯiectꝰ: & carcerē aut fugiendo. Expulſio fit vi. fuga vero ſponte. ſ Rurſus: nunc affert ꝯtraria ſupradcis i q̄ tn̄ fieri nō pñt ſine opa hoim. ſ Rurſus: cōtra ex alia parte. ſ Honores: magiſtratus.

Inuidię præterea multitudinis, atq; ob eas benemeritorum ſæpe ciuium expulſiones, calamitates, fugæ rurſuſq; ſecundæ res, honores, imperia, victorię, q̄q̄ fortuita ſunt, tamen ſine hominum operibus & ſtudiis neutrā in partem effici poſſunt. Hoc igitur cognitio dicendum eſt, quonam modo hominum ſtudia ad vtilitates noſtras allicere atq; excitare poſſimus. Quę ſi longior fuerit oratio, cum magnitudine vniuerſalitatis comparet. Ita fortaſſe etiam breuior videbitur.

¶ Quibus rationibus homines mouentur ad aliquem honeſtandum.

QVæcunq; igitur homines homini tribuūt ad eum augendum atq; honeſtandum, aut beneuolentię gratia faciunt: cū aliqua de cā quempiā diligūt: aut honoris ſi cuius virtutē ſuſpiciunt, & ſi quem dignum fortuna q̄ amplíſſima putant aut cui fidem hñt & bene de rebus ſuis conſulere arbitrantur: aut cuius opes metuunt,

QVæcūq; igiꝰ &c. qđ pollicitus erat: nūc implere icipit Ci. & cās primū cōmemorat qbus adducti hoies aliquē colūt & obſeruāt: ſunt aūt hæc cauſę ipulſiua & rōcinatiua. Et impulſiua qdē ē p quā aliqd ſine cogitatione aliq̄ facere cogimur ab aliq̄ ai pturbatiōis icitatu: rōcinatiua vero cū diligēs & ꝯſiderata pcedit cogitatio faciēdi & nō faciēdi aliqd. ſ Augendū: āplificādū q̄tū ad diuitias ptinet & cōmoda. ſ Hōeſtādū: ad honores refertur. ſ Bñuolētię gra: hæc eſt cā ipulſiua: qa p quā dā ai affectionē obſeruamꝰ eē quem diligimus: ſiue ſi tm̄ amicus: ſiue cognatus: & ppinquus. ſ Si cuiꝰ vir. & cæ. hoc quoq; ad cās impulſiuā

ſ Sedæ: pſperæ. ſ Impia: exercituum. ſ Fortuita: q̄q̄ ſunt in manu fortunæ. ſ Neutrā in partē.i.ñ poſſet fortuna cōferre honores & ſimilia, nec poſſet eripe ſine opa hoium. Nihil eſt inqt Cice. in oratione p .L. Murena incertius vulgo: nihil obſcurus volūtate hoium: nihil fallacius rōne tota comitiorū. Fortuna igiꝰ neq; pdeſſe neq; nocere poſſet ſine hoie. Hoc igiꝰ: cum hoc inquit Ci. ſit nobis exploratū pauca poſſe nobis mala euenire ſine opa hominū, vt tuti eſſe poſſimus cōciliemus nobis hoies: & eorū ſtudia ꝯplectamur. qbus aūt rebus effici poſſit, iā docebo. Et ſic poſt digreſſionē redit ad id qđ inſtituerat. ſ Quo qbus artibus: q̄ induſtria & virtute. ſ Allicere: adducere blanditiis. ſ Excitare, mouere ſtudia, volūtates & beneuolentiā. ſ Quę oro, pceptio de his rebus quas dicā vtiles ad ſtudia hominum excitanda. ſ Ita: ſi facta fuerit comparatio cū vtilitate, videbitur breuior: qm̄ plus inerit vtilitatis q̄ verborum, & ſic a re ipſa captat beneuolentiam, & attentionē vtilitatis magnitudine propoſita.

QVęcūq; igiꝰ. Pauca loquutus de fortuna reſumit id qđ omiſerat: & docet qbꝰ rōnibus hoium ſtudia deuincere poſſimꝰ. Ponit igiꝰ cās ſex: quibus hoies adducti aliquos ornāt & extollāt. ſ Augēdū, diuitiis. ſ Honeſtandū: honoribꝰ ornādū. ſ Bñuolētię gra, qa aliquē bñuolētia pſequuntꝰ. ſ Aut gra ho. reuertētis. ſ Suſpiciūt: admirantur, & iō fauēt. Suſpitio cōponitꝰ a ſurſū, & ſpecio, qđ apđ antiquos ſigñat video: nūc nō vtimur niſi in ꝯpōne: inde ſuſpicere ſigñat venerari, qm̄ cū aliquē veneramur ſurſū aſpicimus eū reſpiciētes & admirantes. ſ Fidē hñt.i. credunt illius prudētię, ac iuſtitię. ſ Fortuna q̄ ampliſſima: magnis diuitiis honoribus & ſtatus fortunę ampliſſimo. ſ Cōſulere, puidere & pſpicere. ſ Opes, potētiā nimiā. ſ Metuūt: & iō fauent ad dignitatem conſequendam.

FRA. MAT.

¶ INuidię qa vulgus ignobile facile mouetꝰ inuidia, vt mānis mō illis faueat. ſ Ob eas inuidias.ſ. populares multa accidūt mala. ſ Bñmeritorꝝ expul. vt Furius Camillus expulſus eſt multitudinis inuidia cū de rep. bñmeritus eēt. ſ Calamitates: vt Themiſtoclis Alcibyadis. ſ Fugę: etiam ſpontaneæ: vt Scipiōis ſuperioris, qui linternū cōceſſit cū videret ingratā patriā. ſ Fortuita, qm̄ aliq̄ ex parte fortunę ſubiacent. ſ Neutram in partē: vt aut pſint: aut obſint. ſ Hoc igiꝰ cog. qa quæ ſubiecta ſunt oino fortunæ raro eueniūt: & nō

pertinet: qa virtus accēdit nos & ipellit vt eū in quo eē audimus ſine cogitatiōe ſubito amemus ēt ſi nūq̄ viderimus. ſ Dignū putēt: pp virtutē: quia pditus eſt. Recte aūt dixit hoies eos venerari, qui aliquo honore funguntꝰ ſi mō virtutem hñt: qa eos q virtute carent: licet in dignitate cōſtituti ſint: odioſe ſolemus & inuiti venerare. Cōtingit aūt quotidie: vt multi virtutis inſignia: ſine virtute cōſequantur. ſ Dignum: vt putetꝰ dignus ampliſſimo gradu i quo eſt collocatus nō aūt idignus. ſ Aut cui fidē hñt, hoc ad cām rōcinatiuam ſpectat cū ei fidē habemus quē in rebus nřis experti ſumus, qbus alias bñ ꝯſuluerit: vt diſcipuli in pceptoribꝰ: clientes in patronis. ſ Aut cu. opes me. ad impulſiuā cām ſpectat cui ſubiiciuntꝰ: oēs ai pturbatiōes multę demoratiæ cū principiis cuiuſpiam potētiam formidant, ne ab eo iuadātur & opprimantꝰ ei: ſed qbuſdam conditionibus adiungunt.

Multi inſignia ſine virtute ſunt conſecuti.

¶ Præterea inuidię multitudinis. atq; ob.i. pp eas.ſ. inuidias expulſiones ſæpe ciuium meritorum bene ſup. de rep. calamitates, & fugæ ciuium, q; pro &: rurſus: ideſt econtrario res ſecundæ: ideſt proſpere: honores, imperia, victoriæ. Quamquam ſūt fortuita, tn̄ naturam.i. non alteram nō poſſunt effici in alteram partem, aut proſperas, aut aduerſam ſine operis (ſic etiam potius eligendum puto q̄ operibus eo q; per operas fiant opera) & ſtudiis hoium. Igitur hoc cognitio.i. poſtq̄ hoc cognitū eſt, dicēdū ē quo nam mō.i. quo nos poſſumus allicere, atq; excitare ſtudia hominū ad vtilitates nřas. Quę oratio.i. ſermo i & diſputatio aut locutio, & pceptio ſi fuerit longior.i. prolixior, cōparetꝰ .i. conferetꝰ cum magnitudine vtilitatis, quæ.i. ex ea ſequitur.

ASC.

QVęcunq; igitur hoies. Oſtēdit q̄ro hoies moueantur ad aliquē honeſtādū. Ordo ē. Igiꝰ q̄cūq; hoies tribuūt hoi faciūt ad eū augendū in diuitiis & dignitatibus. Atq; ad eū honeſtandū.i. honoribus afficiendū aut gratia beneuolētiæ, cum.i. quando diligūt quempiam: ideſt aliquem de aliqua cauſa.i. propter aliquam cām: aut honoris ſi ſuſpiciunt .i. fauorabiliter aſpiciunt virtute cuius.i. alicuius: & ſi putant quem ideſt aliquem. Dignum fortuna q̄ ampliſſima, ideſt valde magna: hoc ē maximis diuitiis: & honoribus. Aut cum.i. quando habent fidem.i. confidunt in eis, & arbitrantur bene conſulere de rebus ſuis. ſi tales.i. ad honores promoueantur. Aut cuius opes: ideſt potentias, & diuitias metuunt.

¶ Aut

aut contra a quibus aliquid expectant, vt cum reges, populareſue homines largitiones aliquas propo-nunt: aut poſtremo pretio, aut mercede ducuntur. Quæ ſordidiſſima quidem eſt ratio, & inquinatiſ-ſima, & his, qui ea tenẽtur, & illis, qui ad eam confu-gere conantur. Male eñi ſe res habet, cum quod vir-tute effici debet, id tentatur pecunia. Sed quoniam nonnunq̃ hoc ſubſidium neceſſarium eſt, quemad-modum ſit vtendum eo, dicemus, ſi prius his de re-bus, quæ virtuti propiores ſunt, dixerimus. Atq; etiã ſubiiciũt ſe homines imperio alteri⁹ & poteſtati plu-ribus de cauſis. Ducuntur enim, aut beneuolentia, aut beneficiorum magnitudine, aut dignitatis præ-ſtantia, aut ſpe ſibi id utile futurum, aut metu, ne vi parere cogantur, aut ſpe largitionis promiſſioniſq;, capti: aut poſtremo, vt ſępe in noſtra republica vide-mus, mercede conducti.

PET. MAR. ¶ AVT cõtra: contraria rõne ducti fauẽt aliqbus aliqd bone ab iſps expectantes cũ illi dignitatẽ aſſequuti fuerit. ¶ Vt cũ reges: ponit exẽpla: reges dñr illi q regnãt. Reges ẽt dñr diuites q exhibet aliis ɔuiuia & multos hñt clientes. tales ẽ Martiale & iuuenale appellanẽ reges. & phormio Terẽtianus paraſitus dicit. Neminẽ poſſe ſatis gram hře regi. Magnũ inqt eſt ire ad cœnã paratã & ſumptuoſã. & Iuue. Optima ſiluarũ interea pelagiq; vorabit rex hoꝝ. Hoies igit hñtes diẽtela & cœnam exhibẽtes, vt diẽtũ aliorũq; fauore id qd cupiũt aſſequaẽ Reges appellat Cic. Populares: q fauorẽ populi aucupant, populo placare ſtudẽt. ¶ Largitiões: ad corrũpẽdos aĩos accipiẽtiũ etenim q largiẽ ad ſuã voluntatẽ alios traduceẽ nitiẽ. aut po. hæc eſt vltima cã. ¶ Poſtermo: deniq;. ¶ Precio: pecunia ẽptione: lucro mercede. i. aliqua remuneratiõe. ¶ Aut mer. oĩuſ aliaꝝ rerũ ꝑciũ referẽ ad pecuniã: merces vero ad alias res: quas p mercede accipiũt vt alicui faueãt & eius dignitatẽ auctã eẽ velint. ¶ Quæ rõ: qd aliqs aucupeẽ fauorẽ alicuius ꝑcio: & qd aliq ꝑcio ducãẽ: vt aliquẽ ornẽt. ¶ Rõ: modus: ars: via. ¶ Sordidiſſima: plena ſordiũ. ¶ Inquinatiſſima: valde ɔtaminata & ifamis. ¶ Qui tenenẽ ea: q dicunẽ pecunia aut mercede: vt alicui faueãt. ¶ Et illis: q mercede alios corrũpũt: & fauorẽ ꝑcio aucupanẽ: & ad hanc corruptionẽ cõfugiũt cũ id bonis artibus q̃rendũ eẽt: vñ apud antiquos nõnulli ambitus dãnabanẽ: qm ꝑnſantes alios ſuffragia corrũpebãt. ¶ Male. n. rõ q̃re ille, mod⁹ aucupãdi fauoris vtriſq; ſit turpis: & maxime his q ambiũt & mercede alios corrumpũt. ¶ Male res ſe hẽt: hoc iniq; cõparatũ eſt: & indicat aliquẽ eẽ idignũ: cui faueat aliqs: niſi pecunia corrupt⁹: virtute id q̃rendũ ẽ nõ pecunia qm virtus, quouis honore digna cẽſeẽ: & virtuti ñ põt dari ꝑmiũ dignum vñ diuini honores illi tribuunẽ. ¶ Sed qm nonñq̃: tunc corrigit id qd dixit de mercede. ꝑceptaq; dabit qũo debemus vti ſubſidio mercedis: cũ ſit, aliqñ neceſſarium. ¶ Eo: ſubſidio. ¶ Propiores: coniũctiores ipſi virtuti: q̃ ſit largitio merces & ꝑmiũ. ¶ Atq; ẽt, cauſis ſupradictis hoies adducti aliquos ornant, & augẽt. & non ſolũ inqt id faciũt: ſed ẽt ſe alterius impio pluribus cauſis ducti ſubiciũt. Ponit igiẽ cãs quibus hoies moti aliquoꝝ impio ſubiici nõ recuſant: & hæc pars cũ illis ſupioribus cauſis ɔiungiẽ: cætera interpoſita ſunt ad ꝓbandũ turpiſſimã eſſe ambitione & aucupationẽ fauoris cũ pecuniã & ſic erit hæc ſeptima cã & rõ. ¶ Ea ptãti: vt faciant

FRA. MAT. q̃cq̃d ille voluerit ¶ Ducunẽ. n. affert cãs qbus hoies mouentur: vt alterius ptãti pareãt, & ſic oñdit hoies his rõnibus ſe alterius impio ſubiicere, qbus ducti aliquẽ augent, & honeſtãt, vt ſupra dixit. ¶ Aut beneuolentia, qa aliquẽ amant. Beneficioꝝ, quæ ab illis collata ſunt, in eos, qui ſe illius imperio ſubiciũt. ¶ Aut ꝑſtantia, aut qa ꝑſtant aliis. atq; antecellunt dignitate. ¶ Vt ſæpe in noſtra repu. & ſic Cic. notat corruptã diſciplinã reip. & ſuffragia iam venalia.

¶ AVT contra: a quib⁹ aliquid cõmodi ſe conſecuturos putant. ¶ Aut cum reges: vt Attalus Ptolomæus. ¶ Populares: populi fauorẽ: & ſtudia q̃rẽtes: vt Cæſar, Marius. Vt ſpurius Melius: q ad ɔciliãdũ ſibi fauorẽ multitudinis frumenta viritim diſtribuebat: & largiebaẽ. ¶ Precio mercede: vt cũ cupiã fauemus: & adſumus: certã mercedẽ cũ eo pacti: & hoc ad cãm impulſiuã referẽ. Differũt precium & merces. Illud. n. datur benemerenti de nobis & interdum ſponte noſtra liberaliter confertur. At vero merces ob laborem tribuitur: & merendo dicitur. Quæ ſordidiſſima &c. ſordidiſſima rõ eſt: & his qui dant: & his qui accipiunt mercedem & precio inducuntur vt aliqbus faueant. Quo magiſtratus conſequi poſſint. Tenentur ea. ſ. ratione in obſeruatione alicuius mercede adducti. ¶ Male. n. res ſe habẽt, non bene habet res: cum id virtute: & bonis artibus comparari debet: largitionibus & pręmiis aſſequi ſtudemus Hoc aũt refertur: et ad eos q ea ratione tenẽtur: & ad eos qui ad eam rationẽ confugere conanẽ: Differũt tãtoñ ab illis. Nã ñ fauorẽ largitiõib⁹ ɔſeq volũtiq tñ alia rõne ɔſeq poſſint. Quia virtute ñ carẽt: illi vero oĩ virtute dſtituti nullũ ſibi in pecunia præſidiũ hñt: q̃ fauorẽ ſibi multitudinis concilient: & ſunt deteriori cõditione q̃ priores. ¶ Male res: bene ſeſe haberet vt ait Sallu. Si qbus artibus imperiũ comparatur his retineretur: bonis artibus ferme ſemp comparatur. Nam bonum integrum liberalem ſe oſtẽdit qui comparare vult: poſtq̃ adeptus eſt: vt retinere: at malis artibus vtiẽ. ¶ Id tentatur pecunia: & Romani faciebant: qui largitionibus magiſtratus comparabãt. Qui non niſi virtute pręditis: & virtutis intuitu deferri debuiſſet. Et multi apud Romanos ambitus accuſabantur. Qui non recta via: & per uirtutẽ: ſed per malas artes imperia & dignitates adipiſcebantur. ¶ Sed qm: qm, inquit neceſſaria eſt ſæpe pecunia. Nec ſine ea gubernari poſſet reſpublica: niſi facultas affuerit: de ea paulopoſt dicemus: cum pauca prius de virtute dixerimus. Recte hoc inqt dixerat male rem hře: cum qd virtute effici debet pecunia teneatur. ¶ Subſidiũ: pecuniæ. ¶ Neceſſarium: vt tẽpore belli quo arma contra hoſtes parari poſſint. ¶ Quæ virtuti propiores ſunt: vt de beneficentia, fide, caritate, & beneuolentia ac cæteris eiuſmodi. ¶ Atq; etiã &c. Qubus de cauſis homines impellunẽ: vt quẽpiam obſeruent: & colant: hiſdẽ impelluntur vt alicui pareant. Nã colere & obſeruare aliquẽ nihil aliud ẽq ſe illi ſubiicere. ¶ Imperio: ſi magiſtratũ gerit. ¶ Poteſtati: etiam ſi priuatus fuerit is cuius poteſtati nos ſubiicimus. ¶ Beneficiorũ &c. oĩs cauſas reperit ſuperius poſitas: quod facit vt eas ad id applicet ꝑceptum quod ſeqtur, nil aptius eſſe ad opes tuẽdas & ãplificandas, q̃ diligi, & nihil deterius q̃ timeri. ¶ Dignitatis ꝑſtantia, ad id refertur qd dixit, aut honores ſi cuius virtutẽ ſuſpiciunt. ¶ Aut ſpe, ad id ſpectat quod ait a qbus aliqd expectant. ¶ Aut metu: ad id quod dixit opes metuunt. ¶ Ne vi parere &c. Nam neceſſariũ volũtariũ faciũt qd eſt ſapiẽtis. Cũ ſponte faciunt, qd ſi recuſarẽt, facere cogerentur. ¶ Aut ſpe &c. ad id reſpicit qd ait, aut cũ res &c. ¶ Aut poſtremo &c. ad id ſpectat aut poſtremo, ꝑcio & mercede ducti. ¶ In nřa repub. Romæ: vbi largitionib⁹ iducti cupiã ẽt idigniſſimo fauebant.

ASCE. ¶ AVt cõtra. i. ecõtrario a qbus expectãt aliquibus, videlicet ſibi, aut amicis ſuis aliquid, vt. i. quemadmodũ cum reges. i. ſummi principes, aut homines populares. i. popularis fauoris captores proponunt aliqs largitiones. i. aliq munera captãdi gra p ambitionẽ. Aut poſtremo cum ſup. hoies ducunẽ. ſ. ad honeſtãdũ aliquem ꝑcio: aut mercede. q̃. ſ. vltima ratio ẽ ſordidiſſima, & inquinatiſſima. i. maxima contagioſa: &. i. ſimul his q tenenẽ. i. captanẽ, & retinentur ea. ſ. ratione ꝑcii, & mercedis & . i. ſimul iis qui conanẽ cõfugere ad ea. i. q ponũt ſpẽ & defenſionẽ ſuam i ea. Eni p qa res ſe habet male. i. indecẽter fit. cũ. i. quando id qd debet effici virtute. i. p virtutẽ tẽtaẽ ſup. effici pecunia. i. p pecuniam. Sed

Qui non habet virtutem in fauore & pecunia ſpẽ hñt.

Qua eſt impellimur ad colẽdum aliquem & obſeruandum,

Que & q̃ pecunia vtendum

quando hoc ſubſidiū.ſ.pecuniarū eſt nonnūq̄ .i. aliqñ neceſſariū:nos dicemus quēadmodum vtēdū ſit eo:ſi dixerimus prius de his rebꝰ:q̃ſunt ꝓpriores.i.affiniores: & viciniores virtuti. Atq; pro & hoies ſubiiciunt ēt ſe imperio : & poteſtati alterius de pluribus cauſis.i.pp plures cās . Enim pro qa: ipſis ſup.ducūt.i.īducūt ad hoc bñuolētia:aut magnitudine bñficiorū.aut pſtātia dignitatis; aut ſpe .i. qa ſperāt id ſup . eſſe futurū vtile ſibi aut metu ne cogāt parere.i. obtemperare: & obedire ſeu obſeq vi.i. per vim aut capti .i.irretiti ; & īplīciti ſpe largitionis:ſup.recipiēdæ:q; ꝑ & ſpe ꝓmiſſiōis. Aut poſtremo.i. vltimo loco cōducto mercede:vt.i.quēadmodum nos videmꝰ ſup. fieri ī repu. noſtra,i.romana.

¶Nihil vtilius q̃ amari.

Rerum autem omniū nec aptius eſt quicquam ad opes tuēdas ac tenendas , q̃ diligi,nec alienius q̃ timeri . Pręclare Ennius quem , metuūt,oderūt , quem quiſq; odiit, periiſſe expetit . Multorum autem odiis nullas opes poſſe obſiſtere, ſi antea fuit ignotū,nuper , eſt cognitum. Nec vero huius tyranni ſolum, quem armis oppreſſa pertulit ciuitas , interitus declarat, quantum odium hominum valeat ad peſtem: Sed reliquorum ſimiles exitus tyrannorum, quorum haud fere quiſq̄ interitum ſimilem effugit . Malus enim eſt cuſtos diuturnitatis,metus : cōtraq; beneuolentia fidelis eſt,

PET. MAR.

vt vtilia cũ honeſtis pugnate videãtur. Quotus enim
quiſq; reperietur, qui impunitate & ignoratiõe oĩum
propoſita, abſtinente poſſit iniuria? Periclitetur ſi pla
cet & in his quidem exemplis: in qbus peccare vulgꝰ
hominum fortaſſe non putat. Neq; enim de ſiccariis,
veneficis, teſtamẽtariis, furibus, peculatoribus hoc lo
co differendum eſt: qui non verbis ſunt, & diſputatio
ne philoſophorum, ſed vinculis & carcere fatigandi.
Sed hęc conſideremus: quę faciunt hi, qui habenẽ bo
ni. L. Minutii Baſilii locupletis hominis falſum teſta
mentum quidam e gręcia Romam attulerunt. Quod
quo facilius obtinerent, ſcripſerunt hæredes ſecũ M.
Craſſum & Quintum Hortenſium, homines eiuſdem
ciuitatis potẽtiſſimos: qui cum illud falſum eſſe ſuſpi
carentur, ſibi autem nullius eſſent conſcii culpæ, alie
ni facinoris munuſculũ non repudiauerunt. Quid er
go? ſatin' hoc eſt, vt nõ deliqſſe videanẽ? Mihi qdẽ non
videtur: quãquã alterũ amaui, alterũ nõ odi mortuũ.

FRAN. MAT. ❡HAE redũ eſt &c. qui ſcire potuit p̃ſtat ædicta ædiliũ
videlicet dñs mãcipii qui mãcipiũ diu poſſedit. ❡Hęredum
alia rõ ẽ hæredes. n. plerũq; mãcipii vitia ignorãt: ı verbi cã
aliqs. x. annos poſſedit mãcipiũ cũ e vita diſceſſurus ſit: hæ
redi inſtituto mancipiũ reliquit. hæres ſi vendit mancipiũ
nõ teneẽ vitiũ dicere quia ſcire non poteſt: at vero lõgi tpis

dñs teneẽ: qa nõ ignorat: ſi pr̃familias vẽdidiſſet alicui ſer
uũ vitioſum: nec aperuiſſet vitia mortuo illo nõ obligaẽ hę
res ad ſatisfaciendũ: cũ emptor mortuo venditore vitiũ co
gnouiſſet & conqueſtus eſſet hæres non tenetur p̃ſtare. ❡Ex
quo: iure ædiliũ. ❡Iuris nã fons: ius eſt recta rõ: ſed recta rõ
nãlis eſt & p̃tia nobis cum deo ſocietas: cũ a deo nobis data
ſi rõ: data eſt & recta rõ igiẽ
& ius: qd eſt recta rõ datũ ẽ.
❡Inſcitia: ignorantia: qa ille Ius eſt recta ratio
ignorat vitiũ. ❡Nec vl. pni. Inſcitia
&c. Nulla dicit peſtẽ eſſe pi
culoſiorẽ q̃ cũ hac malitia ſi
bi licere exiſtimãt vt id qd
ſciũt: ſe neſcire ſimulent: ne
ſciebã inquiunt: iõ nõ dixi ſi
ſciſſem: nõ igiẽ p̃ſtare debeo.
Simulatio ergo itelligentię
ſi ſimules te neſcire vitia cũ
ſcias & doloſe taceas vt lu
creris: & tanq̃ prudens exiſti
meri: ergo ſimulatio intel
gẽtiæ ſi ſimulas te nõ intel
ligere. ❡Ex quo &c. Nulla i
qt alia rõne effectũ eſt vt vti
litas cum honeſtate pugnare
videaẽ: niſi ꝙ hoĩes q intelli
gunt: ſe nõ intelligere ſimu
lant. ❡Quotus enã quiſq;. Si
hoc cõcediẽ vt ignorãtia nõ
puniaẽ qs iueniẽ q ab iferẽ
da iniuria abſtineat. ❡Quo
tꝰ. q. d. nullꝰ. ❡Periclitemur
&c. Quod ita ſit probemus
exẽplis: i quibus hoĩes putãt
ſe nõ peccare: cũ peccent: nã
de his qui manifeſte dãnanẽ nulla diſſenſio eſt: cũ pœna ſit
atrox ſumẽda & graui ſuplicio afficianẽ: de his loq̃mur, qua
pp cõſuetudinẽ hoĩbus licere videnẽ: vt cũ ea cõmiſerit ho
mines: tñ ſe peccaſſe nõ exiſtimẽt. ❡Beneficis: q veneno ne
cãt hoĩes: aut incãtationibus eorũ mẽtes puertũt: lege Cor
nelia Venefici capite damnabãtur: q artibus odioſis tã vene
nis q̃ ſuſuris magicis hoĩes occiderint: vl̃ mala mẽdicamẽta
publice vẽdiderint. ❡Nõ ẽ diſcer. qa manifeſta ſunt peccata
quibus atrox pœne ꝓpoſita ẽ. ❡Sed hæc cõſideremus &c.
Supiora q faciũt plane hñtur mali & ſcelerati: ſed hæc q̃ ſe
quũẽ qa agũt boni creduneẽ: & põit exẽplũ qd & Vale. vſur Valer.
pat li. v. capite de teſtis. Athenis Baſilius qdã teſtamẽtũ cõ Maxius
didit: & Satyriũ quẽdã hæredẽ iſtituit. Quidã adulterinũ in li. v. de
teſtamẽtũ fecere in quo ſe hæredes inſtitutos ſcripſerunt: vt teſtis
aũt hoc teſtamẽtũ validus eſſet: noĩbus duoꝝ principum in
rep. confirmarũt: Craſſi, & Hortẽſii: qui cõſenſere ſe cohęre
des eſſe. q̃uis boni viri hẽbanẽ: & ſuſpicabanẽ falſum eſſe te
ſtamẽtũ peccarint aũt nec ne Cice. ipſe dicit. ❡Qd' cum illis
fal. dicebant eni ẽt ſi illi falſum teſtamentũ condidere quid
at nos: nullius culpe ſumus ↄſcii. ❡Nõ repu. quia paſſi ſunt
ſe cohæredes eſſe. ❡Quid ergo: q̃rit Cice. nunquid ſatis illis
fuerit dicere ꝙ nullius culpæ ſibi eſſent conſcii. ❡Mihi &c.
Cic. quid ſibi videaẽ dicit. ❡Quãq̃ &c. dicam inquit libere
qd ſentio q̃q̃ vtrũq; amaui hortẽſiũ viuũ. Craſſum ẽt mor
tuũ. Ci. n. cũ Craſſo ſimultates fuere. & ferme illud eſt Ari.
Pla. impugnãtis cũ ait: q̃q̃ hæc q̃ſtio pardua ſit ob amicos:
qui idæas introduxerunt: ſed ꝓ defenſione veritatis etiam
propria impugnare oportet: p̃ſertim philoſophos. Nã cum
ambo ſint amici pium ẽ veritatẽ in honore præferre.
❡Alia eſt cauſa: q nõ tenẽtur preſtare, ex quo intelligiẽ: qm̃ ASC.
natura ſit fons iuris: & hoc eſſe ſm naturam. ſ. neminẽ age
re: vt prædetur. i. prædam habeat inſcitia alterius. nec põt
inueniri vlla maior pernicies vitæ: q̃ ſit mutatio intelligen
tiæ in malitia. Ex quo. i. ex qua re: naſcuntur illa innumera
bilia a ſup. exẽpla: vt. ſ. quibus vtilia videanẽ pugnare cũ ho

Sed cum Baſilius M. Satyrium ſororis filium nomen ſuum ferre voluiſſet, eumq; feciſſet hęredem: hanc aut dico patronum agri picæni, & ſabini (O turpem notam temporum illorum) non erat æquum principes ciuis rem habere, ad Satyrium nihil pręter nomen peruenire. Etenim ſi is qui non defendit iniuriam, neque propulſat a ſuis, cum poteſt, iniuſte facit, vt in primo libro diſſerui: qualis habendus eſt is, qui nõ modo nõ repellit, ſed etiam adiuuat iniuriam? Mihi quidem etiam veræ hæreditates non honeſtæ videntur, ſi ſint malitioſis blanditiis officiorum, non veritate, ſed ſimulatione quæſitæ. Atqui in talibus rebus aliud vtile interdum: aliud honeſtum videri ſolet, falſo. Nam eadem vtilitatis, quę honeſtatis, eſt regulam, q hoc nõ prępiderit, ab hoc nulla fraus aberit, nullum facinus. Sic enim cogitans, eſt illud quidem honeſtum, verum hoc expedit, res a natura copulatas audebit errore diuellere, q fons eſt fraudum, maleficiorũ, ſcelerũ oĩum.

neſtis, quotus.n. qſq; repit. q.d. rariſſimus: qui poſſit abſti/
nere iniuria ſe tenere ne faciat iniuriam ꝓpoſita impunita/
te & ignoratione oium.i. certo ſcire oẽs ignoraturos & ne/
minem puniturũ. Neq;.n. diſſerendũ eſt hoc loco de ſiccariis
.i. qui ſicca.i. pugione & mucrone graſſantur: de veneficis.i.
q veneno inficiunt: de teſtamentariis.i. qui teſtamenta inde
biti auferunt: de furtibus, ſ.
rerum priuatarũ: & de pecu/
latoribus.ſ. rerũ publicarum
qui.ſ. maleſici nõ ſunt fatigã
di verbis & diſputatiõe phi
loſophorũ ſꝫ vinculis & car/
cere. Sed ꝯſideremus hoc lo/
co hæc q̃ hi qui hñr.i. reputã
tur boni viri faciunt: qdam
attulerũt e græcia romã fal/
ſum.i. a ſe excogitatũ & fal/
ſo ſignatum teſtamẽtum. L.
Minutii Baſilii hois locuple/
tis i qd ſup. teſtamentũ quo
facilius obtinerẽt ſcripſerũt
ſecũ hæredes Marcũ Craſ/
ſum: &. Q. Hortẽſium hoies
potentiſſimos eiuſdẽ ciuita/
tis.ſ. Romæ: q cũ ſuſpicaren
tur illũ.ſ. teſtamentũ falſum
eſſe. Aũt ꝓ ſed: nullius culpę
cõſcii ſibi eſſent: nõ repudia/
uerunt munuſculum.i. parti
cipiũ alieni facinioris.i. turpi facti. Quid ergo Satin.i. ſatis
ne eſt hoc vt nõ videant deligiſſe. Quidẽ.i. certe nõ vr mihi
ſup. ſatis eſſe: q̃q̃ ego amaui alteꝝ.ſ. Marcum Craſ. viuũ: &
non odi alterum.ſ. Hortenſiũ mortuũ.i. poſtq̃ mortuus eſt.
PETR. MAR. ℭ NOMEN ſuũ: qm reliquerat ipſum hęredẽ: & vt voca
ret. M. Baſilius. ❡ Principes: inter primos ciuitatis Craſſum
.ſ. & Hortenſiũ. ❡ Sic enim cogitãs: ille inqt q ſic cogitat &
dicit: hoc honeſtum: ſed hoc vtile i ſegregat res natura con
iunctas: honeſtum.ſ. ab vtili: & hinc emergunt omnia ſcelera
hoc hi faciunt, qui malitiam habent non prudentiam.
FRAN. MAT. ℭ SED cum &c. nõ hoc dico ꝙ illos oderi: vtrũq;.n. amaui
ſed non videtur mihi honeſtum cũ Baſilius vellet ſororis fi
liũ nomen habere vt ad alios bona: ad hunc tñ mõ nomẽ ꝑ
ueniret. ❡ Hunc &c. ꝑ exclamationem & interpoſitionem le
Marcus Satyrius gendum eſt: declarat autem qs fuerit. M. Satyrius q videli
cet patronus fuerit agri piceni. nam cum ager picenus a. C.
Caius Flaccus Flacco iuritim diuideret: hic Satyrius obſtitit licet vilis &
pene ignobilis & patronus: & fuit picentinoꝝ, & reſp. cõtra
Flaccũ hoc patrono vſa eſt agri piceni & ſabini. Illum enim
reſp. d. legit qui obſiſteret Flacco. Nil præter nomen: condi
tor teſtim quem facit hæredẽ ſuũ vniuerſalẽ eũdẽ vult nomẽ
ſuũ ferre: vt.ſ. in oi contractu ſit & obligatione. Nã nois &
Vlpianus rei appellatio: vt ait Vulpianus de verborum ſignificatione
ad oẽm cõtractũ & obligationẽ pertinet. vnde cũ dico ma
gnã me pecuniã hẽre in noibus Significo in debitoribus: q
mihi obligati ſunt. Cũ ergo hic Baſilius hæredẽ inſtituiſſet
ſatyriũ ſororis filiũ & nomẽ ſuũ ferre voluiſſet: id voluit vt
in oi cõtractu & obligatione teneret: qa ẽt hoc iure cauet.
Nõ ergo æquũ erat vt ad hũc ſatyrium nihil præter nomen
ꝑueniret. ❡ Etenim ſi is. Argumentatione cõfirmat argumẽ
to a minori ad maius: nã ſi is rephendẽdus ẽ: q nõ defendit
iniuriam cũ põt i q̃to magis q non mõ nõ defendit ſed adiu
uat vt fiat: ſicuti Craſſus & hortenſius. ❡ Defendit &c. No
Defendo iniuriam pro ab iniuria tanda ꝯſtructio defendo iniuriã.i. ab iniuria: ſicut dicimus
legibus vendicatus eſt dolus: & defenſum eſt malefactũ.i. de
fenſum eſt a malefacto: & Marcellus inqt vendicare malefa
Iuuenalis ctum eſt defendere: hoc eſt a malefacto defendere. ❡ Mihi q
dẽ: dicit qcqd cũ alieno incõmodo fiat: id vtile iudicari nõ
debere ſicut in Craſſo: & Hortenſio. Nunc dicit ꝙ ẽt ſi quis
contra hæredi petas vere hæres ſcriptus fuerit: idq; blãditiis & muneribus obti
nuerit: non tñ eſſe probandum contra hæredi petas, ergo

dicit in quos multa Iuuenalis. Solebant enim diuites orbi
muneribus captari. Vñ eſt, tollere dulcem cogitat hæredem
cariturus turture magno. Mullorumq; iubis & captatore
macello. ❡ Mihi vero, non loquor de adulterinis teſtis: ſed
ẽt de veris: nec poſſum ꝓbare q hæredes fiũt munuſculis &
blãditiis. ❡ Officiorum: qa nõ ſunt vera ſed ſimulata officia:
qa ſimulant bñuolentia face
re: cum tñ ſua ipſoꝝ vtilitate
faciunt i officiũ ita eſt lauda/
bile: ſi fuerit voluntariũ. Ma
ximũ enim eſt vinculũ amo/
ris quod ab amicitia ductũ
eſt: quod ſi non amicoꝝ eoꝝ
fidem quos amamus: ſed rõ
nam vtilitatis habuerimus:
non amicitia erit: ſed merca
tura quædam: pręterea agri
& pecudes iſto modo diligũ
tur ꝙ ex his fructus ꝑcipia
tur. Nõ ſunt ergo officia ſed
ſimulationes officiorũ i cum
quis ſeni orbo & diuiti blan
dit vt ab illo hæres inſtitua
tur. ❡ Atq; &c. in eiuſmodi
exẽplis q̃ ꝓpoſuit icidere ſo
let dubitatio: ſit ne vtile ab
honeſto ſeiunctũ. Videt eni
vtile munuſculis & blãditiis
ſenes captare. Sed nõ eſt ho
neſtum. Nam oibus malitia eſt mala. Si mala ergo minime
vtilis. quicquid ero ab honeſto diſcedit: id nequaq̃ vtile eſt.
❡ Aliud vtile: cum tñ nõ ſit alterum ab altero alienum. ❡ Fal
ſo: quia q̃uis videat vtile ab honeſto ſeparatũ non tñ ita eſt.
❡ Nam eadem &c. quicquid ab honeſto diſcedit vitioſum Quicquid ab honeſto diſcedit ne q̃q̃ eſt vtile
eſt: vitiũ omne eſt malum: oẽ malũ ẽ inutile: nihil igit poteſt
eſſe honeſtum quin vtile. ❡ Prouiderit hoc: hoc eandem eſſe
regulam honeſtatis quæ vtilitatis. ❡ Prouiderit: aiaduerte
rit ❡ Ab hoc: q hanc regulã non aduertit. ❡ Sic enim cogitãs
eſt: ponit regulã eius non ſibi hanc regulam proponit. cogi
tabat hoc quidem honeſtum eſt. illud vtile: quid igitur re
fert honeſtum ne ſit nõ curo modo id conſequi poſſim qui
ſic cogitauerit. Is oẽ facinus admittet. ❡ Cogitans eſt.i. cogi
tat: participiũ iunctũ oibus tpibus verbi ſubſtãtiui: ſignat il
la tpa: ſic cogitans ſum ꝓ cogito cogitãs erã: cogitãs fui: &
ſic de cæteris. ❡ Expedit: vtile eſt: & ſic ſpẽ vtilitatis decipit.
❡ Natura copulatas: quia natura copulauit honeſtum cum
vtili & vtile cum honeſto. ❡ Fraudũ, in verbis. ❡ Maleficio
rum: in re. ❡ Scelerum: in vtroq; ſunt ſcelera.
ℭ SED cum baſilius ille diues ſit in græcia moriens: voluiſ ASCE.
ſet ferre.i. pronunciare & inſtituere. M. Satyrium filium ſo
roris ſuum nomen.i. ex ſolido aſſe hæredem: ita ꝙ in oibus
eius perſonã ageret: & feciſſet eum hæredem i hunc dico pa
tronum.i. poſſeſſorem & dominum agri piceni: & Sabini:
O turpem notam temporum.i. locorum. Non erat æquum
.i. iuſtum: principes.i. primates ciuitatis: habere rem.i. opes
ciuis: & nihil peruenire ad Satyrium præter nomen. Eteni
ſi is qui non defendit neq; propulſat iniuriam a ſuis: cum
põt facit iniuſte vt ego diſſerui in primo lib.ſ. huius operis
qualis habendus.i. reputãdus eſt is qui non modo nõ ꝓpel
lit: ſed etiam adiuuat iniuriam. Quidem.i. certe: etiam vere
hæreditates vident mihi non moleſtæ ſi ſint acquiſita mali
tioſis blanditiis non veritate: ſed ſimulatione officiorum.
Atqui.i. ſed certe: in talibus rebus ſolet videri falſum inter
dũ aliud vtile: aliud honeſtum. Nam eadem eſt vtilitas q̃ eſt
regula honeſtatis q non præuiderit hoc nulla fraus & nul
lum facinus aberit: hoc.i. a tali. Eſt enim cogitans ſic. Illud q
dem eſt honeſtum. Verum.i. ſed hoc expedit.i. hoc caſu mi/
hi vtile eſt & audebit diuellere errore.i. per errorem res co
pulatas a natura: qui fons eſt.i. quæ diuiſio.i. ſeparatio eſt
fons & origo omnium fraudum: maleficiorum, & ſcelerũ.

PETR. MAR. ¶ VIR bonus:fugit turpitudinē & iniuriā:nō:qa timet in famiā ſi fecerit:ſed qa putat vitiū pp ſe fugiendū & virtutē pp ſe amādā:colēdaq;. ¶ Cōcrepuerit:crepitū fecerit.i.mi/nimo actu turpi & indecoro poſſit hæres ſcribi: ēt ſi actus ille ignoraret̄ ab oībus hoībus. ¶ Hanc vim.i. facultatē:& ptātē:ſiue efficaciā. ¶ Irrepere.i. latēter ire ad tabulas teſta mēti. ¶ Exploratū.ſi certum hēat: qm̄ niſi eſſet hoc pſuaſum turpitudinē pp ſe fugiēdā eſſe: hoīes latebras nacti oīa committerent:a quibus natura ipſa cōmunis parens abhorrere. ¶ Saltaret:non ſolū faceret crepitum digitis: ſed ēt vel maxime ineptiret pp innatam auaritiā:& ſic taxat cupiditatē Craſſi. ¶ Complicātā: inuolutā quadā ignorātia:ſolus eni prudens hoc cognoſcit: & ſtatuit illū eſſe bonū virū: qui pſit quibus poſſit. ¶ Sentim⁹: aio tn̄ cognoſcim⁹, cū n̄ facile iueniat̄. ¶ Cōplicatā.i.inolutā, ambiguā:icertā:pplexā. ¶ De pa. no.ita dicm⁹ audiui a pře ex pře & de pře. ¶ Honeſto:virtute pdito & laude digno.

ergo q ſibi ipſi prodeſt, dū aliis nocet vir bonus eē non pōt cum ab eo diſcedat quod eſt boni viri propriū. ¶ Complicatam:tranſlatio ſumpta a veſtibus. Complicatam rationem. Quaſi inuolutam errore ſeu ignorantia quæ explicatur cū excitatur ad rerum perſpicietiam vt intelligat quis ſit vir bonus. hæc autem ratio eſt quē libro de legibus communē itelligētiā. Ci. dixit: q̄ res notas nobis efficit & inanimis nſis incohat ut honeſta in uirtute ponam⁹ ri vitiis turpia. ¶ Quid ergo hic uir bonus ē q ſui cōmodi cā nemini nocet:qro nunqd illi q hęreditates alienas blanditiis & muneribus captant: noceant:an cōtra & nocet qdē: non aliter q̄ ſi veneficio aliquo iterficerent hęredes veros vt ipſi hæredes eſſent. qd intereſt vtrum eneces veros hæredes:an eos muneribus & blāditiis ſummoueas q veneno enecat:qrit:vt alio ſubmoto ipſe ſuccedat:tidem facit q munerib⁹ aliū ſubmouet. ¶ Nō igi.faciat &c.obiectionē ſibiipſi facit: ergo dicet aliqs nō licebit facer q̄ vtile ſit:non licebit inqt niſi idē honeſtum fuerit. Nec aliqd vtile exiſtimari debet qd ab honeſto fuerit ſeparatū.

Vir bonus nūq̄ vellet rapere rem alienam ſimulator uero econtra

Nō ſolū philoſophi ſed Fimbria ſenſit nullum bonum uirum inueniri

Itaq; ſi vir bonus habeat hanc vim, vt ſi digitis cōcrepuerit, poſſit in locupletum teſtamenta nomen eius irrepere, hac vi nō vtatur ne ſi exploratū quidem habeat, id oīno neminem unq̄ ſuſpicaturū. At ſi daret hanc vim M. Craſſo vt digitorum percuſſione hæres poſſet perſcriptus eſſe:qui reuera non eſſet hæres, in foro (mihi crede) ſaltaret. Homo aūt iuſtus, & is, quē ſentimus virum bonum, nihil cuiq̄: quod in ſe tráſferat, detrahet, hoc q admiratur, is ſe qs ſit vir bonus neſcire fateatur. At vero ſi quis voluerit animi ſui cōplicatam notionem euoluere, iam ſe ipſe docebit eū virum bonum eſſe, qui proſit qbus poſſit, noceat nemini, niſi laceſſitus iniuria. Quid ergo? hic non nocet:q quodam quaſi veneno perficiat, ut veros hæredes moueat, in eorum locum ipſe ſuccedat? Non ergo faciat dixerit quis, quod vtile ſit, quodq; expediat? imo intelligat nihil, nec expedire, nec vtile eē, qd ſit iniuſtū: hoc q non didicerit, bonus vir eſſe non poterit? Fimbriā conſularē audiebā de patre noſtro puer iudicem M. Luctatio Pythię fuiſſe equiti romāo ſane hōeſto:

FRAN. MAT. ¶ ITA qꝫ ſi vir, ergo qa naturaliter cōiūcta ſunt hōeſtū: & vtile & ita pſuaſū ē bono viro hāc facultatē habuerit vt digitoꝶ crepitu poſſit oēs hæreditates cōſeq nūq̄ tn̄ pręter honeſtū facere volet. ¶ Digitos cō. eſt dicēdi modus qui quaſi in ꝓuerbiū uenit. Cū oñdimus aliquē ſine labore aliqd efficere poſſe ſi h̄ facultas eſſet:non tn̄ faceremus contra honeſtatē. Crepitus digitorum fit ſine labore aliquo. ¶ Irrepere: latēter igredi. ¶ Ne ſi explo. &c. diceret aliqs hoc nō faceret ne videt̄ i hoīum uoces incurreret: & ignominia afficeret: reſpōdet:uir bonus id non faciet: ēt ſi ſciet id neminē ſciturū uel ſuſpicaturū. ¶ At ſi dares &c. hinc cognoſcit̄ q̄ta ſit differentia inter virꝶ bonum & auaꝶ:q ſi poſſet falſo aſcribi hęres in foro quotidie hac facultate uteretur. ¶ Saltaret &c. ēt, in foro hoc ē ſubiret oēm turpitudinē ꝓ lucro ihoneſto: ergo in foro tametſi id turpe uideret̄. ¶ Quē ſenti. diffinito boni uel iuſti. ¶ Hō aūt &c. ſed alio mō ſe hꝫ is iuſtus quem ſentimus bonum uiꝶ. Cum deliberari ſolet aliqd: deliberari trib⁹ modis ſolet vꝫ æquū an iniquū ſit: iuſtū an iniuſtū: & de eodē & alio deliberat̄: ergo primū utꝶ aliqd euitādū ſit an non: & argumento qdem ꝯtrario cū dicimus. Si diuitiæ ſunt quærendę paupertas eſt fugienda. iſta deliberatio cadit in comparationem: quia diuitiæ comparat̄ur cum paupertate: de eodem & alio bipartitum eſt: ut ſi quæratur quid inter ſit inter tyrannum & regem, inter amicum & aſſentatorē. Deinde etiā ſi quæratur quæ maior uis ſit duarū rerū uidelicet vtrum pluris ſit iuris ciuilis ſciētia:an eloquentia: hic Cic. arguit in cōparatione de eodē, & alio dicit quid interſit inter uirū uere bonū: & ſimulate bonū. Nam vir uere bonus nunq̄ uellet alienū rapere. At uero ſimulatus contra faceret utꝫ differt inter tyrannū & regē:qa tyrannus ui dominatur, Rex aūt uolūtariis regnat: & inter amicū & aſſentatorē. Amicus enim uera dicit, aſſentator q̄ cui dicit placere uideat. Similiter iter vere bonum & ſimulare bonū differt:qa uir uere bonus nunquā uellet quod cupiam noceret: ſed ſimulate bonus faceret qcqd uim commodo ſuo poſſet. ¶ Hoc q admirat̄. Admiratione ductus q non credit neceſſe eſt ut fateatur ſe neſcire qs ſit uir bonus. Quæ enim admiramur ea non credimus. ¶ At uero &cæ. Eſt locus a diffinitione q eſt uir bonus? Qui nemini nocet & omnibus prodeſt. Si uir bonus eſt qui omnibus prodeſt & nemini nocet;

Crepitus digitorū venit i ꝓuerbium quādo aliquid fit ſine labore

¶ Fimbriam, exemplum ponit: non omnes qui vulgo viri boni dicuntur recte etiam re ipſa viros bonos eſſe. Luctatius in lite ſponſionem facit apud Fimbriam iudicem ſe ꝓbaturum eſſe ſe virum bonum. Cumq; iam lis apud eum cōteſtaretur. Fimbria hoc iudicium admittere noluit, quia multa & magna nimis requirentur ad hoc vt aliquis ſit vir bonus: ergo non ſolum philoſophi ſed & Fimbria ſenſit nō facile inueniri virum bonum poſſe.

ASCĒ. ¶ ITA qꝫ ſi vir bonus habeat hanc vim.i.poteſtatē. vt ſi cōcrepuerit.i.crepitum & ſonitum fecerit digitis: poſſit i teſtamento locupletum irrepere nomen eius non vtatur.i.nolit tn̄ vti hac vi.i.potentia. Nec ſi.i.non etiam q̄uis habeat qdē exploratū.i.omnino perſpectū: omnino neminē ſuſpicaturum vnquā id. At ſi dares Mar. Craſſo hanc vim vt poſſet perſcriptus eſſe hæres qui reuera non eſſet percuſſione digitorum (crede mihi) ipſe ſaltaret.i.exultaret & geſtiret præ gaudio in foro. Homo autē iuſtus & is ſup. vir bonus quē bonū virum ſentimus nihil pertraheret cuiq̄ quod tranſferat i ſe. Is qui admiratur hoc.i.qꝫ vir bonus hoc faciat: fatet̄ ſe neſcire qui ſit vir bonus: At vero ſiqs voluerit euoluere notionē.i. cognitionem animi ſui.i. conſcientiæ ſuæ complicatam: ideſt inuolutam affectionibus variis. Iam ipſe docebit ſe eum eſſe bonum virum qui proſit quibus poſſit & noceat nemini niſi laceſſitus iniuria (hoc illis viſum: perfectio autem euangelica progreditur.) Quid ergo ſupple dicemus nocet ne hic qui perficiat quaſi quodam veneno .ſ. blanditiarum: vt moueat.i. ſubmoueat a teſtamento veros hæredes: & q ſuccedat in locum eorum. Quis.i.aliqs dixerit.i.dicere poſſit. Et ergo ſup.talis non faciat quod ſit vtile: & quod expediat (immo dicit Cic.) intelligat nihil nec expedire:nec vtile eſſe quod ſit iniuſtū:q non didicerit hoc: nō poterit eſſe bonus vir. Fimbriam &c. Eādem rem per ſe quitur vſq; adeo dilucide: vt centies tratum coepti laboris poenituerit: ſed qa hactenus auriculas ſubmiſi pergam. Ego audiebam de parte noſtro. Fimbriam conſularē.ſ.uirū fuiſſe Marco Luctatio Pythiæ equiti romano: ſane.i.valde honeſto.i.honoratione digne: & ſummo loco nato: ac uirtutibus prædito per iudicem.i.loco iudicis deſumptum.

cum is ſponſionem feciſſet,ni bonus vir eſſet. Itaq; et dixiſſe fimbriã ſe illã rem nunq̃ iudicaturum, ne aut ſpoliaret fama probatum hominem,ſi contra iudicaſſet,aut ſtatuiſſe uideretur virum bonum aliquem eſſe cum ea res innumerabilibus officiis & laudibus cõtineretur. huic igitur viro bono, quem Fimbria etiam nõ modo Socrates nouerat,nullo modo uideri poteſt, quicq̃ eſſe vtile,quod non honeſtum ſit. Itaq; talis vir non modo facere, ſed ne cogitare quidem quicq̃ audebit:quod non audeat prædicare. Hæc nõne eſt turpe dubitare philoſophos:quæ ne ruſtici quidẽ dubitent,a quibus natum eſt id:quod iam tritum eſt uetuſtate prouerbium. Cum enim fidem alicuius:bonitatemq; laudãt, dignum eſſe dicunt, qui cũ in tenebris mices. Hoc quam habet uim,niſi illam,nihil expedire qđ nõ deceat,ẽt ſi id poſſis nullo refellente obtinere? Vides igiť hoc ꝓuerbio neq; Gygi illi poſſe ueniam dari,neque huic,quem paulo ante fingebam digitorũ percuſſione hæreditates oĩum poſſe conuertere? Vt enim quid turpe eſt,id q̃uis occulteť:tamẽ honeſtum fieri nullo modo põt,ſic qđ honeſtũ nõ eſt id vtile ut ſit,effici nõ põt,aduerſante ẽt, & repugnãte natura.

PETR. MAR, CVM is luctatius. Sponſionẽ feciſſet: depoſuiſſet pecuniã:aſſeuerans ſe eſſe bonum virum: & ſponſionẽ faciens ni:ita iudicaretur: ſed fimbria uoluit iudicare:ne ſi aliter iudicaſſet, notaret infamia virum honeſtũ: & ſi eſſe bonum uirũ iudicaret: videretur cõſtituere aliquẽ eſſe bonũ:q multa debet habere: vt hoc nomine dignus ſit. ſponſio ait iuris peritus appellatur omnis ſtipulatio:promiſſioq;. Conera:q̃ ille ſpondens aſſeuerabat. Statuiſſe:ꝓ certo habuiſſe iudicaſſe. ſupra dixit. Sed cum ſtatuiſſet opus eſſe pecunia: & in academicis:ſtatuere aũt qui ſit ſapiens: hoc maxime videtur eſſe ſapientis. Cum ea res:eſſe uirum bonum. multis enim officiis hæc perfectio paratur & rebus laudabilibus:q̃m vt in p̃mo libro dictũ eſt ex ſententia Ariſtotelis vna hirundo non facit uer .nec poſſumus ſtatuere aliquẽ eſſe bonum: quia ipſum vidimus aliq̃n officio fungi. Nouerat:intelligẽ-ia.ſ.quoniam vix poteſt inueniri quemadmodus pfectus orator. Socrates: hunc bonũ uirum ſentiebat: & dicebat poſſe inueniri: & eſſe qui nihil mali faceret ẽt ſi ſciret omnis ignoraturos: ſed talẽ inueniri difficile eſt. Prædicare: palam dicere ſine pudore turpe inquit eſt de his rebus dubitare philoſophos:de quibus ruſtici non dubitant: a quibus hoc prouerbium originem habuit: quo oſtenditur cũ bono viro vbiq; bene agi. Qui cum:ideſt cum quo etiam noctu amotis luminibus & arbitris poſſumus ludere manibus: nam micare eſt manus mouere & digitos:quos explicando merum petimus. Bonus vir etiam ſi manus videri non poteſt:tamen dicet quot digitos explicauerit. Inde tractum eſt dimicare. Mices:ludas digitis:nunc dicitur morra. Micare: inquit Nonius eſt ſortiri digitis. Varro dixit. Micandum eſt cum græco,vtrum ergo illius numerum:an ille meum ſequatur. Vim:ideſt ſignificationem. Hoc quam habet vim:interpretatur Cice. vetus hoc prouerbium. Nihil expedire.i. nihil eſſe vtile,quod non decet. Et ſic concluditur nil eſſe agẽdum:quod iuſtitia vacet:ſed ſpectandum eſſe conſcientiam non teſtes. Sed quotus quiſq; hoc facit:vtinam ipſis legibus aperta vis non fieret:quoniam inquit turpe nulla occultatione fieri poteſt honeſtum: & quod vacat honeſtate non poteſt eſſe utile ita uolente natura quæ amat honeſtum. auerſatur q; turpitudinem. in.xii. philippica dicit. Nihil eſt magis vituperandum quam id facere quod non licet. Licere id dicimus: quot legibus quot more maiorum inſtitutiſq; conceditur:neq; quod quiſque poteſt id ei licet:nec ſi non obſtatur propterea etiam permittitur. Quintilianus in milite mariano ſic ait:viro forti & innocenti nihil facere conuenit: quod negandum ſit.

FRAN. MAT. SPONſionem:cum depoſuiſſet ꝓtiũ q; iudicaret: bonus vir:cum promiſiſſet facta ſponſione ſe hoc probaturum. De patre meo:de. M. Tullio Cice. Itaq; dixiſſe: ſed cum ad iudicium veniſſet:nõ admiſit Fimbria:dixit.n.nunq̃ ego de

Multa eſſe quæ in viro bono requiruntur

hac re iudicarẽt nunquid vir bonus ſis an nõ. Nã ſi negarem te virum bonum eſſe tibi facerem iniuriam. At uero ſi bonum virum eſſe dixero:vereor ne mentiar,multa enim ſunt quæ in viro bono requiruntur: & ita iudiciũ pronũciare noliut. Statuiſſe:diffiniſſe:determinaſſe. Ea res:eſſe bonum vir. Innumerabilibus officiis:officium eſt actio virtutis, Quod cur factum ſit rõ probabilis reddi poteſt:quis autẽ eſt qui omnia cum ratione faciat. Hinc igitur &c. Non ſolum philoſophi viderunt excellentiam uiri boni:ſed etiam fimbria: & mediocris uir ciuis Romanus. Prędicare:quicqd fecerit uir bonus:id ipſum ẽt laudare audet: & eſt illud quod dixi:q; nunq̃ uir bonus ab officio diſcedit:ſed quicqd facit officium eſt. Cuius probabilis ratio reddi põt: ergo cũ aliquid facit laudari etiã illud poteſt:bonũ prædicari poteſt:malũ non poteſt. Vnde ait in paradoxis an quiſq̃ ſe de uoluptate effert. Hoc non turpe &c. ciuem Romanum oſtẽdit uim & proprietatem boni uiri cognouiſſe: idem etiam ruſticos noſſe dicit. apud quos prouerbium eſt quod maxime ad uirum bonum pertinet. Dubitare: uidelicet uirum bonum nihil unq̃ utile putare quod non ſit honeſtum. Tritum: frequens cõſuetudine. tranſlatio ſumpta a ueſtibus. Qui cum: cum quo. Mices. digitis ſortiris: & laudas. Micare eſt digitis ſortiri & ludere. Micare ẽ digitis ludere Refellente: prohibente. Vides hoc prouerbio: qđ eſt ruſticorum non concedi cuiq̃ ut peccet ẽt ſi id dam oibus facere poſſit. Huic. M. Craſſo. Vt enim &c. Sicut turpitudo ẽt ſi occultari poteſt:tamen honeſta non eſt. Sic vtile eſſe non poteſt quod turpe fuerit. Repugnat enim natura vt quod turpe ſit idem vtile etiam ſit. At cum per magno &c. quæſtio eſt. Dicere enim quiſpiam poſſet:etiã ſi nihil vtile putandum eſt quod idẽ honeſtũ nõ ſit: tamen accidere poteſt ut tãta ſit utilitas quę præponi poſſit honeſto admodum paruo. Quod ſi accidat vt maxima ſit vtilitas: honeſtas parua pręponenda eſt vtilitas: & exemplo probat.

ASCE. CVM is.ſ.luctatius feciſſet ſponſionem.i.depoſuiſſet aliquid quod amiſſurus eſſet ni.i.niſi eſſet vir bonus. Itaq; audiebam fimbriam dixiſſe ſe nunquã iudicaturum illam rẽ. an ſcilicet vir bonus eſſet, ne aut ſpoliaret hominem probatum fama ſup. ſua ſi iudicaſſet contra: ideſt non eſſe bonum virum: aut ne videretur ſtatuiſſe aliquem eſſe virum bonum: cum ea res: ſcilicet bonum uirum eſſe contineretur numerabilibus officiis & laudibus. Igitur nullo modo videri poteſt huic viro bono quem etiam Fimbria: Non modo .i.nedum Socrates nouerat quicq̃ eſſe vtile quod non ſit honeſtum. Itaq; talis vir non modo.i.non ſolum:non audeat facere quicquam ſed nec cogitare quidem quod non audeat prædicare.i.publice fateri. Nonne hoc eſt turpe: videlicet phos dubitare ea quæ ne ruſtici quidem dubitent. A quibus ſ.natum eſt prouerbium quod iam tritũ eſt uetuſtate. Cum enim ruſtici laudent fidem & bonitatem alicuius:dicunt cũ eſſe dignum:q cum.i.cum quo mices.i. micãdi ludum exerceas,in tenebris. Micare aũt ẽ leuatis aut depſſis ab vtroque ludẽtiũ digitis diuinare pare ne an impares ſint ab utroq; leuati:quod in tenebris ſciri nõ põt niſi plena fide ſit:q cum ludas,ut uere dicebat quod leuarit. Quã vim,i.uirtutẽ aut ſignificantiã habet hoc .ſ. prouerbiũ,niſi illum nihil expedire.i.vtile eſſe quod non deceat. etiam.i. quamuis poſſis obtinere id nullo refellente. Vides ne igitur hoc prouerbio neq; veniam poſſe dari illi Gygi de quo prius dictum eſt.qui beneficio annuli inuiſibilis effectus regem interemit Lydorum. Nec huic quem ego fingebam pauloante poſſe conuertere.i.ad ſe trahere hæreditates omnium percuſſione digitorum

Fimbria nunq̃ voluit iudicarẽ an luctatius vir bonus eſſet

Prouerbiũ vet'

Honeſtũ nõ poteſt eẽ vtile

Atenim dum per magna prǣmia ſunt, eſt cauſa pec candi C. Marius cum a ſpe conſulatus longe abeſſe, & ſeptimum annum poſt præturam iaceret. neq; periturus vnq̄ conſulatum videretur Q. Metellum, cuius legatus erat, ſummum virū & ciuem, cum ab eo imperatore ſuo Romam miſſus eſſet, apud populū Romanum criminatus eſt, bellum illud ducere, ſi ſe conſulem feciſſent, breui tempore aut viuū aut mortuū Iugurtham ſe ī poteſtate populi Romani redacturū. Itaq; factus eſt ille quidem conſul, ſed a fide iuſtitiaq; diſceſſit: qui optimū & grauiſſimum ciuem, cuius legatus, & a quo miſſus eſſet, in inuidiam falſo crimine adduxerit. Ne noſter quidem Cratidianus officio boni viri functus eſt, tunc: cum prætor eſſet collegiumq; prætorum tribuni plebis adhibuiſſent, ut res nummaria de communi ſententia conſtitueretur. Iactabatur enim temporibus illis nūmus, ſic vt nemo poſſet ſcire quid haberet: conſcripſerunt communiter ædictū cum pœna atque iudicio, conſtitueruntq; vt omnes ſimul in roſtra poſt meridiem deſcenderent, & cæteri quidem alius alio, Marius a ſubſelliis in roſtra recta, idq; quod communiter cōpoſitum fuerat, ſolus edixit: & ea res, ſi quæris, ei magno honori fuit omnibus vicis ſtatuæ factæ, ad eas thus & cerei. Quid multa? Nemo unquam multitudini fuit charior. Hęc ſunt q̄ conturbant homines in deliberatione nōnunquam, cum id in quo violatur æquitas non ita magnum. Illud autem, quod ex eo paritur per magnum videatur, vt Mario præripere collegis & tribuni plebis popularē gratiam non ita turpe conſulem ob eam rem fieri, quod ſibi tunc propoſuerat, ualde vtile uidebatur.

torum. Enim pro quia vt.i. quēadmodū id quod turpe eſt quamuis occultetur, tamē nullo modo poteſt fieri honeſtū: ſic effici non poteſt vt id quod non eſt honeſtum ſit vtile aduerſante etiam natura & repugnante.

PETR. MAR. ¶ AT enim: ponit id quod dicere poſſet aliquis: tunc. ſ. peccandum eſſe cum magna præmia pponunt: & cōſutat hoc dicens: nullo præmio diſcedēdum eſſe ab officio. & ponit exemplum Marii qui cōſulatum tandem adipiſceret fidem violauit & iuſtitiam. hæc diffuſius ſcribuntur a Salluſtio ī Iugurthina hiſtoria. ¶ Poſt præturam: quoniam vt dictum eſt, a prætura licebat petere conſulatum & ille dicebatur ānus ſuus. Metellus collegam habuit Syllanum. ¶ Neq; petiturus: imo Salluſt. ſcribit Mariū rogaſſe miſſionem a Metello conſulatum petendi genera: & Metellum monuiſſe Mariū: ne tam praua cōciperet: neu ſuper fortunam animum gereret. ¶ Apud populum: Sallu. dicit Marium criminatum fuiſſe Metellum apud negociatores: quorum magna multitudo vticæ erat & ſi dimidia pars exercitus ſibi permitteretur: paucis diebus Iugurtham in cathenis habiturum: ab Imperatore conſulto bellum trahi. ¶ Ducere: protrahere captum dulcedine imperii. ¶ Nec noſter: ponit aliud exemplum quo oſtenditur malitia quadam violatam fuiſſe æquitatem: hæc enim diſputatio: vt dixi eſt de his quæ pertinent ad iuſtitiam & prudentiam. Vtilitas quippe iuſtitiā peruertit & malitia prudētiam. Ideo dixit ſupra nullam eſſe maiorem perniciem vitæ humanæ ſimulatione intelligentiæ in malitia. ¶ Res nummaria: vt nummi certum pretium imponeretur: quoniam nūc augebantur: nunc minuebantur: quod noſtro tempore ſit de nummis aureis. ¶ Iactabat: fluctuabat: & incertam habebat æſtimationem atq; indicaturam: nunc pluris: nunc minoris valebat: & ſic nemo poterat ſcire quid haberet. ¶ Aedictō: quo erat conſtituta re nummaria: propoſita pœna ſiquis contra feciſſet. ¶ In roſtra: forum. ¶ A ſubſelliis: loco in quo cōuenerant acturi de re nummaria adhibiti a tribunis quorum erant ſubſellia. Aſconius pedianus ſcribit ſubſellia eſſe tribunorū: triū virorū: quęſtorū. Tribunalia prætorū & maiorum cauſarum. ¶ Eduxit: enumerauit atq; ppoſuit. ¶ Paritur: acquiritur. ¶ Collegis: ſociis in magiſtratu.

FRAN. MAT. ¶ AT. ſ. dicet aliquis. ¶ C. Marius: hic cū legatus eſſet metelli q poſtea numidicus cognominatus eſt, cupiditate conſulatus miſſionem impetrauit ab imperatore: & cum Romam veniſſet habita contione ſtatim metellum imperatorem ſuum accuſauit. Illum de induſtria ducens bellum contra Iugurtham trahere. Iugurtham vel viuum vel mortuū ſe illis traditurum pollicens. Si ipſe imperator mitteretur: tantum effecit & mouit hac oratione populum: vt ſequentibus comiciis conſul crearetur & in eam prouinciam mitteretur cum imperio. Quam metellus propemodum iam debellauerat, Contra honeſtatem fecit Marius, Quod maior affulſit vtilitatis ſpecies videlicet vt conſul crearetur et præmia victoriæ Metello eriperet. ¶ Iaceret: contineretur. ¶ Fide: quam ſeruare debuit imperatori ſuo. ¶ Iuſtitia: diſtributiua debuiſſet enim colere & obſeruare imperatorem ſuum non criminari. Nam iuſtitia diſtributiua, vult vt ſuū cuiq; tribuamus. ¶ Nec videtur quidem &c. Cratidianus quoq; vt fauorē populi compararet quem maximi faciebat ab honeſtate diſceſſit. ¶ Prætor: erat prætor. Cratidianus Tribuni plebis ad collegium prætorum: venerant, vt ædicto ſuo rem nūmariam conſtituerent: quæ maxime perturbata erat: auditis Tri. ple. inter ſe collocuti ſunt: & cōmuniter ædictum compoſuerunt quo rē nummariā ſtatuerunt. Itaq; cum ſurrexiſſet alii nō prius. Cratidianus ſurrexit a ſubſellis q̄ alii abuſſent: credebant illi Cradianum remanſiſſet: vt uidelicet iuriſdictionem petētibus miniſtraret. Sed cratidianus a ſubſelliis ſurgens recta ad roſtra acceſſit: quæ cum aſcendiſſet. Solus ædictum illud promulgauit quod communiter factū fuerat: ex quo ſolus ipſe tantum fauorem populi cōſecutus eſt: vt ſequenti anno cōſul creatus ſit: ergo ille præripuit gratiam quæ ſibi cū collegis cōmunis erat. ¶ Iactabatur nummus: hoc eſt nummi pretium variabat: vt vel pluris uel paucioris exiſtimaret qd in aureolis: & aliis pecuniis: ſæpe ætate nr̄a in diuerſis italiæ ciuitatibꝰ factitatū eſt: ſi dicit Cice. Ro. eccidiſſe vt nemo ſciret qd poſſideret ſiqs habuiſſet. x. millia nūmū ſcire nō poterat quantū haberet nūmū: cū mō pluris: modo minoris nūmus exiſtimaret. Ideo dicit nūmariā illis tpibus fuiſſe pturbatā. ¶ Iactabat: variatio accidebat: vt ptiū variaretur nūmi. ¶ Pœna atq; iudicio. i. pœna iudicii: conſtituta eſt pœna in eos q cōtra eorū iudiciū facerent. ¶ Thus. ſ. accēſum eſt. ¶ Cerei. ſ. accenſi ſunt. ¶ Tūc, cū collegas, decepit.

¶ AT enim. i. ſed certe dicet aliqs: cū. i. qn̄ præmia ſunt per magna. i. valde magna eſt cā peccandi. Caius Marius cum longe abeſſet a ſpe cōſulatus: a iaceret. i. neglectus & humilis eſſet ſeptimū annū poſt pturā: neq; videret petiturus vnq̄ cōſulatum. criminatus eſt. i. accuſauit. Qu. Metellum ſummū virū & ciuē cuius erat legatus cū eſſet miſſus ab eo ſuo impatore Ro. criminatus ē inq̄ eū apud Popu. Ro. ducere. i. qd duceret. i. ptraheret illum bellum: addens, ſup. ſi Ro. feciſſent cōſulē ſe breui tpe redacturū in poteſtatē Pop. Ro. Iugurtham Regē numidarum, aut viuū aut mortuū. Itaq; ille quidem. ſ. Marcus eſt factus conſul, ſed diſceſſit a fide & iuſtitia: qui adduxerit falſo crimine. i. falſa criminatione optimū & grauiſſimum ciuem: videlicet Metellum cuius legatus: & a quo miſſus eſſet in inuidiam. Nec quidem noſter Cratidianus eſt functus officio boni viri tunc cū eſſet prætor: & Tribuni plebis adhibuiſſent collegium. i. cōſortium prætorum vt res nummaria: ideſt pecuniaria cōſtitueretur de communi conſenſu. Enim pro quia: nummus iactabat. i. incerti valoris hēbatur illis temporibus: ſic vt nemo poſſet

De iuſtitia diſtributiua & cratidiano prætore

Nūmus

Pœna

Cerei

ASC ē.

Sed omniũ, vna regula eſt, quã cupio tibi eſſe notiſſi-mã: aut illud, qđ vtile videtur: turpe ne: aut ſit turpe eſt, ne videatur eſſe vtile. Quid igitur? poſſumus ne aut illũ Marium virum bonũ iudicare, aut hunc? Explica atq; excute intelligentiam tuam: vt vides quæ ſit in ea ſpecies, forma: & notio viri boni. Cadit ergo in virum bonum mentiri emolumẽti ſui cauſa, criminari, prçripere, fallere? Nihil profecto minus. Eſt ergo vlla res tanti, aut cõmodum vllum tam expetendum: vt viri boni & ſplendorem & nomen amittas? Quid eſt quod afferre tantũ vtilitas iſta (quç dicitur) poſſit, quantum auferre ſi boni viri nomen eripuerit? fidem iuſtitiamq; detraxerit? Quid enim intereſt vtrum ex homine ſe cõuertat quis in beluam, an in hominis figura immanitatẽ gerat beluç? Quid? qui oĩa recta & honeſta negligunt, dummodo potentiam conſequantur: Nonne idẽ faciũt, quod is qui etiam ſocerũ habere voluit eũ: cuius ipſe: audacia potens eſſet? Vtile. n. videbat ei plurimum poſſe alteri⁹: inuidiã. Id q̃ iniuſtum in patriam, q̃ inutile, q̃ turpe eſſet, non uidebat,

ſcire quid haberet. Conſcripſerunt. ſ. prætores & tribuni communiter. i. cõſenſu communi. æditum. i. mandatum publicum cũ pœna, & iudicio. i. quæ ſine alio iudicio exigeretur a trãſgreſſoribus: & conſtituerunt: vt omnes ſimul deſcenderent in roſtra. i. locum vbi publicabantur edicta. ideſt munita roſtris nauium antiatiũ. Et cæteri quidã ſup. abierunt alius alio. i. in aliũ quẽuis locum. i. in diuerſa loca abierũt cæteri. Marius ſup. profectus eſt recta ſup. via a ſubſellis. i. ſedibus in quibus conſulentes ſedebant in roſtra. i. loca vnde ædicta publicabatur vt dixi: & ædixit ſolus id qđ fuerat cõpoſitum cõmuniter. Vt ſi quçris an ſup. ea res fuit ei magno honori. i. ad magnum honorem. Statuæ ſupple factæ ſunt ei in omnib⁹ vicis: & ad eas ſtatuas. ſ. ſup. apponebantur thus & cerei qui deorũ imagines honorabantur. Quid multa ſup. dicam. Nemo fuit vnquam carior multitudini. Hçc. i. huiuſmodi ademptiones bonorum ſunt quæ conturbant nonnunquam homines in deliberatione: cum id in quo violatur æquitas nõ videatur ita: ideſt valde magnum. Illud autem quod paritur: ideſt acquiritur ex eo. ſ. facto videatur per magnum. i. valde magnum, ut. i. quemadmodum videbatur Mario nõ ita. i. non valde turpe præripere collegis & tribunis plebis popularem gratiam: & fieri ob eam: rem conſulem quod propoſuerat ſibi: tunc videbatur valde vtile.

PETR. MAR. ¶ SED omnium: ponit Cicero optimam regulam ad ſeruandum officium: quoniã vbi eſt turpitudo: non poteſt eſſe vtilitas: quæ nũquam eſt niſi cum honeſtate. Ergo Marius vituperandus eſt & Cratidianus. Nulla quippe apparens vtilitas tanti eſt: vt boni viri nomen amittatur. Virtus enim omnia ſuperat. ¶ Quid eſt quod: quaſi dicat nihil. ¶ Quid enim intereſt: nihil mihi differre videtur ſi quis conuertatur in belluam: ac ſi quis in forma hominis mores belluæ teneret: belluarum proprium eſt violenter diripere. ¶ Quid qui omnia &c. Vterq; Marius de quibus dictum eſt vnum ſcelus commiſit: & alter quidem ſuum imperatorum criminatus eſt: alter collegas decipit. Sed illi ſunt peſſimi & perniciosiſſimi: qui omnia committunt ſcelera modo potentiam conſequantur: vt Pompeius: nam hoc loco Pompeium tangit qui cum videret Cæſarem audacem eſſe: cum illo affinitatem iunxit: vt apud illum omnis inuidia eſſet: apud ſe aũt ipſum poteſtas. ¶ Is qui ſocerum: pompeium taxat: qui Iuliã Cæſaris filiam duxit vxorem: vt Cæſaris audacia ſubnixus multa ad libidinem facere poſſet.

FRAN. MAT. ¶ SED omnium &c. poſt exempla duorũ q Romanorũ quibus oſtendit homines ſæpe decipi vt relicta honeſtate turpitudini hæreant, cũ aliqua vtilitas maior honeſtate obiecta eſt. Nũc regulam ponit: qua dicit ſi hoĩes noluerint officium impellere inconſultando hoc ſeruent, vt quoties aliqđ propoſitũ fuerit quod vtile videat: inquirant nunquid ſit honeſtũ: quod ſi honeſtum fuerit vtile putent: ſi contra inutile. ¶ Quid igitur: oſtendit: neq; Marium illum qui fuit ſepties cõſul: neq; Mariũ Cratidianum virum bonum fuiſſe quia vterq; facit: quod illis vtile videbatur: & tamen turpe fuit vtilitas ſpecie ducti ſunt. ¶ Explica, exerce vt Marcellus interpretatur: ſed melius eſt ſi exponas euolue. Nam ſupra ait: ſi quis voluerit animi ſui rationem complectam euoluere. ¶ Species, cum intelligentiam tuam excitaueris

Nota hũc textum

videbis nullam in his ſpeciem fuiſſe boni viri. ¶ Cadit: ergo intendit argumentum & ſibi ipſe reſpondet. Sic autem argumentatur, qui mentitur, vir bonus eſſe non poteſt: ii mentiti ſunt: non igitur viri boni eſſe potuerunt. ¶ Metiri: ad vtrunq; ſpectat Marium: & alium Marium Cratidianum. ¶ Criminari: ad Caium Marium ſpectat. ¶ Præripere & fallere: ad cratidianum. ¶ Eſt ergo vlla res tanti: Caius Marius & cratidianus viri boni nõ fuere. nam mentiti ſunt. mentiri autem: & fallere remotiſſima ſunt a viro bono nõ igitur viri boni ſunt. Sed quæ nam vtilitas tanta eſſe poteſt qua cum hoc nomine viri boni comparari poſſit: nõ igitur vtile fuit quod vtilitatis ſpẽm afferebat. ¶ Eſt ergo: quaſi dicat nulla eſt tãta vtilitas. ¶ Quid eſt quod quaſi dicat nihil. ¶ Quid enim intereſt: nihil mihi defferre videtur ſi quis conuertatur in belluam: ac ſi quis in forma hominis mores belluæ teneret; belluarum propriũ eſt violẽter diripere. ¶ Quid qui omnia &c. Vterq; Marius de quibus dictũ eſt vnũ ſcelus cõmiſit: & aliter quidẽ ſuũ imperatorẽ criminatus ẽ: alter collegas decepit:

Si aliquis belluarũ mores tenuerit eſto bellua.

Sed illi ſunt peſſimi & perniciosiſſimi: q oĩa cõmittunt ſcelera modo potentiam conſequantur: ut Põpeius: nam hoc loco Pompeium tangit qui cum videret Cæſarem audacẽ eſſe: cum illo affinitatem iũxit vt apud illum omnis inuidia eſſet: apud ſe autem ipſum poteſtas. ¶ Is: Pompeius. ¶ Socerum: Cæſarem. ¶ Cuius audacia: nã potentiam Põpei populus imputapat Cæſari: dicebat eũ niſi Cæſar eſſet hoc Pompeius non faceret. ¶ Vtile ei videbatur: ſpecie vtilitatis deceptus eſt Põpeius: uidit qđ vtile erat videlicet opes augere: ſed nõ vidit quã eſſet inhoneſtũ id alterius inuidia facere.

ASCẽ. ¶ SED vna regula ex omnium, quam ſupple regulam ego cupio eſſe notiſſimã tibi: aut ne illud qđ videt vtile ſi turpe aut ſi turpe eſt. ne. i. q non videatur vtile. Quid igitur ſup. dicam. Poſſumus ne aut illum Marium qui Metellum accuſauit: iudicare virum bonum: at hunc: ſcilicet Cratidianum qui collegis impoſuit. q. d. minime. Explica atq; excute intelligentiam tuam vt videas quæ ſpecies: notio: & forma boni viri ſit in ea. Ergo ſi tales viros bonos dicamus mẽtiri: criminari: præripere: fallere cauſa ſui emolumenti: ideſt ſingularis commodi & lucri cadit in virum bonum. Reſpõſio. Profecto: ideſt reuera; nihil minus ſupple cadit in eum quam mentiri &c. Eſt ergo vlla res tãti: aut vllum commodum tam expetendum vt amittas & ſplendorem & nomẽ boni viri. Quid eſt quod iſta quæ dicitur vtilitas poſſit afferre tantum. i. tam magnum ſup. commodum: quãtum auferre ſupple poteſt: aut quantum auferret ſi eripuerit nomen boni uiri: & ſic detraxerit fidem & iuſtitiam: quaſi dicat nihil. Enim pro quia quid intereſt vtrum quis conuertat ſe ex homine in belluam: an gerat in figura hominis immunitatem belluæ: quaſi dicat nihil. Qui modus interrogãdi dum confidenter loquitur. At ſi dicas quaſi dicimus: hi q negligunt omnia recta & honeſta dũmodo conſequantur potentiam nonne faciunt id quod is. ſ. Pom. fecit qui etiam ſocerum habere uoluit eum cuius audacia ipſe potens eſſet uidelicet Cçſarem. Enim pro quia utile uidebatur pompeo poſſe plurimum inuidia: ideſt per inuidiam alterius: & non uidebat. q̃ ideſt quãtum iniuſtum: q̃ inutile: & q̃ turpe eſſet id inr: ideſt contra patriam.

Ipſe autem ſocer in ore ſemper græcos verſus Euripidis de phœniſſis habebat: quos dicam, vt potero, incondite fortaſſe: ſed tamen vt res poſſit intelligi, Nam ſi violandum eſt ius, regnandi gratia violandum eſt, aliis in rebus pietatem colas. Capitalis Eteocles, vel potius Euripides: qui id vnum quod omnium ſceleratiſſimum fuerat, exceperit. Quid igitur minuta colligimus, hæreditates, mercaturas, venditiones fraudulentas? Ecce ille, tibi qui rex populi Romani dominuſque omnium gentium eſſe concupierit, idque perfecerit, hanc cupiditatem ſi quis honeſtam eſſe dicit, amens eſt. Probat enim legum, & libertatis interitum, earumque oppreſſionem tetram, & deteſtabilem, glorioſam putat. Qui autem fatetur honeſtum non eſſe in ea ciuitate, quæ libera fuit, quæque eſſe debeat, regnare, ſed ei, qui id facere poſſit, eſſe vtile, qua hunc obiurgatione, aut quo potius conuitio a tanto errore coner auertere? Poteſt enim (dii immortales) cuiquam eſſe vtile, fœdiſſimum, & teterrimum parricidium patriæ, quamuis is, qui ſe eo obſtrinxerit, ab oppreſſis ciuibus parens nominetur?

PETR. MAR. ¶IPSE autem ſocer. Nunc Cæ. cupiditatem regnandi deteſtatur: quia iuſtitiam violauit fidẽ & oẽ fas. ¶De phœniſſis: tragœdia euripidis: quæ inſcribitur phœniſſæ: a choro phœniſſarũ quæ e Tyro profectæ thebas cõceſſerũt vt delphico Appollini dona ſacrarent & affinitatẽ inter ſyros & thebanos ob cadmũ cõditorẽ repeterunt: iã thebæ obſidebantur ab argiuis in gratiã polynicis: qui data fide publica vrbẽ intrauit vt cũ etheocle corã matre de regno diſceptaret vt canit Euripides. Oedipus Lai regis Thebani filius ex matre iocaſta: quã ignorans vxorẽ duxerat: quatuor ſuſcepit filios: Etheoclẽ: Polynicẽ: Antigonẽ: & Iſmenẽ: cũ reſciſſet iocaſtam eſſe matrẽ: & Laiũ patrẽ a ſe apud Phocida interfectum: oculos ſibi eruit: & in tenebris vitã trahens regnũ filiis reliquit vt alternis ãnis regnarẽt. Etheocles maior natu regnare cœpit. Polynices ad Adraſtum argiuorũ regẽ exulatũ abiit cuius filiam duxit vxorẽ. Finito anno Etheocles ſceptrũ fratri negauit: & diſputans cum matre iocaſta de vtili & honeſto adeo tyrãnidẽ cordi eſſe ſibi dicit: vt ſuperis diis & inferis imperare exoptet: iungantur inquiens eq curribus, & cãpi curribus impleantur nõ enim relinquã polynici Tyrannidẽ: & addidit hæc verba quæ verſibus proſecutus eſt Euripides. Miſſus eſt ab Adraſto Tydeus: qui ẽt Adraſti gener erat: vt regnũ repoſceret. Etheocles iure gentium violato quinquaginta viros lectos in inſidiis poſuit: vt Tydeum redeuntem trucidarent quos ille confecit omnis relicto Meone cædis nuntio: ob id Adraſtus comparato exercitu, Thebanos bello inuaſit malo ſidere & auibus: quoniam victus vix operationis eq eua ſit. Alii duces in prælio ceciderant. Amphiaraus hauſtus a terra. Tydeus vulneratus a Menalippo. Hippomedon in Iſmeno ſubmerſus. Parthenopeus manu dryantis confectus. Capaneus ictus fulmine. Polynices & Etheocles congreſſi mutuis vulneribus occubuerunt. Hoc bellum cecinit Papinius in Thebaide. ¶Incondite: inconcinne. inconditũ dicitur quod non eſt ordine compoſitum. ¶Capitalis: pernicioſus & ſceleratus: damnat Cice. hanc ſententiam Etheoclis vel potius Euripidis: qui fecerit hanc exceptionẽ. Violandum. ſ. eſſe ius gratie regnandi. Hoc enim exemplo & ſententia Euripidis alii ad hoc ſcelus irritati ſunt vt ipſe Cæſar. Sed Euripides vituperandus non eſt: quoniam ſeruabat decorum perſonæ: quam tractabat: non quia ipſe cenſeret violandum eſſe ius & pietatem propter regnum. ¶Ecce tibi: non opus eſt inquit minuta colligere: videamus: quid fecerit Cæſar: qui omnem honeſtatem reliquit: & patriam perdidit ſuam & ciues. Et ſic inſectatur Cæſarem: vt alios a tyrannide deterreat. ¶Ecce tibi: ex ſtomacho loquitur. Sic & Plinius in epiſtolis. Ecce tibi regulus. ¶Amens: expers prudentiæ: quia ignorat quid ſit honeſtum: quid vtile: & ſi aliud factum Cæſaris laudat: neceſſe eſt: vt laudet interitum legum & oppreſſionem: quod eſt omnino nefandum. ¶Poteſt enim: ratio quare non eſt vtile. ¶Teterrimum: crudele. ¶Parens nominetur. quia dictus eſt pater patriæ: cum parricida appellari deberet.

FRAN. MAT. ¶IPSE autem & cætera. Sed ipſe ſocer nihil minus peccauit qui græcos verſus de phœniſſis euripidis ſemper in ore habebat: videlicet εἴπερ γὰρ ἀδικεῖν χρή, τυραννίδος πέρι κάλλιστον ἀδικεῖν. τἄλλα δ' εὐσεβεῖν χρεών. Sunt in Euripidis tragœdia de etheocle & polynice quæ inſcribitur phœniſſæ: primas enim illic partes habet chorus mulierum phœniſſarum adhuc eſt in manibus tragœdia. ¶Dicam: latine. ¶Vt potero: vitat arrogantiam & tamen ita traduxit vt melius verti non poſſint. ¶Incondite: inornate. ¶Capitalis & cæte. deteſtatur hos verſus Cicero & etheoclem qui hoc prætextu vſus eſt ad matrem: cum illa hortaretur vt fratrem in regnum reſtitueret. ¶Capitalis: pœna capitis dignus. ¶Id vnum: videlicet regnũ: nam cætera excepit in quibus colendam pietatem dicit. ¶Quid igitur & cætera: quia dixit Cæſarem ſpem vtilitatis ductum regnum affectaſſe: iõ dixit opus nõ eſſe cætera minora quæ vtilia videntur commemorare: cum inuenti ſint qui in libera ciuitate regnum affectare auſi ſint: & nõ ſolũ affectauerint ſed etiam occupauerint. ¶Minuta: regni cõparatiõe. ¶Hanc cupiditatem: probat nõ eſſe appetẽdum regnum a partibus honeſti a iure ſcripto: & a iure naturali: idest pietate: & a conſequenti abſurdo: primo autem vtitur dilẽmate. Regnũ i libera ciuitate appetere aut turpe eſſe dicis aut honeſtũ: ſi honeſtũ dicis ſtultus es: quis. n. dicat libertatẽ patriæ tollere honeſtũ eſſe? Quod ſi turpe eſt dicit: & tamen vtile videamus: nũquid verũ ſit vt quod turpe eſſe concedis: vtile eſſe poſſit: & ita probat quod turpe eſt vtile eſſe non poſſe. ¶Legum: contra ius ſcriptum. ¶Libertatis: contra pietatem. ¶Libertatis interitus eſt contra pietatem: Eſt autem pietas per quã ſanguine coniunctis & patriæ beneuolis officium & diligens tribuit cultus: qui patriam opprimit is cõtra pietatem facit. Quod autẽ fatetur: ſi dicas: nõ eſſe honeſtũ regnũ appetere in libera ciuitate: ſed tamen vtile eſſe ei qui facere poteſt: quæ digna ſatis in re reprehenſio inueniri poteſt. ¶Obiurgatione: hæc inter amicos eſt & familiaris reprehenſio: at vero conuitium contra hoſtes & nõ caret maledictis. ¶Poteſt enim & cætera. A conſequẽti probat abſurdo hoc modo: ſi vtile eſt regnare: vtilis & patriæ interitus: ſed hoc conſequitur abſurdum. ¶Fœdiſſimum: turpiſſimum: & obſcœniſſimũ. ¶Teterrimum: crudele: & infandum. ¶Parens nominetur: quia dictus eſt pater patriæ: cũ potius parricida appellari deberet.

Legum cõtra ius ſcriptum libertatis cõtra pietatem

ASCẼ. ¶IPSE autem ſocer: ſcilicet Cæſar habebat ſemper in ore verſus græcos euripidis poetæ de phœniſſis: idest ſumptos de tragœdia euripidis quæ phœniſſæ dicebatur: quos ſcilicet verſus ego dicam: ſcilicet latine vt potero fortaſſe incondite ſed tamen ita ſupple: vt res poſſit intelligi. Nam ſi ius eſt violandum eſt gratia regnandi: colas pietatem in aliis rebus. Etheocles in cuius perſona hoc apud euripidem dicitur: aut potius euripides: qui hoc dicere fecerat: eſt capitalis: idest capitaliter peccans: quia exceperit id ſolum quod fuerat ſceleratiſſimum omnium. ſ. cauſa regnandi ius & pietatem violari licere. Quid igitur colligimus minuta: hæreditates: mercaturas: & venditione fraudulentas: quaſi dicat non opus eſt. Nam ecce tibi ſupple paratus eſt Cæſar: qui concupierit eſſe rex Populi Romani & dominus omnium gentium: & qui perfecerit id. Si quis dicit hanc cupiditatem. ſ. regnandi eſſe honeſtatem: ipſe eſt amens. i. penitus ſine mente & ratione, Enim pro quia ſupple, talis

Verſus euripidis

probat.i.approbat interitum legum & libertatis. & putat terram. & deteſtabilem oppreſſionem earũ eſſe glorioſum. Aũt pro ſed qui fatetur non eſſe honeſtum regnare in ea ciuitate quæ fuit & quæ eſſe debeat libera: ſed vtile eſſe ei quod poſſit facere id: qua obiurgatione: aut potius quo nõ initio coner auertere hunc.i.ita iacentem a tanto errore.

te: vt vbi honeſtas ſit: illic exiſtimemus vtilitatem eſſe. ¶ Et quidem ſit & cætera: verbis quidem vtilitas & honeſtas diſcrepant: re autem minime. Nam alius ſermo eſt vtilitas: & aliud honeſtas. Senſus idem eſt: & eſſe debet. Nam ſi honeſtum vtile: & ſi vtile honeſtum. ¶ Nunc ab eo &c. Non vtile eſt regnare: ex natura probat ipſius regni ſi nocet regnare nõ eſt bonum: nocet autem: bonum igitur eſſe non põt: præterea ſi regnum fideles amicos nõ habet non eſt vtile. infideles autem ſemper habet: non igitur vtile: præterea ſi regnum curas & ſollicitudines affert: vtile non eſt: affert autem: non igitur vtile. Arguit ergo a contrario prodeſſe & nocere cõtraria ſunt: ſi bonum eſt regnum prodeſt: ſi malũ nocet: autẽ igitur malũ. ¶ At cui regno: intendit argumentum hoc modo: ſi hæc mala inſunt regnis legitimis. Quãto magis inſunt regnis iniuſte partis? Sunt autem regnis legitimis: ergo multo magis iniuſte partis. Quod autem inſunt hæc mala regnis legitimis probat ex auctoritate Accii poetæ: qui cum loqueretur de Atreo: & Thyeſte qui reges erant legitimi. Nã pelops ex Tantalo. Atreus

Prodeſſe & nocere ſunt oppoſita

Enim pro quia o dii immortales: poteſt fœdiſſimum & teterrimum parricidium patriæ eſſe vtile cuiquam: quãuis is qui obſtrinxerit.i. irritauerit ſe eo: nominetur ab oppſſis ciuibus parens.q.d.nequaquam.

PETR. MAR. ¶ HOneſtate igitur: concludit hanc diſputationem: dicens vtilitatem æſtimandã eſſe honeſtate: & pro cõperto habẽdum nihil eſſe vtile: quod nõ ſit honeſtum: vt hęc duo: vtile.ſ. & honeſtũ idem ſignificent: ſi boni viri & prudentes eſſe volumus: duo verba vtile, & honeſtum diſcrepare id eſt aliquam diſcrepantiã nomine ipſo videantur habere: ſed re idem eſſe cum nihil ſit vtile quod non ſit honeſtum. hoc eſt contra etheoclem qui matri dicit apud euripidem idẽ eſſe nomẽ apud omnis hoĩes honeſti & vtilis: verum nõ idem haberi: ſed eſſe in opinione ſitum: nam inquit quibuſdam nõ videtur eſſe vtile & honeſtum regnare: mihi autem honeſtum videtur & vtile: ſed hæc ratio conuenit Tyranno qui propriam vtilitatem curat nullam iuſtitiæ & honeſtatis habens rationem. ¶ Nunc ab eo: tranſeo ĩquit ad opinionem populi: qui dicit nullam eſſe maiorem vtilitatem: quam regnare: hanc confutat Cic. quoniam ipſe dominatus multas habet ſolicitudines & metum: quod probat vita tyrãnorum: quibus pauci ſunt fideles: immo nulli. hęc argumenta ſumuntur ex Euripidis phœniſſis: in quibus iocaſta proponit etheocli filio incommoda quibus tyranni & plus æquo cupidi afficiuntur. Et affert carmen Accii: qui in tragœdia: quæ inſcribebatur Thyeſtes dixit paucos eſſe bonos regno: ſed multos iniquos & infideles: ſi hoc inquit potuit contingere Thyeſti: qui paternum auitumq; regnum tenebat: quid debent putare tyranni: qui iniuſte dominãtur, & liberas ciuitates occupant vt fecit Cæſar: cuius exitus docuit paucos eſſe fideles regnare volentibus. Accius ſcriptor tragœdiarum fuit de quo Fabius lib.x. tragœdiæ ſcriptores Accius atq; Pacuuius: clariſſimi claritate ſententiarum: verborumq; pondere: auctoritate perſonarum. cæterum nitor & ſumma in excolendis operibus manus magis videri poteſt temporibus quam ipſis defuiſſe, Virium tamen accio plus tribuit. Pacuuium videri doctiorem q eſſe docti affectant volunt. ¶ Multi iniqui: hoc eſt carmen Accii. ¶ At cui regno.q.d.ſi regno quod iure obtinebatur: pauci boni ſunt: quid iniuſte imperãtibus accidere debet? ¶ Et Pelope: quoniam Atreus & Thyeſtes: vt dictum eſt filii fuerunt Pelopis & Hippodamiæ: & Pelops fuit filius Tantali. ¶ Proditum: hæreditario iure relictum: quoniam erant nepotes Tantali Iouis filii. ¶ Ei regi: Cæſari: quem inuidioſe regem appellat. nomen quippe regium abhominatum erat apud Romanos & execrabile. ¶ In maxima gloria: hoc dicit in laudem Bruti & cæterorum tyrannicidarum.

Honeſtate igitur dirigenda vtilitas eſt. Et quidẽ ſic, vt hæc duo verbo inter ſe diſcrepare, ſed tamen vnũ ſonare videantur, Nunc, abeo ad vulgi opinionem: q̃ maior vtilitas q̃ regnandi eſſe poſſit? Nihil cõtra inutilius ei, qui id iniuſte conſecutus ſit, inuenio, cum ad veritatem cœpi reuocare rationem. Poſſunt enĩ cuiquam eſſe vtiles angores, ſollicitudines, diurni & nocturni metus, vita inſidiarum periculorumq; pleniſſima? Multi iniqui atq; infideles regno, pauci boni ſũt inquit Accius. At cui regno? quod a Tantalo & Pelope proditum iure obtinebatur. Nam quanto plures ei regi putas: q exercitum Popu. Roma. populumq; ipſum Romanum oppreſſiſſet, ciuitatemq; non modo liberam, ſed etiam gentibus imperãtem ſeruire ſibi coegiſſet? Hunc tu quas cõſcientiæ labes in animo cenſes habuiſſe? Quæ vulnera? Cuius autem vita ipſi poteſt vtilitati eſſe, cum eius vitæ ea conditio ſit, vt q illam eripuerit in maxima gratia futurꝰ ſit, & gloria? Quod ſi hæc vtilia non ſunt, quæ maxime videntur: quia plena ſunt dedecoris ac turpitudinis, ſatis pſuaſum eſſe debet, nihil eſſe vtile, quod nõ honeſtum ſit.

& Thyeſtes ex Pelope regnum acceperant: eos tamen mala expertos dicit: & eorum vitam inſidiarum plenam: ergo multo maiora mala inſunt regnis iniuſte partis. ¶ Proditũ: per ſucceſſionem datum quaſi porro datum. ¶ Nam quanto plures: ſi infidos experiuntur amicos q legitime regnant quanto magis qui per vim regnum adipiſcuntur: ſicut Cæſar. ¶ Quas labes conſcientiæ. Secundum illud Iuuenalis. Exemplo quodcunq; malo & cætera. ¶ Cuius autem vita ipſa poteſt & cætera. Quomodo poteſt illius vitam vtilem exiſtimare: quam qui abſtulerit magnam laudem & gloriã ſit conſecutus: ſicut de Cæſare: poterat ne illius vita vtilis videri: cum qui eum occidiſſet magnam gloriam & laudẽ eſſet conſecuturus: ſicuti Brutus aſſecutus eſt. Quod ſi hæc vtilia non ſunt. Nunc concludit Cicero per argumentum a maiori ad minus. Si inquit hæc quæ prima apud hoies putantur videlicet opes & regna non eſſe vtilia pbauimus qa turpia: ergo multo minus vtilia probari debent quæ minoris ſunt precii. ¶ Quę maxime uidẽtur: vt opes & regna. ¶ Igitur vtilitas eſt dirigenda honeſtate: id eſt per honeſtatem. Et quidem: id eſt certe ſic: vt hæc duo verba videantur diſcrepere inter ſe. ſed tamen ſonare vnum: id eſt vnam & eandem rem. Nunc abeo, Ordo eſt. Ego abeo: id eſt tranſeo nunc opinionem vulgi quæ vtilitas poſſit eſſe maior q̃ ſupple vtilitas: aut poteſtas regnandi: quaſi dicat nulla. Contra: id eſt econtrario: ego nihil inuenio inutilius ei qui conſecutus ſit id iniuſte ſupple q̃ regnare: cum ego cœpi reuocare rationem ad veritatem. Enim pro quia quæro ſupple an angores: id eſt anguſtiæ mentis & ſollicitudines: & metus diurni & nocturni: & vita pleniſſima inſidiarum & periculorum poſſunt eſſe vtiles cuiquam: quaſi dicat minime. Accius poeta antiquus inquit. Multi ſunt iniqui atque infideles regno. At. id eſt ſed cui regno: quod proditum: id eſt hæreditario iure relictũ a Tantalo Pelope eius filio obtinebatur. Nam quanto plures ſupple ſubiectos ei regi: qui oppreſſiſſet exercitum populi romani: & ipſum po. rom. & qui coegiſſet ciuitatem nõ modo liberãs ſed etiam imperantem gentibus ſeruire ſibi, q.d. infinito plures regebat

Argumentum eſt a primum contra tyrannum

ASCE.

FRA. MAT. ¶ HONEſtate igitur: ergo quia hoc abſurdum ſequebatur: ſi honeſtum eſt regnare: etiam parricidium honeſtum eſſe, i. patriæ interitus, ergo vtilitas dirigenda eſt honeſta

Cæſar

Quamquam id quidem tum ſæpe alias, tum Pyrrhi bello a. C. Fabritio cōſule iterum: & a ſenatu noſtro iudicatum eſt. Cum enim rex Pyrrhus Popu. Roma. bellū vltro intuliſſet cumq; de imperio certamē eſſet cum rege generoſo ac potenti, perfuga ab eo venit ī caſtra Fabritii, eiq;, eſt pollicitus: ſi prēmiū ei propoſuiſſet, ſe vt clam veniſſet, ſic clam in Pyrrhi caſtra rediturum, & eum veneno necaturū. Hunc Fabritius reducendum curauit ad Pyrrhum: idq; eius factum a ſenatu laudatum eſt. Atqui ſi ſpeciē vtilitatis opinionēq; quęrim⁹ magnū illud bellū perfuga vnus, & grauem aduerſarium imperii ſuſtuliſſet. Sed magnū dedecus & flagitium, qui cum laudis certamē fuiſſet, eū non virtute, ſed ſcelere ſuperatum. Vtrum igitur vtilius vel Fabritio: q talis in hac vrbe, qualis Ariſtides athenis fuit, vel ſenatui noſtro, qui nunquā vtilitatem a dignitate ſeiunxit, armis cū hoſte certare: an venenis? Si gloriæ cauſa imperiū expetēdū eſt, ſcelus abſit: in quo nō poteſt eſſe gloria. Sin ipſæ opes expetuut, quoquomodo non poterūt eſſe vtiles cum infamia.

Cæſar: q̄ tantali ſucceſſor. Et tamen dixit eum non bonum eſſe regno. Quas labes conſcientiæ: & quæ vulnera cenſes hunc habuiſſe in animo. Autem pro ſed. cuius vtilitatis poteſt ipſa vita eſſe, cum ea ſit cōditio eius vitæ: vt qui eripuerit illā ſit futurus in maxima gratia & gloria: q ſi hæc. ſ. regna non ſunt vtilia, quæ maxime videntur ſupple vtilia eſſe: quæ ſunt plena dedecoris ac turpitudinis: debet eē perſuaſum ſatis nihil eſſe vtile quod non ſit honeſtum.

PETR. MAR. ¶ QVAMquam id quidē: hoc inquit q dixi perſuaſum eſſe debere: veteres Romani ſic eſſe iudicauerunt: & poſuit exemplum Pyrrhi atq; Fabritii: qui vtilitatis ſpeciem ſine honeſtate repudiauit. Cum Fabritius auctore Plutarcho conſulatum iniſſet: veniens quidam ad eum in caſtra epiſtolam a medico Pyrrhi ſcriptam Fabritio reddidit: in qua pollicebatur ſe Pyrrhum veneno necaturū: ſi ſibi præmium daretur. Fabritius hominis conſilium deteſtatus: ſtatim Pyrrhum literis monuit: vt inſidias medici caueret. Literæ huiuſmodi fuerunt. C. Fabritius & Qu. Aemilius conſules pyrrho regi ſalutem. Neq; amicorum neq; hoſtium fortunatus æſtimator eſſe videris, cognoſces enim cum epiſtolam hanc ad te tranſmiſſam perlegeris, te bonis quidem ac iuſtis viris bellum inferre, malis vero atq; iniuſtis confidere. Hæc autem nō tui gratia nota facimus tibi: ſed ne mors tua nobis calumniam afferat: quaſi virtute nequiremus te ſuperare: dolo contendiſſe. Cicero aliter narrat. Seneca lib. xxiiii. epiſtolarum dicit. Fabritius medico Pyrrhi promittente venenum ſe regi daturum: monuit Pyrrhum caueret inſidias. ¶ Vltro: ſponte nulla Romanorum laceſſitus iniuria, nam venit vt dictum eſt in auxilium Tarentinorum: ergo cum vltro bellum intuliſſet, videbantur Romani habere iuſtam cauſam tollēdi e medio Pyrrhum quocunq; modo: ſed ſemper apud ipſos valuit honeſtās. Adde etiam quod de imperio & gloria dimicabatur: non de vita: vt in primo volumine patuit, ubi Cicero præcepit quid agendum ſit: cum de imperio certat̄. ¶ Qui cū: cum quo Romani de laude certabant: & ſic concluditur a Cicerone nihil eſſe glorioſum nihil vtile cum infamia: & ſic damnat. L. Philippum, qui ſpecie vtilitatis ductus ea cēſuit, quæ nullam habebant honeſtatē. ¶ Quoquomodo quacūq; ratione per fas & nefas.

FRAN. MAT. ¶ QVAMquam id &c. Auctoritate confirmat quod dixit Fabritii & ſenatus, quia non ſolum philoſophi hoc ſentiunt. Sed moribus & diſciplina quadam viuēdi ſenſit Fabritius, ſenſit etiam populus Romanus. ¶ Quamquam: dixi de philoſophis. ¶ Id, videlicet id vtile quod non ſit honeſtum. ¶ Iterum: quia primum a Fabritio, iterum a ſenatu iudicatum eſt. ¶ Cum enim & cætera. Varie hæc hiſtoria veteres tradidere. Valerius enim antias vt ſcribit Gellius: ſic ait, Cum Pyrrhus in terram Italiam duxiſſet exercitum: & bis contra eos proſpere pugnaſſet, profectus eſt ad Caium Fabritium & Aemilium tunc conſules Populi Romani & duces exercitus. Quidam ambratienſis nomine Tymochares qui dixit ſe filium apud Pyrrhum habere, qui pocula miſceret: & ſi conuenirēt cum eis poſſe facile regem veneno necari: id quamprimum Coſſ. ſenatui ſignificandam putarunt: ſenatus autem legatos ad regem Pyrrhum mittendos decreuit: qui ſignificarent nomine Populi Romani

Thymochares medicus dixit ſe habere filium qui Pyrrho pocula p̄guſtabat.

vt Saluti ſuæ conſuleret, cum familiarem inimicum haberet: nec illum regi nominauerunt legati. Claudius vero quadrigarius non thymocharem fuiſſe. Sed cyneam medicum qui Pyrrhum ſe necaturum pollicebatur conſulibus. nec legatos ſenatum ad Pyrrhum miſiſſe: ſed conſules epiſtolam ſcripſiſſe ad Pyrrhū: qua illi quod diximus ſignificauerunt & in fine literarum quæ adhuc extant poſuerunt: tu niſi caues: iacebis. ¶ Vltro: non ſine cauſa hoc addidit: nam quia nulla iniuria accepta bellum vltro intulerat: cauſa iuſta videbatur: vt pyrrhum Fabritius quacunq; poſſet ratione opprimeret. ¶ Cum rege generoſo: hæc omnia vim magnam habent & q vltro bellum intulerat & quod de imperio certabat: videlicet imperaret ipſe an Roman⁹ popu. & quod generoſus erat: vt quacunq; ratione eſſet perdendus. ¶ At qui ſi ſpeciem & cætera: ſi reſpicimus inquit vtilitatē magna erat: labor pene nullus. ¶ Sed magnam dedecus. Vtilitas quidem magna erat, ſed non minus dedecus ſequebatur. Si veneno necabatur ille cum quo certamen erat de Imperio Romano virtute parto non ſcelere. ¶ Viſum igitur vtilius. Rationibus probat recte feciſſe. Fabritium qui conditionem illam reſpuit, & ſenatum qui Fabritium commendauit: quod per argumentum oſtendit a repugnantibus. Si inquit Fabritius hoc ſcelus admiſiſſet: vtile non fuiſſet: quia bellum pro gloria gerebatur: cui ſcelus repugnat. Fuiſſet & contra famam, vtilitati enim repugnat infamia Gloriæ ſemper appetens fuit Populus Romanus: quam hoc pacto viſus eſſet cōtempſiſſe Fabritius. ¶ Qualis Ariſtides: qui optima viuendi ratione id Athenis cōſecutus eſt vt iuſtus cognominaretur. ¶ Quoquomodo per fas etiam per nefas.

ASCē. ¶ QVAMquam id quidem cum ſæpe alias: ideſt alio tēpore. tum bello pyrrhi iudicatum eſt a Caio Fabritio cōſule iterū: ideſt ſecundum & a ſenatu noſtro: ideſt Romano. Cum enim rex Pyrrhus intuliſſet vltro: ideſt nō laceſſitus populo Romano bellum: cūq; certamen eſſet cum rege generoſo (erat enim Pyrrhus de genere æacidarum) & potenti: ſcilicet Pyrrho de Imperio: perfuga venit ab eo in caſtra Fabritii & pollicitus eſt ei ſi propoſuiſſet ei præmium vt clam ueniſſet, ſe rediturum in caſtra Pyrrhi & necaturum eum veneno. Fabritius curauit hunc reducendum ad Pyrrhum: & id eius factum laudatum eſt a ſenatu. At qui: ideſt & tamen certe: ſi nos quærimus ſpeciem & opinionem vtilitatis: ille vnus perfuga ſuſtuliſſet illud magnum bellum & grauem aduerſariū imperii: ſed magnū dedecus & flagitium fuiſſet eum qui cum: ideſt cū quo certamen laudis: ideſt de imperio fuiſſet: non ſuperatum ſup. fuiſſe virtute: ſed ſcelere. Igitur vtrum fuit vtilius vel Fabritio qui fuit talis in hac: ideſt noſtra: ſcilicet Romana vrbe qualis Ariſtides fuit Athenis qui vt ſupra dictum eſt cōſilium turpe Themiſtoclis diſſipauit: vel ſenatui noſtro qui nunquam ſeiunxit vtilitatem a dignitate: vtrum dico vtilius fuit: an certare cum hoſte armis aut venenis: quaſi dicat haud dubie armis. Sin: ideſt ſed ſi imperium eſt expetendum cauſa gloriæ abſit ſcelus in quo nō pōt eſſe gloria, Sin, ideſt ſed ſi ipſæ opes expetūtur ipſæ nō poterunt eſſe, Quoquo ideſt quocunq; modo vtiles cum infamia.

Per fas & per nefas quō —

non igitur vtilis illa L. Philippi. Q. filii ſentẽtia: quas ciuitates L. Sylla pecunia accepta ex ſenatuſconſulto liberauiſſet, vt hæ rurſus vectigales eſſent, neq; his pecuniam, quam pro libertate dederant, redderemus ei ſenatus eſt aſſenſus. Turpe imperio: piratarum enim melior fides, quã ſenatus. At aucta vectigalia vtile igitur quouſq; audebunt dicere quicquam vtile quod non honeſtum? poteſt autem vlli imperio, quod gloria debet fulctum eſſe, & beneuolentia ſociorum, vtile eſſe odium infamia? Ego etiam cum Catone meo ſępe diſſenſi: nimis enim mihi videbatᷣ pręfracte ęrarium vectigaliaq; defendere: omnia publicanis negare: multa ſociis, cum in hos benefici eſſe deberemus, cum illis ſic agere, vt cum colonis noſtris ſoleremus.

PETR. MAR. ¶ VECTIgales: vt iterum eſſent tributariç. quis. L. Sylla eas liberauiſſet ex voluntate ſenatus: cum ſoluiſſent pecuniã pro vtilitate reip. ¶ At aucta vectigalia: potuiſſet aliquis hoc dicere, Aucti ſunt ob id publici redditus: ergo vtile: reſpõdet Cic. nihil eſſe vtile ꝙ in ſe turpitudinẽ habeat. ¶ Ad ſed aucta. d. ponitur loco. t. priſco more. ¶ Fulctum: ſubnixum: firmatũ & ſtabilitum, nemo enim poteſt eſſe felix aliena infelicitate: de his rebus dictum eſt ſatis loco ſuo. ¶ Ego ẽt: nõ audet reprehendere Catonem: qui publicam vtilitatem enixiſſime defendebat: ſed dicit ſe ab eo diſſenſiſſe aliqñ: cũ aliquã remittenda ſint publicanis interdum: vt æquitas locum habeat. Redemptores enim vectigalium: vt erant apud antiquos equites Romani faciunt iterdum iacturam niſi aliqd remittatᷣ: qđ tñ ab illis iure, exigi poſſet: Cice. maxime fouit publicanos: qm ipſe erat ex ordine equeſtri & equites erant publicani vt dictum eſt. ¶ Præfracte: obſtinate: & nulla habita ratione æquitatis. Meminit huius rei Cicero in. v. epiſtolarum ad Atticũ. Præfractum dicitur durum & inflexibile. ¶ Vectigalia: publicos redditus. ¶ Publicanis: qui vectigalia redimunt: de publicanis & vectigalibus dictum eſt.

ADD. ¶ Nimis enim mihi videbatur præfracte ærarium defendere: idem in ſecundo lib. epiſtolarum ad Atticũ ſic ſcribit. vnus eſt, qui curet conſtantia magis: & integritate (vt mihi, videtur) q̃ conſilio: & ingenio Cato. Qui miſeros Publicanos: quos habuit amantiſſimos ſui tertium iam menſem vexat: Neq; his a Senatu reſponſum dari patitur. Ita nos cogimur reliquis de rebus nihil decernere, antequam Publicanis reſponſum ſit. Hæc Cicero hi Publicani publicis vectigalibus male redemptis iacturam faciebant: quapropter æquitatem ſenatus efflagitabant, vt. ſ. remitteretur aliquid quod Cato negabat ærario: ideſt publico cõpendio proſpiciens; quod nimis durum erat: præfractum: & obſtinatũ; a iure naturæ penitus alienum.

FRA. MAT. ¶ NON igitur: alio exẽplo probat non eſſe vtile quod nõ honeſtum: ſumitur autem ex contrario in quo ſenatus vtilitatem honeſtati antepoſuit. Sed ex eo probat vituperandũ eſſe. Nam & Lucius Philippus & ſenatus ſenſit cõtra id qđ Fabritius & ſenatus probauerat. ¶ Lucius Sylla & cætera. Sylla cum bellũ gereret in aſia ciuitates q̃ oppreſſæ fuerant a Mithridate & in ſeruitutem redactæ: cũ belli iure in poteſtatem veniſſent Po. Ro. etiam ſeruire debebant Po. Ro. Sed pactæ fuerant cum Sylla vt in libertate manerent: certa pecuniæ quantitate perſoluta: & ſuo iure ſuiſq; legibus viuerent. Conceſſum eſt hoc a ſylla ex voluntate ſenatus vt. ſ. pecuniam darent: & liberæ poſtea eſſent ac Lucius Philippus poſt mortem ſyllę aliquot annos retulit in ſenatu de his ciuitatibus & ſuaſit vt his vectigal imponeretur. Nec tamẽ idem pecuniam a ſylla iuſſu Pop. Ro. ante acceptam reddendam cenſuit. Cui ſententiæ ſenatus eſt aſſenſus: ſed hoc vehementer improbat Cicero. Nam ſi ſaltem illa pecunia reddita fuiſſet: quam ſoluerant vt liberæ eſſent minus turpe viſum eſſet. ¶ Piratarum melior: quia piratæ ſi pecuniam pro captiuorum redemptione acceperint eos dimittunt: Romani fidem non ſeruarunt: quia vectigales eſſe voluerunt eas ciuitates quas liberas eſſe voluerant: nec pecuniam ſaltem reddiderunt: quam illæ dederant: vt liberæ eſſent: ergo contra veritatem factum oſtenditur: quæ pars eſt iuris naturalis in qua fides continetur. ¶ At aucta vectigalia: occurrit obiectioni, diceret enim aliquis cum coactæ ſunt ciuitates illæ ſoluere vectigalia non redditis pecuniis pro libertate datis: aucta ſunt vectigalia. ¶ Poteſt autem & cætera. Argumentum eſt a contrariis: cõtraria ſunt beneuolentia & odium. Si beneuolentia vtilis eſt ergo odium iutile. Imperium Populi Romani debet eſſe fulctum beneuolentia ſociorum: incurrit autem in odium ſi pecuniam nõ reddiderit ciuitatibus. pro libertate datam: & ab his vectigalia exigat: igitur nõ eſt vtile. Item arguit a repugnantibus: repugnant fama & infamia: ſi fama eſt vtilis infamia inutilis. Cum populus Romanus ſtudere debeat gloriæ & famæ quæ vtilia ſunt vectigalia exigendo & nõ reſtituendo pecuniam pro libertate datam infamiam currit: infamia autem inutilis eſt: ex quo ſequitur quod fecit Populus Romanus inutile fuiſſe: quia contra gloriam & famam fuit. ¶ Ego etiam cum Catone meo. Nunc arguit ab auctoritate oſtendens auctoritatem Catonis ſequendam non fuiſſe: & Catoni ob hanc cauſam ſe reſtitiſſe dicit cum ille ſæuere nimis defenderet vectigalia & contempta honeſtate vtilitatem nimium ſequeretur. ¶ Præfracte: aſpere & ſæuere, tranſlatio a locis aſpis ſumpta. ¶ Oia publicanus & cætera: publicani ſunt qui publica conducunt & redimunt vectigalia: ii ſæpe aliquam remiſſionem ſibi fieri a ſenatu poſtulant. Cato ſemper illis obſiſtebat: legimus apud Suetonium in vita Iulii: Publicanos remiſſionem petentes tertia mercedum parte ab eo reuelatos. Marc. vero Catonem interpellantem extrahi: curia per lictorem duci quæ in carcerem iuſſum. ¶ Multa ſocios: quãdo & ipſi ſocii aliquam tributorum petebant remiſſionem ſiue penuria premerentur: ſiue bello vaſtati erant agri: ſiue quæuis alia neceſſitas oppreſſiſſet. ¶ Cum in hos: ſocios. ¶ Cum illis: publicanis. ¶ Sic agere vt & cætera: Xenophon in cyripædia: quemadmodum, inquit, bonus paſtor vult optimum gregem habere, vt lanam ſuccidat: & lac mulgeat: non autem ſanguinem & pellem detrahat. Ita princeps velle debet populum habere opulẽtiſſimum vt ab eo vtilitas percipi poſſit.

ASCE. ¶ IGItur illa ſentẽtia Lucii Philippi filii quinti fuit vtilis videlicet vt hæ ciuitates quas ciuitates Lucius Sylla liberauiſſet pecunia accepta ex ſenatuſconſulto: eſſent rurſus vectigales. i. tributariæ & vectigal pendentes pop. Ro. & neq; redderemus his pecuniam quam dederunt pro libertate. Senatus eſt aſſenſus ei. ſ. ſententiæ quod ſup. eſt turpe imperio. Enim pro quia fides Piratarum: ideſt latronum maris eſt melior q̃ ſenatus: a quibus enim pecuniam ſemel acceperint liberos dimittunt. At. i. ſed (dicit forte) vectigalia ſupple ſunt aucta: ideſt redditus & prouentus annuales ſunt ſic aucti fiſco. Igitur vtile ſup. fuit. Ad quod Cicero. Quouſque tandem audebunt dicere quicquam vtile quod non honeſtum. Autem pro ſed: an ſupple odium infamia poteſt eſſe vtile illi imperio quod debet eſſe fulctum: ideſt ſuſtentatum gloria (contra infamiam) & beneuolentia ſociorum (contra odium) quaſi dicat minime. Ego diſſenſi ſæpe etiam cum Catone meo: videbatur enim mihi defendere nimis præfracte: ideſt attente ſicut res alicui pręfracti ſolent. Ærarium: ideſt theſaurum publicum & vectigalia: & negare omnia publicanis: ideſt vectigalium redemptoribus: ideſt ne forte adhuc dubites iis: qui cum dicunt publicos prouẽtus certa ſumma vltra quam quicquid receperunt eorum eſt. & circa quam ſi quid defuerunt reſtituunt. Cato ergo nolebat quicquam eis cõcedi: ſed fecit per

miniſtros

miniſtros reipu. prouentũs colligere & videbatur negare; aut negare. i. negabat multa ſociis cum deberemus eſſe bene ficū in. i. erga hos videlicet ſocios, & cũ ſoleremus agere cum illi ſ. ſociis vt cum colonis noſtris.

PETR. MAR.

¶ ORDInum: equitum. ſ. qui negocia publica tractabant. ¶ Caritate: penuria. ¶ Magis quam humanitate: & ſic ab officio diſcedebat: quoniam officium nõ eſt niſi ſit honeſtum: ergo officiũ nõ põt dirigi vtilitate: quę ab honeſtate ſe iuncta ſit. ¶ Q uærit: hæc erat q̃ſtio Hecatonis: quæ p ſe clara eſt. ¶ Hic: in hac q̃ſtione i quoniam res familiaris hortatur retinere equũ multi precii & humanitas ſeruulum i quãuis vilem. ¶ Si tabulam: alia q̃ſtio. Tabulam: cui iſidens euadit ad littus. ¶ Q uid dominus nauis: alia queſtio: an dominus nauis debeat: aut iure poſſit eripere tabulam? & dicit q non: quoniam nauis tunc eſt nauigantium & vectorũ. ¶ Quo: ad locũ: quo vt peruenire mus nauem conduximus & ſumpſimus. ¶ Q uid ſi in vna: alia q̃ſtio. ¶ Sed ei. ſ. cedat cuius uita vtilis eſt magis reipub. ¶ Si autem in vtroq; omnia paria ſunt: alter alteri cedet: ac ſi iacta ſorte victus eſſet aut pugnando.

Eoque magis quod illa ordinum coniunctio ad ſalutem reipub. pertinebat. Male etiam Curio: cum cãm tranſpadanorum æquam eſſe dicebat, ſemper autem addebat, vincat vtilitas potius diceret non eſſe æquã, quia non eſſet vtilis reipublicæ, q̃ cum æquam eſſe diceret, non eſſe vtilem fateretur. Plenus eſt ſextus liber de officiis Hecatonis talium quæſtionum ſit ne boni viri ſit in maxima caritate annonę familiam non alere in vtranq; partem diſputati ſed tamen ad extremũ vtilitate putat officium dirigi, magis, q̃ humanitate. Quærit, ſi in mari iactura facienda ſit, equi ne precio ſi potius iacturam faciat, an ſeruuli vitis. Hic alio res familiaris, alio ducit humanitas, ſi tabulam de naufragio ſtultus arripuerit, extorquebit ne eam ſapiens, ſi potuerit? Negat: quia ſit iniurium. Quid dominus nauis? eripiet ne ſuum? Minime. Non plus, q̃ ſi nauigantem in alto eiicere de naui velit: quia ſua ſit: quoad enim peruentum ſit eo, quo ſumpta nauis eſt non domini eſt nauis, ſed nauigantium. Quid ſi in vna tabula ſint duo naufragi eque ſapientes, ſibi ne vterq; rapiat, an alter cedat alteri? cedat vero, ſed ei, cuius magis interſit vel ſua, vl reipu. cauſam viuere. Quid ſi hæc paria in vtroq;? nullum erit certamen: ſed quaſi in ſorte, aut i dimicando vinctus, alteri cedat alter.

Nam honeſtius videtur vt ſapiens potius viuat q̃ ſtultus & tñ dicit iniurium eſſe hic facere. ¶ Q uid dominus nauis: & probat: dic mihi inquit tu quæris r unq̃d ſapiens fragmentum illud debeat arripere ſtulto: ſed dic mihi dominus nauis debet ne extorquere i quia ſuũ eſt nã qa nauis ſua eſt: et pars ſua eſſe debet; ergo ſibi iure id vendicare poſſe videtur. Negat & rationẽ affert: qd inquit aliud eſſe tabulam de manu extorquere: q̃ ipſm incolumen deiicere & præcipitare. Illud nõ eſſet faciendum: igitur neq; hęc. ¶ Q uoad enim: non iuſta cauſa eſt: nec eum de naui deiicere debet: nam cum nauem conduco mea etiam dicitur donec ad locum deſtinatum deuenero: verbi cauſa. ¶ Venetiis anconem nauigaturus nauẽ conduco: illa nauis non dicetur domini eſſe donec ad deſtinatum locum deuenero. ¶ Q uid ſi i vna tabula: dixit de tabula quam ſtultus ceperat: nunquid et ſapiens poſſet extorquere: nunc dicit ſi vterque ſapiens fuerit nunquid alter alteri poſſit eripere: & alterum alteri reddere debere: affirmãt qui vtilior fuerit & quem magis interſit viuere. ¶ Paria: videlicet q tam interſit huius quam illius viuere vel ſua vel reſpu. cauſa. Cuniculus eſt foramẽ ſub terra occultũ aut ab animali qd eſt ſimile lepori appellatum, qd ſub terra foſſa latere eſt ſolitum, aut a cuneorũ ſimilitudine qui omnem mãm intrant findentes, Pomp.

Q uid dñs nauis

Cuniculus ē ſub terraneũ foramen

FRAN. MAT.

Ordo publicanorum.

ORdinum: publicanorũ: ſic. n. appellant publicanorũ ordinem. ¶ Male etiam &c. Cum ciuitates trãſpadanæ hoc eſt Venetia & gallia ciſalpina peterent vt libere eſſent quẽadmodũ data certa pecunia cũ Sylla bellũ gereret mithridaticum aliquot in aſia ciuitates libertate donatæ fuerant: aut ſi pecunia quã dederant redderetur: curio dicebat ęquũ eſſe qd poſtularent: ſed addebat vincat vtilitas. qd Cice. reprehendit. ¶ Potius &c. potius dicere debuiſſet ſi potuiſſet non eſſe æquam: quia non erat vtilis Romano populo q̃ dicere ſicut dixit. ¶ Plenus eſt & cætera: Nunc dicit q̃o multa eiuſmodi ponantur ab Hecatone rhodio per modũ quæſtionis quæ vtilia videntur: nec tamen honeſta & ipſe diſputat quid in eiuſmodi quæſtionibus faciendum ſit. ¶ Sit ne boni viri & cætera: prima quæſtio ſi inquit maxima annonæ caritas ingruerit: quæritur an pater familias qui ſeruos habeat & ancillas poſſit & debeat tantam familiam in tanta penuria alere: an illos famæ perire ſinat vt ſuæ conſulat vtilitati in vtranq; inquit partem diſputat hecato: ſed officium magnam ad vtilitatem dirigit; q̃ ad honeſtatẽ & humanitatem. ¶ Officium dirigi: videlicet vtilitati magis conſulendum q̃ honeſtati: honeſtum eſt alere ſeruos: ſed tamen ſalutis ſuæ rationem habere vtile eſt. ¶ Humanitate: humanum enim eſt familiam alere. ¶ Q uærit ſi in naui. Alia quæſtio: quidam mercator ſeruos & equos vehit: exoritur tempeſtas: iactura facienda eſt: niſi perire omnes cum naui malint: ſunt ſerui viles & inutiles: ſunt & eq precioſiſſimi: quærit vtrum facere debeat dominus nauis: nunquid viles ſeruos in mare abiiciat, an equos precioſos: reſpondit hoc inquit loco alio ducit res familiaris alio vero humanitas. ¶ Humanitas: nam humanitas ad hæc trahit vt equos precioſos perire malimus q̃ ſeruos: vtilitas vero vt potius ſeruos q̃ equos abiiciamus. ¶ Si tabulam, alia quæſtio fracta naui cum naufragio omnes perirent. Forte accidit vt ex vectoribus alter ſtultus: alter ſapiens ſit: ſtultus fragmentũ nauis ceperat: & fragmento illo euadere tentabat: ſapiens poterat auferre tabulã illam, quęritur nunquid facere debeat,

Officium dirigi

Humanitas

ASCĒ.

ET eo magis quo illa coniuncto ordinum. ſ. equitum pertinebat ad ſalutem reipu. Male etiam Curio cum dicebat cauſam tranſpadanorum idest: tranſpadum habitantiũ eſſe æquãm, addebat autem ſemper vincat vtilitas, potius diceret ſup. cauſam eorum nõ eſſe ęquam, ideſt iuſtam: quia non erat vtilis reipu. q̃ cum diceret ſup. eam eſſe vtilem fateretur non eſſe æquam. Sextus liber Hecatonis diſcipuli Panetii ſtoici de officiis eſt plenus talium quæſtionum, videlicet ne, ideſt an ſit boni viri i ideſt pertineat ad bonum virum non altere familiam in maxima caritate, ideſt penuria annonæ', ideſt victualium, & diſputat in vtranq; partem, ſed tamen ad extremum putat officium dirigi vtilitate magis q̃ humanitate. Quærit ſi in mari facienda eſt iactura, an faciat potius iacturam eq precioſi, an vilis ſeruuli, hic, ideſt in hoc caſus res familiaris ducit alio, ideſt ad aliũ videlicet ad ſaluationem equi: & humanitas ducit alio videlicet ad ſaluationem ſerui: quia hominis. Si ſtultus arripuerit tabulam de naufragio: an ſapiens extorquebit, ideſt violenter auferet eam a manibus ſtulti ſi potuerit: negat: ſcilicet Hecato, quia ſit iniurium. Q uid dominus nauis eſt ſupple eripiet ne ſuum. R eſpondet, minime, non pluſquam ſi uelit eiicere e naui nauigantem in alto, ſcilicet mari, quia, ſcilicet nauis non ſit ſua quoad, ideſt vſq; quo peruentum ſit eo quo nauis eſt ſumpta, nauis non eſt domini ſed nauigantium. Q uid ſi in vna tabula ſint duo naufragi æq; ſapientes. rapiat ne vterq; ſibi, an alter cedat alteri: cedat uero, ideſt pro vera alter alteri, ſed ei ſup. cedat, cuius magis interſit uel ſua vel reipublicæ cauſa uiuere. Q uid ſupple, fiat ſi hæc ſupple ſint paria, ideſt æqualia in vtroq;. R eſpondit nullum erit certamen: ſed alter cedat alteri, quaſi victus in ſorte, aut in dimicando, forte melius legas haud? ideſt non in dimicando.

Quid ſi pater ſana expilet? cuniculos agat ad erariū? indicet ne id magiſtratibus filius? Nefas id quidem eſt: quin etiam defendat patrē, ſi arguatur igitur pa-tria non præſtabit omnibus officiis immo vero: ſed ip ſi patriæ cōducit pios habere ciues in parentes. Quid ſi tyrannidem occupare, ſi patriam prodere conabi-tur pater, ſilebit ne filius? immo vero obſecrabit pa-tremne id faciat: ſi nihil proficiet, accuſabit, minabi-tur etiam, ad extremum, ſi ad perniciē patriæ res ſpe-ctabit, patriæ ſalutem anteponet ſaluti patris. Quærit etiam, ſi ſapiens adulterinos nummos accipiet impru dens pro bonis, cum id reſcierit ſoluturis ne ſit eos: ſi cui debeat pro bonis? Diogenes ait: Antipater negat, cui potius aſſentior. Qui vinum fugiens vendat ſciēs: debeat ne dicere? non neceſſe putat Diogenes: Anti-pater viri boni exiſtimat. Hæ ſunt, quaſi controuerſiæ in iure ſtoicorum. In mancipio vendendo, dicēda ne vitia, Non niſi ea, quæ niſi dixeris, redhibeatur man-cipium iure ciuili: Sed hæc mēdacem eſſe, aleatorem, furacem, ebrium, alteri dicenda videntur, alteri non dicenda. Si quis aurum vendens oricalcum ſe putat vendere: indicet ne ei vir bonus aurum illud eſſe? an emat denario quod ſit mille denarium? Perſpicuū eſt iam: & quid mihi videatur, & quæ ſit inter eos phi loſophos, quos nominaui, controuerſia. Pacta? & pro miſſa ſemper ne ſeruanda ſint, quæ nec vi, nec dolo malo (vt prætores ſolent) facta ſunt? ſi qs medicamē tum cuipiam dederit ad aquam intercutem, pepige ritq; ne illo medicamento vnq̄ poſtea vteret: ſi eo me dicamento ſanus factus fuerit & annis aliquot poſt in ciderit in eundem morbum, nec ab eo, qui cum pepi gerat, impetret, vt item eo liceat vti, quid faciendum ſit: cum ſit is inhumanus, qui non concedat vti, nec ei quicquam fiat iniuriæ? Vitæ & ſaluti conſulendū eſt.

PETR. MAR. ¶ QVID ſi pater: alia quæſtio ipſius Hecationis. ¶ Cuni-culos: ſubterraneos meatus: vt furentur pecuniā ex ærario. ¶ Arguatur: reprehēdat & accuſetur id feciſſe. Igitur īquit Cic. ſi ita fecerit filius patria nō præponetur oībus aliis re-bus. ¶ Præſtabit: erit præſtantior & carior oībus officiis: q̄ aliis debemus. ¶ Immo vero. ſ. oībus p̄ſtabit inquit: qm̄ vti-le eſt p̄triæ hēre filios pios in parentes. ¶ Quid ſi: alia qō. ¶ Prodere: decipere: vnde ꝓditores. oppugnare, inquit, Aſconius Pedianus inimici & hoſtis eſt: ꝓdere grauius: cū ad eos qui amici eſſe de beant: referatur. ¶ Quærit ēt: alia qō. ¶ Adulterinos: nō ve ros & bonos: quod nro tem pore vulgo fit, & quotus qſ q̄ eſt q dubitet adulterinos nummos ſoluere. ¶ Ait: affir mat Diogenes ipſum ſolutu rū citra reprehenſionem: qd negabat Antipater ſecutus ſanctitatem Stoicorum: & ꝑſcriptum boni viri: quē ſen timus tm̄. ¶ Qui vinū. &c. alia quæſtio. Vinū fugiens dicit quod nō cōſeruatur bonita tem quā præ ſe fert: ſed cum mutatur putreſcit. vnde fu gere eſt quaſi putreſieri: & literæ dicuntur fugere cum corrūpūtur: ergo qui tale vi num vendit. dicere debet il lud eſſe fugiens. Sunt quædā vina: q̄ nō durant: & ſi qs il la tanquā duratura emeret: faceret iacturam. ¶ In iure: opiniōe & ſnia: q̄ eſt ſtoicis ius quoddam: & ſancta lex. ¶ Redhibeatur: opus ſit reci pere mancipiū venditū. Vul pianus ait. Redhibere eſt fa cere: vt rurſus hēat venditor qd habuerat. & qa redden do id faciebat: idcirco redhi bitio eſt appellata: q̄ſi reddi tio: cū redditur ab emptore mancipiū vēditori: & a iure cōſultis ponuntur morbi & cæt: quibus mācipiū redhibea tur. ¶ Sed hic: in hac parte & re. Diogeni placet: vt non dicā tur vitia. Antipatro aūt vt dicant. ¶ Aleatorē: q ludo aleæ teneatur. ¶ Si qs aurū: alia q̄ſtio. ¶ Oricalchum: eſt æs monta num hñs aliquam ſimilitudinē auri i colore: mat. rna ligua dicit ottone. ¶ Nec vi: de hoc ſupra dictū eſt: qd vi metuſue cā: & de dolo: qm̄ prætores dolo ꝓmiſſa aut vi rata nō hē-bant. Ponit igitur exēplum de eo qd ꝓmiſſum ē nec vi nec dolo. ¶ Ad aquā ītercutem: ad morbū hydropiſim. ¶ Pepi gerit: pactus fuerit. ¶ Eundē morbū: hydropiſim. ¶ Qui cū .i. cum quo pactū fecerat. ¶ Vitæ & ſaluti: ſtatuit Cicero & iudicat non eſſe ſtandum tali promiſſo: ſed vitæ conſulēdū vtendumq; medicamento etiam non permittente medico: qui cum id perneget ab humanitate diſcedit.

FRA. MAT. ¶ QVID ſi pr̄. Alia qō: ſi pater ſacrilegus eſſet: & deorū tēpla ſpoliaret & cuniculos ageret in ærarium: vt theſauros īde ſub riperet. nunqd filius hoc ſacrilegiū indicare debeat. ¶ Qui aūt defendat: non mō nō iudicet. Sed ēt defendat: ſi poſſit neq; obeſt p̄riæ vt tu vis: imo ꝓdeſt ſi filii in parentes pii fuerint. ¶ Quid ſi tyrānidē: alia qō i qd faciet filius: ſi pa-triam ꝓdere hoſtibus pr̄ voluerit: aut tyrānidē in ea occu-pare: & qd ſit facturus ex offō oñdit. ¶ Quæris ēt: alia qō: ſi ſapiens inqt falſos nūmos acciperet imprudens ab alio pōt ne id creditoribus ſuis illos ſciens dare: hui⁹ qōnis duas po nit cōtrarias opiniones. ¶ Adulterinos: falſos ſicuti & pue-ros nō legitimos adulterinos dicimus. ¶ Qui venenū: alia q̄ ſtio eſt q vendit quoddam genus coloris qd cito euaneſcat: nec durat: & is q vendit hoc ſcit. ſ. colorē illum euaneſcere. Quærit nūqd emptori dice re debeat h̄ color euaneſcit. venenū colorem hic accipe vt apd Vir. Nec Aſſyrio fu-cāt lana veneno. Alii vinum fugiēs legūt: hoc ē nō diu du ratur & mutatur colorē & saporē. ¶ Fugiēs i euaneſcēs. ¶ Redhibeat. Verbū ē iuris. Cū rē vitioſā vēdideris: cui⁹ vitiū tacitū ēt: ē redhibēda ē i. retro hñda: h verbo vete res iureconſulti vſi ſunt. ¶ Si qs aurū ieſt qdā q vendit au-rū purum. Sed exiſtimat ſe auricalcum vendere. Quærit nūquid emptor ſi ſapiēs fue-rit vt phi putāt cognoſcens debeat admonere venditorē nō eſſe auricalcum. ¶ Perſpi-cuū: debebat inqt aurum eſſe aperire. Quia diſputatū eſt nihil eē vtile qd nō hōeſtum. Et ꝓpterea nihil alteri facie-dum qd tibi fieri non uelis. ¶ Inter phi. Diogenē & Anti patrū. ¶ Pacta & ꝓmiſſa. Ait p̄tor pacta ſeruabo: idem ait qd metus cā geſtū erit ratū nō hēbo. Fiebat mētio etiā vis pp neceſſitatē īpoſitā cō traria volūtati. Eſt autē vis maioris rei ipetus q repelli nō pōt. Metus aūt illātis vl̄ piculi futuri cā mētis trepi-datio. Itē p̄tor ait. Quæ do lo malo facta eſſe dicent. Si de his reb⁹ alia actio fuerit & iuſta cā eē videbit iudiciū dabo. ut dige. li. iiii. diſcim⁹. Titulis qd metus cā geſtum erit & dolo malo. Aedicere vero magiſtratū ē verbū iubētiū vt p̄tores & ꝯſules ſolebāt. ¶ Si qs: pactū pōit qd cēſet nō eē ſeruādū: ē qdā hydropicus huic medicus dat ſalubrē medicinā hoc pacto: vt hac medi-cina nunq̄ poſtea vtat. Ille accepta medicina ſtati liberatus ē: poſt aliquot annos i eūdē morbū icidit. Quærit nūqd pa ctū ſuare dēat. Si a medico illo obtinere nō poterit: vt rur-ſus hāc medicinā accipiat nō vt honeſtū. Aquā itercutē ſiue ſubtercutē latini vocāt: græci hydropiſim. Vī morbi expmit Hora. his verſib⁹. Creſcit idulgens ſibi dirus hydrops: nec ſitim pellit niſi cā morbi fugerit venis & aquoſus albo cor-pore lāguor. Medici & Phi. atq; celſus tres hydropiſeos tra dūt ſpēs. Cato vt ſcribit Feſt⁹ hydropicū veternoſū appel-lauit. veternoſus: inqt Cato: q̄ plimū bibit: tā maxime ſitit.

Aduiteri nus

Est velut hydropis cus ille q pactū ponit qd cē ſet nō eē ſeruādū

ASC. ¶ Quid ſup. dicat ſi pr̄ expilet. i. ſpoliet fana. i. tēpla: & ſit ſacrilegus & agat cuniculos. i. ſubterraneos meatus: q̄les fa-ciunt lepores cuniculi in ærariū. i. qbus ꝑueniat ad ærariū indicet ne fili⁹ id magratibus. Quidē. i. certe. i. nefas. ſ. filiū reuelare ſacrilegiū p̄ris: qn ēt defendat. i. defendere debeat patrem ſi arguatur. i. accuſet ſacrilegii. Igit patria nō præ ſtabit. i. nō erit præſtantior oībus officiis: imo uere. ſed con ducit. i. vtile eſt ipſi p̄triæ habere ciues pios i parētes. Quid ſi pr̄ occupabit tyrannidē: ſi conabit prodere p̄riā. Silebit ne filius:

Quid? ſi qa ſapiens rogatus ſit ab eo, q eum hæredem faciat, cum ei teſtamēto ſextertiū millies relinquat, vt anteq̄ hæreditatem adeat, luce palam in foro ſaliet, idqꝫ ſe facturū ꝓmiſerit, qđ aliter cū hęredem ſcriptus ille nō eſſet, faciat qđ promiſerat ille necne? promiſiſſe nollē, & id arbitror fuiſſe grauitatis: ſed qm̄ ꝓmiſit, ſi ſaltare in foro turpe docet, honeſtius mētiet̃, ſi ex hęreditate nihil cęperit, quā ſi cęperit: niſi forte eam pecuniam in reipu. magnū aliquod tempus cōtulerit, vt vel ſaltare eum, cum patriæ conſulturus ſit, turpe non ſit ac ne illa quidem promiſſa ſeruāda ſūt, inutilia quibus illa promiſeris. Sol Phaetonti filio (vt redeamus ad fabulas) facturum ſe eſſe dixit quicquid optaſſet optauit vt in currum patris tolleretur, ſublatus eſt, atqꝫ antequam conſtitit, ictu fulminis deflagrauit, quanto melius fuerat, in hoc promiſſum patris non eſſe ſeruatum? Quid quod Theſeus exegit promiſſum a Neptuno? cui cum tres optiones Neptunus dediſſet, optauit interitum Hyppoliti filii ſui, cum is patri ſuſpectus eſſet de nouerca quo optato impetrato, Theſeus in maximis fuit luctibus.

filius: immo vere obſecrabit patrē ne id faciat. Si nihil ꝓficiet: accuſabit & minabit̃ ēt ad extremum: ſi res ſpectabit. i. tendet ad perniciē. i. deſtructionem pꝉiæ: ipſe anteponet ſalutem pꝉiæ ſaluti pr̃is. Quærit ēt hecato. ſ. ſi ſapiens imprudens. i. neſciens qd fecerit. accipiet nūmos adulterinos. i. falſos & nō iuſtæ materiæ ꝓ bonis, cū ipſe reſciuerit. i. poſtea ꝑceperit falſos eſſe, ideſt an ſit ſoluturus eos ꝓ bonis: ſicuti debeat. Diognes ait ſup. ꝙ ſic: antipater negat: cui. ſ. antipatro ego (inqt Cice.) potius aſſentior. Qui ſciens vẽdat vinū fugiens. i. nō cōſeruans bonitatē ſuā: aut in vaſe cōtineri negens qn obuertat. ne. i. audeat dicere. Diogenes putat non neceſſe eſſe ſup. dicere: antipater exiſtimat. i. iudicat ſup. eſſe boni viri ſup. dicere. Hæ. i. hmōi ſunt q̄ſi cōtrouerſiæ. i. q̄ōnes ad vtramqꝫ partē diſputabiles in iure ſtoicorum: ne. i. an vitia ſup. ſint dicēda in vēdēdo mācipio. R̄ñſio. Nō. niſi ea q̄ niſi dixeris mācipiū redhibeat̃: retraberi a venditore cogat̃ iur̃ ciuili. Sed hic. i. in hac re videntur alteri. ſ. ſtoicorū ſup. hæc vitia. ſ. mēdacē eſſe: aleatorē. i. luſorem aleis furacē & ebrioſum eſſe dicēda. i. oportere dici: & videnẗ alteri non dicenda. Si qs vendens aurū putat ſe vēdere auricalchum. i. metallum ſimile auro in colore. Ne. i. an vir bonus emptor. i. indicet ei illud eſſe aurum cum emat denario: ꝙ ſit millenariū. i. mille denarium ſiue denariorum. Perſpicuum eſt iam & quid videantur mihi: & quæ ſit controuerſia inter eos pħos quos nominaui: ne. i. an: pacta & promiſſa ſint ſemp ſeruanda: q̄ facta ſint nec vi nec dolo malo vt ꝑtores ſolent ſup. ꝑſcribere. Si qs dederit cupiam medicamentū ad aquā intercutē. i. hydropiſim: & pepigerit. i. in pacto habuerit ne vnq̄ veeretur poſtea illo medicamento ſi ſanus factus fuerit illo medicamento: & inciderit: aliquot annis poſt. i. poſtea in eūdē morbū: nec ipetret ab eo: qui cū. i. cū quod pepigerat. i. tale pactū fecerat vt licet item. i. iterū vti eo. quid ſit faciendū: cū is ſit inhumanus: q nō concedat vti: nec quicquam iniuriæ fiat ei ſi ſup. vtatur. Reſponſio. Conſulendum. i. auxiliandū quaſi conſilio eſt vitæ & ſaluti.

PETR. MAR. ¶ QVID ſi quis ſapiens: alia quæſtio. ¶ Promiſiſſe nollē: reſpondet Cicero propoſitę quæſtioni dicens ſapientis viri & grauis fuiſſe nō promittere: ſed quia promiſit: laudabilius erit in hoc mentiri: nihil. ſ. ex hæreditate accipere niſi forte pecuniam illa hæreditate relictam collaturus aliquando ſit in vtilitatem reipu. ¶ Grauitatis: conſtantię & virtutis. ¶ Si ducet: exiſtimabit eſſe turpe & præter decorū viri ſapientis ſaltare in foro. ¶ Honeſtius: maiore laude: ſi nihil capiet ex hęreditate: quoniā oſtendit antiquiorē eſſe ſibi virtutē & decorum omnibus aliis rebus. ¶ Magnū aliquod tempus: ideſt in aliquam difficultatem & neceſſitatem reip. cui adeſſe debemus: & quicquid ꝓ illa facimus: dicet. ¶ Tēpus. i. opprtunitatem temporis: & vſum. ¶ Ac ne illa quidem. Nunc de promiſſis nō ſeruādis diſputat: de quibus dictum ē i primo volumine. & pōit exemplū de ſole & Phaetonte: Neptuno & Theſeo: Agamēnone & Iphigenia filia: quā immolauit. Aliqui dicūt Agamemnonem cum græcorum claſſis aulide conueniſſet: importunitatem interemiſſe capream paſcentem & Dianę ſacram. Numen ob id iratum placari ſanguine Agamemnonis filię popoſciſſe. Vlyſſemqꝫ ſimulantem Achilli deſponſatam a Clitemneſtra matre virginem accepiſſe. & ante aras vitiatam ſtatuiſſe. Achillem cæteroſqꝫ qui ſacrificio præerant puellam regi ſcytharum clam emandaſſe & ſic tauricæ Dianæ templo præfuiſſe. Fabulæ dicunt ceruam fuiſſe ſuppoſitam ꝓ virgine a Diana.

FRAN. MAT. ¶ Quid ſi ſapiens. Alia quæſtio. Quærit hecato ſi ſapiens hæres inſtitutus fuerit hac conditione vt nō prius hæreditatē adeat quā in foro oībus vidētib⁹ ſaltauerit: nunqd ſi promiſerit ſeruare promiſſū debeat. ¶ Promiſiſſe nol. reſpondet Ci. ſapientis erat nō promittere rem ineptam & male qm̄ promiſit mendacem eē q̄ ſtultum: & potius amittere hæreditatem non ſeruando quod promiſerit: q̄ ſaltare & hæreditatem adire. ¶ Niſi for. hoc excipit ſi reſpub. vtilitatē aſſequi poſſet: vt videlicet ex ea: magnitudine pecuniæ ciuitas aliquandiu contra hoſtes tueri ſe poſſet. ¶ At ne illa: repetit quod in principio poſuit videlicet: quæ promiſeris ſemper ſeruanda non eſſe: & exēpla ponit qualia ſcilicet promiſſa ſunt quæ non ſeruare vtile ſit & ei qui promiſit & ei cui promiſſum eſt: & contra ſeruare inutile. ¶ Sol Phaetonti. Quod Phæbus filio pmiſit faciendum non fuit: nociturum erat accipienti: ergo honeſtius fuerat mentiri: fabula nota eſt quam multis verſibus ſcribit Ouidius. ¶ Ictu fulminis: quia Iuppiter metuens terris & cælo filium fulmine percuſſit: qui in Eridanum cecidit. ¶ Quid Theſeus: hoc exemplum etiā libro primo poſuit. ¶ Exegit: petiit veluti rem ſibi debitam. Ille enim tria promiſerat quæcunqꝫ peteret.

ASCĒ. ¶ QVID ſi quis ſapiens ſit rogatus ab eo qui hæredem faciat cum ſeſtertiū millies: ideſt mille ſeſtertium ſiue ſeſtertiorum (ſed conſuetius dicunt periti Millies ſeſtertium) relinquatur ei ex teſtamento vt antequam adeat hæreditatem ſaltet luce: vel potius luci: ideſt tempore lucis palam: ideſt in conſpectu omnium in foro & promiſerit ſe id facturum: ꝙ. i. quia ille aliter non eſſet ſcripturus cum hæredem: faciat illi quod promiſerat: necne: ideſt an non: dicit Cicero: ego nollem promiſiſſe: & ego arbitror id fuiſſe grauitatis: quoniam promiſerit ſaltare in foro quod turpe ducet mentietur honeſtius ſi nihil exceperit ex hæreditate: quā ſi ceperit: niſi forte contulerit eam pecuniam in aliquod magnum tempus: ideſt magnam exportionitatem vt pote tempore egeſtatis reſpub. vt vel: ideſt etiam non ſit turpe eū ſaltare cum ſit conſulturus etiam patriæ. At ne illa quidem promiſſa ſeruanda ſunt: quæ non ſunt vtilia his ipſis quibus promiſeris illa. Sol (vt redeamus ad fabulas) dixit ſe facturum eſſe filio phaetōti quicquid optaſſet: & optauit filius vt tolleretur in currū patris: ſublatus: ideſt ſurſum latus eſt: atqꝫ ipſe inſanus antequam conſtitit in curru: ſcilicet deflagrauit: ideſt totus exarſit ictu fulminis: quāto melius: q̄ſi dicat multo fuerat promiſſū patris nō eſſe ſeruatū in hoc. Quid ꝙ Theſeus exegit promiſſum a Neptuno: cui cū Neptunus dediſſet tres opiniones: optauit iteritum Hyppolyti filii ſui cui patri: cū is: ſcilicet filius Hyppolytus cum eſſet ſuſpectus de nouerca: ſcilicet Phædra quæ primū fuerat Hippolyto deſpōſata: & ita amans cum pluſquam patrem iterpellauit eum de ſtupro: ꝙ recuſantem falſo crimine apud patrem detulit, quo. ſ. iteritu optato: & impetrato Theſeus fuit in maximis luctibus.

Quid? Agamēnon cū deuouiſſet Dianæ quod in ſuo regno pulcherrimum natū eſſet illo anno, immolauit Iphigeniam, qua nihil erat eo qdem anno natum pulchrius. ꝓmiſſum potius nō faciendū, q̄ tam tetrū facinus admittendū fuit. Ergo & ꝓmiſſa nō faciēda nonnunq̄, neq; ſemꝑ depoſita reddēda ſunt. Si gladiū qs apud te ſanę mentis depoſuerit, repetat iſaniens, reddere peccatum ſit, non reddere officium. Quid ſi is, q apud te pecuniam depoſuerit, bellum inferat patriæ: reddēs ne depoſitum? Non credo: facies enim contra rempublicā quæ debet eſſe chariſſima. Sic multa, quæ natura honeſta videntur eſſe, tēporibus fiunt non honeſta, facere promiſſa, ſtare conuentis, reddere depoſita, commutata vtilitate fiunt non honeſta. At de his quidem, quæ videntur eſſe vtilitates contra iuſtitiā ſimulatione prudentiæ, ſatis arbitror dictum. Sed quoniam a quatuor fontibus honeſtatis primo libro officia duximus, in eiſdē verſabimur; cum docebimus ea, q̄ vñr eſſe vtilia, neq; ſint, quam ſint virtutis inimica. Ac de prudētia qdem, quā vult imitari malitia, itemq; de iuſtitia, quę ſemper eſt vtilis, diſputatum eſt.

¶ De fortitudine.

REliquæ ſunt duę ꝑtes honeſtatis, quarū altera in animi excellentis magnitudine, & præſtātia cernitur, altera in conformatiōe & moderatione continentiæ & tēperātiæ.

PETR. MAR. ¶ Tam tetrum: crudele & horrendū. ¶ Ergo: cōcludit oſtēdens hæc eſſe officia a circūſtantia: vt ſuo loco dictum eſt. ¶ Quid ſi: alia quæſtio qua offm & circūſtantia oſtenditur. ¶ Temporibus: cōditione temporum. ¶ Cōmutata vtilitate qm ſi ſit promiſſum: non eſt vtile illi cui ꝓmiſſum eſt, & qa vtilitati cōſulendum eſt: mutata vtilitate mutat offm hæc plana ſunt: & in primo libro tractata vberius. ¶ Ac de his qdē: poſtq̄ diſſeruit de his q̄ pertinēt ad prudentiā & iuſtitiam Cicero captans attētionē trāſit ad reliquæ: q̄ pertinent ad fortitudinē & temperantiā: de quibus vſq; ad finem diſputat: oſtēdens nihil eſſe vtile quod fortem virū dedeceat & temperatum: cōfutās epicureorū opiniones ſtatuētium finem bonorum in voluptate: & firma explorataq; corporis valetudine. ¶ Simulatiōe .i. malitia quadam: quæ prudētiam vł imitari: cum ab ea diſtet plimū. ¶ In eiſdē: fontibus a qbus officia ducuntur & manant.

REliq̄ ſūt duę partes fortitudo .ſ. & tēperātia: ſed prius agit de fortitudine. Et ponit exēplum Vlyſſis: quē oñdit non potuiſſe viri forti & magni decorum ſeruare: ſi domi remāſiſſet vitans bellicos labores: quis id vtile potuiſſet videri. ¶ Cōformatione: repreſentatione imaginis tēperātię. Is alicui virtutis ſe cōformat qui & vultu: & cultu corpis offō illius ſe accōmodat. hæc cōformatio maxime ptinet ad tēperantiam: quæ motus ēt corpis naturæ cōgruētes reqrit in primo dictum eſt.

ADD ¶ Altera in cōformatione: & moderatione cōtinentiæ: & tēperantiæ .i. in referēda imagine: ac forma ꝯtinentiæ circa cibum potum: venerē: & cętera id genus iucūda: & decora. Is alicui virtuti ſe cōformat. Qui & vultu: & cultu corpis offō illius & muneri ſe accōmodat: hęc conformatio maxie pertinet ad tēperantiā, in qua nō minus corpoꝝ q̄ animoꝝ motus cōgruentes naturæ requirūtur: atq; probantur.

❡QVOD niſi ita eſſet rationem ſuam exemplis exornat Cicero. Nam ſi ius fœciale ſeruandum non eſſet: unquam ſenatus cenſuiſſet clariſſimos viros hoſtibus dedendos. FRA. MAT. T. Veturius. Bello quod cū ſamnitibus geſtū eſt. vt apđ Liuiū legitur lib. viii. ab vrbe condita. T. Veturius, & Sp. Poſthumus conſules ad furculas caudinas compulſi i anguſtias ab hoſtibus quorū erat dux pōtius & circumuenit coacti ſunt armis relictis: Cum ſingulis veſtimentis ſubiugum ire. & pacē facere. ❡Iterū. Secundo, conſulatu, ergo nihil illis ꝓfuit dignitas. ❡Eodem tpe, erant ii quos noiat eodē tpe tribuni plebis & eorum auctoritate. T. Veturiꝰ. Sp. poſthumius pacem fecerant iniuſſu po. Ro. Vñ dediti ſunt hoſtibus vna cū coſſ. prio recuſarunt ſe dedi: & uiolari non poſſe dixerunt: ꝙ tribuni eſſent, & ſacroſancti. Tum poſthumus qui ſuaſerat vt vna cū collega ipſe dedereṫ iuſſus dicere ſniam hos inqt dedendos cēſeo: ut po. Ro. religiōe ſoluaṫ de his aūt ſacroſanctis videritis cum a magiſtratu abierint. Quid faciendū ſit. Tribuni vero cū uiderent fore vt depoſito magiſtratu dederēturi maluerunt vna cū coſſ. dedi q̄ exitū magiſtratus expectare: & ita dediti ſunt. Sānites aūt recipere voluerunt, & ſic icolumes ſunt dimiſſi. ❡Quod idē. Ci. Mācinus, cōſ. ꝯtra Numātinos fuit, & coactus neceſſitate fœdus cū illis fecit. Sed & ipſe po. Ro. iuſſu deditus ē hoſtibꝰ rogatiōis aūt q̄ lata ē, vt dedereṫ. ipſe ſuaſor fuit, ❡Honeſtius hic &c. Q. Pōpe. aliquot añ Mancinū annis ꝯſul ī. Hiſpania cōtra Celtiberos, & Numātinos victus iniuſſu po. Ro. fœdus fecit, Infirmior factus debilitate corpis. Cū ſenatus fœdus illud nō laudaret. Rogatio lata ē, vt dedereṫ, hāc deditionē ipſe dep̄catus eſt, cām in infirmitatē reiiciens. mouit aūt populū ad cōmiſerationē, ita vt rogatio illa exploderet. Dicit. ero honeſtius feciſſe. C. Mancinū. T. Veturium & Spu. poſthumiū q rogationē cōtra ſe latā ſuaſerunt, quā hic diſſuaſit, illi. n. honeſtatis rōnē habuerunt, hic vero vtilitatis ſpeciē ſecutus eſt. ❡Deprecante, depellente. ❡At non debuit aliā aduerſariorū refellit rōnē, uidelicet nō eſſe ſtandū ꝓmiſſis. q̄ metu facta. ſunt. Reſpondet Cice. ſic loquunṫ q̄ſi forti viro vis poſſit afferri. Cū nulla vis afferri poſſit. ❡Cur igitur ad ſenatū: alia ratio ſi hoc animo erat regulus vt ſuaderet non eſſe reddendos captiuos: & non redditis in vrbe non maneret, cur Romam profectus, eſt nōne labori ſuperſedēdum fuit, hæc ratio ſatis viriū habere videtur. reſpondet Cicero, non aduertunt ſe id in regulo rep̄hendere quod eſt maxime laudandum. ❡Non enim ſuo iudicio ſi ſequit iudicio ſuo contentus fuiſſet, videlicet ſatius eſſe captiuos non reddit, ꝙ & plures erant, & robuſti eum ipſe vnus & ſenex eſſet, & id ſenatui non propoſuiſſet, vehementer erraſſet, & ab officio diſceſſiſſet, ꝙ non dixiſſet. ❡Senatui id quod vtile uidebatur reipublicæ. ❡Sentire, eam ſententiam habere ut captiui non redderentur.

❡Quod

ASCE. ¶ QVOD nĭ.i.niſi ita eſſet ſenatus nunq̃ dediſſet hoſti/bus claros viros uinctos.i.ligatos. At vero.i.ſed tñ.T.Teturius & Spu.Poſthuminus cũ eſſent iterũ conſules quia cum male pugnatũ eſſet apud caudiũ oppidũ ſamnitũ i fecerant pacem cum Samnitibus & hoc legionibus.i.militibus. per legionẽ diſtinctis miſis ſub iugũ.i.ſubiugatis, ipſi conſules ſunt dediti.i. ad voluptatẽ dati.his.ſ.ſamnitibus: vt fa/cerent de his quicqd vellent. Enim pro quia ipſi fecerant iniuſſu.i.ſine iuſſu po. & ſe. ſup.Ro.q.T.Numitius i & Q u. Aemilius q cum erant trib. ple.dediti ſunt eodẽ tẽpore. Q d.i.qa pax erat fa/cta eoꝝ auctoritate: vt pax ſanitũ repudiaret. Atq; ipſe poſthumus q debebatur: fuit ſuaſor. & auctor huius deditiõis: qd idẽ.ſ.factũ.C. Mancinus fecit ſup. multis annis poſt: q vt dederet numantinis quibuſcũ.i. cum quibus fecerat foedus ſine auctori/tate ſenatus: ſi nautem eam rogationẽ quam.L. Furius & Sextus Attilius: ex ſena/tuſcõſulto ferebant: qua ro/gatione.i. propoſitione pro poſita populo: ante appro/bare, vellet accepta.i.appro bata deditus eſt hoſtibus. Hic ſup. egit honeſtius quã. Q u.Põpeius quo deprecante.i. recuſante: & praecante ne fieret cum eſſet in eadẽ cã lex non eſt accepta. Hic.i.in hoc facto Põpeii eaq̃ vide/batur utilitas valuit pluſq̃ honeſtas. Falſa ſpẽs vtilitatis eſt ſuperata apud ſupiores.i.prius dictos: ab auctoritate ho/neſtatis. At.i.ſed illud nõ debuit eſſe ratũ (ut obiectũ erat) qd erat actũ p vim.i.violentiam q̃ñ uis poſſit adhiberi non forti uiro. Igitur dicet aduerſarius: cur pficiſcebat ad ſenatũ pſertim cũ eſſet diſſuaſur⁹ de captiuis. Rñdet Cice. Vos rephenditis in eo: qd maximũ.i.laudabiliſſimũ eũ eſt in eo, Nõ enim ſtetit ſuo iudicio: ſed ſuſcepit cãm.i. occaſionẽ: vt eſſet iudiciũ ſenatus: cui niſi ipſe fuiſſet auctor captiui eẽnt pfecto redditi. Poenis.i. punicis: hoc eſt Cartaginem. hoſtibus. Ita regulus reſtitiſſet incolumis in pãtã: qd qa putauit inutile pñ: idcirco credidit hõeſtũ ſibi: & ſetiſ: & pati illa.

PETr. MAR ¶ NAM qd aiunt: refellit poſtremũ qd cõtra regulũ dicebat: & dicit id qd valde utile eſt eſſe honeſtũ nõ fieri: q̃m nihil eſt vtile qd nõ ſit honeſtũ: & utile aliqd dr̃ pp hoc qa honeſtũ eſt: nec dicimus aliqd eſſe honeſtũ: qa ſit vtile: ſed vtile qa honeſtũ. Mirandũ inqt in regulo: qd cẽſuerit ñ fie/ri permutationẽ: eo tpe iuſiurandũ erat arctiſſimũ uinculũ ad aſtringendã fidẽ, qd patet in legibus.xii.tabu. & ẽt i no/tis cenſoriis & iudiciis: cõderent luſtra: & recognoſcerẽt mores: ut in illos q ab officio diſceſſiſſent animaduerterent: & maxime ſi iuſiurandũ uiolaſſent: qd peccatũ uindica/bant leges ẽt ſacratae & nota cẽſoriũ atq; ẽt foedera qbus cũ hoſte iureiurãdo interpoſito fides deuinciebat: haec oĩa inqt idicant arctiſſimũ fuiſſe apud maiores noſtros iuriſ/iurandi vinculũ. Sacratae leges dicebantur auctore Põpeio: qbus ſanctũ erat ut ſiquis aduerſus eas feciſſet ſacer alicui deorũ eſſet cũ familia: pecuniaq;. De cenſura dictum eſt, & affert exẽplũ M. Põponii trib. ple: q ne iuſiurãdũ uiolaret, L. Manliũ: cui diẽ dixerat, miſſum fecit. L. Manlius claui figendi cã dictator dictus eſt: q perinde ac rei gerẽdae ac nõ ſoluendae religionis cã creatus eſſet: bellũ hernicũ affectans

Nã quod aiunt, quod valde vtile ſit, id fieri honeſtũ: imo uero eſſe, nõ fieri. Eſt enim nihil vtile, quod idem non honeſtum, nec quia vtile honeſtum eſt, ſed quia honeſtum: vtile. Quare ex multi mirabilibus exẽpli haud facile qs dixerit, hoc exemplo aut laudabilibus aut praeſtantius. Sed ex tota hac lau de Reguli, vnum illud eſt admiratione dignum, quod captiuos retinẽdos cenſuerit. Nam quod rediit, non nobis mirabile videtur, illis quidem tpibus aliter facere non potuit. Itaq; iſta laus non eſt hominis, ſed temporum. Nullũ enim uinculum ad aſtringendam fidem iureiurando maiores arctius eſſe uoluerunt, id indicãt leges ĩ duo/decim tabulis, indicant ſacra indicant foedera, quibus etiam cum hoſte deuincitur fides, indicant nota/tiones: animaduerſioneſq; cẽſorũ, qui nulla de re diligenti⁹, q̃ de iureiurando iudicabant. L. Manlio Auli filio: cum dictator fuiſſe, M. Pomponius. trib.ple. diem dixit, quod is paucos ſibi dies ad dictaturã ge/rendã addidiſſet: criminabatur etiam qd titũ filiũ, qui poſtea ẽ Torquatus appellatus, ab hoĩbus relegaſſet, & ruri habitari iuſſiſſet: qd cum audiuiſſet adoleſcens filius negocium exhiberi patri accuriſſe Romam: & prima luce Pomponii domum veniſſe dicitur. Cui cum eſſet nunciatum, quod illum iratum allaturum ad ſe aliquid cõtra patrẽ arbitraret, ſurrexit e lectulo,

delectu acerbo iuuentutẽ agitauit. Tandẽq; oĩbus in eum tribu.ple.cohortis ſeu vi: ſeu verecundia victus dictatura abiit. In principio anni ſequẽtis dies Mãlio dr̃ a.M. Põponio trib.ple. criminiq; ei tribunus inter cętera dabat inqt Liuius q filiũ iuuenẽ extorrẽ vrbe domo penatibus: foro: luce: cõgreſſu ęqualiũ phibitũ in opus ſeruile ppe in carcerẽ atq; in ergaſtulũ dederit. Hic iuuenis. T. Manlius ad pontẽ anienis gallũ vicit: & torquẽ ademit: dictatore. T.Q uintio poeno. ¶ Negocium exhiberi patri.i. vrgeri in iudicio vnde apud Seneca vetuit illi exhiberi nego/cium Cęſar: & angellos in q bus uicinalis viã cã rixę ac li/tiũ fuerat: militi ſuo donauit

ADDI ¶ Indicant leges in. xii. ta/bulis. Lex in.xii. tabulis eo/dem Cicerone auctore in. ii. de legibus hęc erat Per/iurii poena diuina exitium humana dedecus. ¶ Indicãt. ſacratae, leges ſacratae fuerũt plebeiae: ac tribunitiae. vt auctor eſt Pedianus Aſconius. Idẽ Cic. in o[r]õne p Cornelio agens de plebei ac tribu/nis dicit, Tanta in illis vir/tus fuit, vt anno. xvi. poſt reges exactos pp nimiam dñationẽ potẽtiũ ſcederent. Legeſque ſacratas ſibi reſtitue/rent, & montem trans anienem aeternae memoriae cõſecrarent. Idẽ in tertio de legibus inqt. Sunt certa verba legum: neq; ita priſca: vt in ueteribus his, ſacratiſq; legibus. Pompeius uero ſic ſcribit. Sacratae leges dicebant, in qbus ſancitũ erat: ut ſi qs aduer/ſus eas feciſſet ſacer alicui deorũ eẽt cũ familia: pecuniaq;. Liuius lib.ii.primae decadis agens de recõciliatione plebis opa Menini Agrippae dicit. Agi de cõcordia coeptũ: con/ceſſumq; in conditiones: ut plebi ſui magiſtratus eſſent ſa/croſancti quibus auxilii latio aduerſus conſules eſſet. ne ue/cui patrum capere eum magiſtratũ liceret, ibi ſacrata lex lata. ¶ Indicant notationes: Gellius lib.vii. ſic ſcribit. iuſiurandũ apud Romanos inuiolate, ſancteq; habitũ: ſeruatumq; eſt. Id & moribus: legibuſq; multis oſtenditur. Cenſores periu/ros oĩum notarũ, & damnis: & ignominiis affecerunt. q̃m quod ſe facturos dictauerunt non feciſſent.

FRan. MAT. ¶ NAM quod aiunt: ei rñdit rationi: qua dicebãt vtile ſi maxime vtile afficiatur: etiam honeſtum effici, & dicit vos dictis quaedam maxime vtilia fieri honeſta: ego non dico fieri ſed eſſe. Si maxime vtilia ſunt non efficiuntur honeſta ſed ſunt vere honeſta ſic aũt rñdet Cic. quemadmodũ vos dictis quaedam uideri honeſta quae non ſunt: videlicet q̃m id quod turpe uidetur: & maxime vtile efficitur honeſtum eſſe incipit: ſic hoc loco turpe uidetur contra iuſiurandum facere, attamẽ quia vtile non erat, efficitur honeſtũ, quod maxime vtile eſt non efficitur honeſtum, ſed natura ſua eſt honeſtum. Cum fundamẽtum illud ſtabile, & firmum per/manere debeat: videlicet nihil vtile quod non honeſtum: & nihil honeſtum quod non utile. ¶ Vtile, quãuis turpe videatur. ¶ Nec quia utile &c. nec quia utile honeſtum: immo qa honeſtum eſt: idcirco vtile: nam utilitas non eſt cauſa honeſtatis: ſed honeſtas eſt cauſa utilitatis quod ſemel honeſtum non eſt nuſquam maximae utilitatis acceſſione poteſt fieri honeſtum: & quod eſt honeſtum dicitur eſſe honeſtum: nec fieri utilitate. Et quod eſt honeſtum ſemper eſt utile, ſed ẽt

Quid eſt vtile ē honeſtum. Notationes

eo q̄ putat̄ vtile nō tn̄ eſt honeſtū. ¶ Quæ: qn̄ oſ̄dimus nihil valere q̄ obiiciunt̄ regulo. ¶ Id dicat: pbat attribuendū tpibus q iuſiurandū ſeruauerit regulus & ad hoſtes redierit, ¶ Sacratæ, latæ in monte ſacro cum creati tribuni, legibus illis cautū erat de iureiurādo ſeruādo q̄ in monte ſacro inter plebios & patrios latæ ſunt, ¶ Fœdera: quę fiebant iure fœciali. ¶ Notationes: punitiões: & aiaduerſiones cenſorię. ¶ L. Mālio: narrat hoc Liui. li. vii. ab vrbe condi. Q. ſio: vcz. L. Malio. M. Pōpo. diē dixerit. q ad p̄finitū tp̄s dictaturę dies alii quod addiſſet: & filiū iure tenerent. ¶ Torq̄tus appellatorq̄ gallo detracto apud Anienē fluuiū bello gallico, Dictature, T. Qu. pœno. Q. d idē Liuius eodē lib. ſcribit. ¶ Negocium exhi. patri: moleſtiā fieri patri, vt gręci dn̄t. πραγματα παρεχειν

ASCE. ¶ NAM quod ipſi aiunt, id quod ſit valde vtile fieri honeſtum, immo vero ſup. dicendū eſt id eſſe nō fieri honeſtū. Enim p quia nihil eſt vtile quod idem nun ſup. ſit honeſtum, nec ideo honeſtū eſt quia vtile, ſed ideo vtile eſt: q honeſtū. Quare haud facile quis dixerit ex multis mirabilibus exemplis: aut laudibilius: aut pręſtantibus hoc exēplo. Sed ex tota hac laude Reguli eſt illud vnum dignum admiratione q cenſuerit captiuos retinendos. Nam non videt̄ nobis quod mirabile rediit: quia nō potuit aliter facere, quidem. i. certe illis temporibus. Itaq & ita iſta laus non hominis ſed tēporū qbus. ſ. tā iuſtus erat ſenatus: vt ſi conſul voluiſſet non potuiſſet contra iuſiurandū feciſſe. Maiores ēt nullū vinculū voluerunt eſſe arctius ad aſtrigendam fidē iureiurādo: id indicant leges i duodecim tabulis, id indicant ſacra, ideſt cerimonialia, id fœdera indicant, quibus: ſcilicet fœderibus fides deuincitur etiam cum hoſte. Notationes & animaduerſiones, ideſt punitiones cenſorum indicant etiam id: qui de nulla re diligentius indicabant q̄ de iureiurando. Marcus Pomponius tribu. ple. dixit diē Lucio Mālio filio Auli cū fuiſſet dictator. Q. d. iqa is. ſ. Mālius addidiſſet ſibi ipſi ſup. paucos dies. ad dictaturam gerēdam: & criminabatur etiā q relegaſſet ab hoībus & iuſſiſſet habitare ruri. i. in agro, Titū filiū qui appellatus eſt poſtea torquatus: q. i. quā rem cum filius adoleſcens audiuiſſet: id dicit negocium exhiberi patri: dicitur accurriſſe Romam & veniſſe prima luce domum Pomponii. Cui ſcilicet Pōponio cum eſſet nunciatum q arbitraretur illum iratum allaturū aliquod ad ſe contra patrem ſurrexit e lectulo:

PET. MAR. ¶ COGNOmē, qui vocatus eſt Torquatus a Torque ho/

remotiſq; arbitris ad ſe adoleſcētē iuſſit venire. At ille, ingreſſus ē, cōfeſti gladiū diſtrinxit, iurauitq; illum ſtati interfecturū, niſi iuſiurandū ſibi dediſſet, ſe patrē miſſum eſſe facturū. Iurauit hoc terrore coactus Pomponi⁹ rem ad populū detulit, docuit cur: ſibi a cauſa deſiſtere neceſſe eſſet: Manliū miſſū fecit. Tantū tēporibus illis iuſiurandū valebat: atq; hic. T. Manlius is eſt, q ad aniene galli: quē ab eo puocatus occiderat torque detracto cognomen inuenit cuius tertio conſulatu latini ad viſerim fuſi: & fugati magnus vir in primis, et q nuper indulgens in patrē, idē acerbus & ſeuerus in filiū Sed ut laudādus Regulus in cōſeruando iureiurando, ſic decē illi, quos poſt Canenſem pugnā iuratos ad ſenatum miſit Hānibal in caſtra redituros ea quorum erāt captiui, niſi de redimēdis captiuis impetrauiſſent: ſi non redierunt: uituperandi: de qbus nō oēs vno modo. Nā Polybi⁹ bon⁹ author in primis ſcribit ex decē nobiliſſimis, qui tunc erant miſſi nouē reuertiſſe, a ſenatu re non impetrata. Vnū ex decē: q paulo poſtq̄ egreſſus erat caſtris rediiſſet: q̄ ſi aliqd eēt oblitus: Romæ remāſiſſe, Reditu enim in caſtra liberatū ſe eſſe iureiurando interpretabat̄, non recte, Fraus enī diſtringit nō diſſoluit periuriū. Fuit igitur ſtulta calliditas pụerſe imitata prudētiā, Itaq; decreuit ſenatus: vt ille veterator & callidus vinctus ad Hānibalē duceretur. Sed illd maximū octo hoīum millia tenebat Hannibal: nō quos i acie cepiſſet, aut q periculo mortis diffugiſſet ſed q relicti in caſtris fuiſſent a Paulo & varrone conſulibus. Eos ſenatus non cenſuit redimēdos, cum id parua pecunia fieri potuiſſet, vt eſſet inſitū militib⁹ noſtris, aut vīcere, aut emori. Qua qdē re audita, factū animū Hānibalis ſcripſit idē, q ſenatus populuſq; Roma, rebus afflicti, tā excelſo animo fuiſſet. Sic hōeſtatis cūparatiōe: ea: q videntur vtilia, vincuntur. Acilius aūt, q græce ſcripſit historiā, plures ait fuiſſe, q in caſtra reuertiſſent eadem fraude, vt iureiurando liberarētur, eoſq; a cenſoribus oībus ignominiis notatos. Sit iam huius loci finis. Perſpicuum ē enim quę timido, animo humili, demiſſo, fractoq; fiant (quale fuiſſet reguli factum, ſi aut de captiuis, quod ipſi opus eē videretur non quod reipu. cēſuiſſet, aut domi remanere voluiſſet) non eſſe vtilia: quię ſunt flagitioſa, fœda, & turpia.

ſibi adempto. ¶ Ad viſerim, pugnatum eſt: inquit Liuius cum latinis non procul a radicibus veſuuii montis: qua via ad viſerim ferebat: conſules erant. T. Manlius & Decis, qui ſe pro Romanis legionibus deuouit: & Mālius auctore Liuio ea virtute atque conſilio in prę̨lio fuit vt facile conuenerit inter ſcriptores vtrius partis. T. Manlius dux fuiſſet eius futuram haud dubie fuiſſe victoriam. Acerbus in filium quoniam ipſum ſecuri percuti iuſſit. quia iniuſſu ſuo cū Geoutio duce Tuſculanoq; pugnauerat & victor ſpolia retulerat: nota eſt hiſtoria apud Liuiū. ¶ Sic decem illi, diſcrepant inter ſe auctores in hac hiſtoria. Lege Liuium & Polybium. Decem elegerunt captiui, q Romā ad ſenatū irēt: & cū eēnt egreſſi caſtris & ſe redituros iuraſſent: unus ex his inquit Liuius minime Romani ingenii hō: velut aliqd oblitus iuriſiurandi ſoluēdi cā cū in caſtra rediiſſet ante noctem comites aſſecutus eſt & re infecta cū nouē ad Hannibalē redirent: ille domū abiit qd fallaci reditu in caſtra iureiurando ſe exoluiſſet: qd vbi innotuit cōprehenſus eſt, & cuſtodiaus publice ductis ad Hannibalē miſſus ē. Aliqui ſcripſerunt decē legatos primū veniſſe deinde tres alios L. Scribonium. C. Calphurniū, & L. Māliū: & hos tres ad Hannibalem re nō impetrata reuertiſſe, & decē illos remanſiſſe: qd p cām recognoſcēdi noia captiuoq; ad Hannibalā ex itinere regreſſi religione exoluiſſent ſeſe, & hos proximis cenſoribus adeo omnib⁹ notis ignominiiſq; confectos eſſe: vt qdā eorū mortē ſibi ipſi cōſciuerint, cæteri nō foro ſolū oī deinde vita ſed ppe luce ac publico caruerint. ¶ A Paulo & Varrone: q erat conſules cū ad cānas pugnatū ē eſt. Vbi Paul⁹ cecidit & Varro fugiens Venuſiam ſe recepit & q in caſtris Ro. erant; Hānibali ſe dedicerūt, pacti vt arma atq; equos traderent: & vt ſe pecūia redimere poſſent quod ſenatus. T. Mālio ſuadēte renuit. ¶ Scribit idem: Polybius: ſcilicet. ¶ Huius loci diſputationi: que pertinet ad fortem animum & magnum.

FRA. MAT. ¶ REMOTIS arbitris: q iudicādi rē poteſtatē hēt. ¶ Atq hic is eſt & ut age ſciamq. quis fuerit hic Manlius fuit ille qui poſtea torquatus cognominatus e. ¶ Cuius ter. con. Tertio cōſul creatus apud viſerim campaniæ mōtē latinos ſudit: & filiū iuſſit occidi: q cōtra mandatū ſuū pugnaſſet licet victor rediiſſet expugnata: qd Liuius ſcribit in principio octaui libri ab vrbe cōdita. ¶ Sed vt laudādus, &c. Res per partes. ſcribit hoc Liuius li. xxii. de ſecūdo bello punico, ¶ Sed illud, magnitudine laudat po. Ro. qui octo millia

Torquatus ſuum filium occidi q pugnauerat cōtra eius mādatū.

PET. MAR

¶ De temperantia.

Reſtat quarta pars:q̄ decore: moderatione: modeſtia.cōtinētia,tēperantia cōtinet̄.Pōt igit̄ qcq̄ utile eſſe,qd̄ ſit huic taliū virtutū choro cōtrariū? At q ab Ariſtippo Cyrenaici:atq; annicerii phi nominati,oē bonū ī voluptate poſuerunt, virtuteq; cēſuerunt ob eā rem eſſe laudandam:qd efficiens eſſet uoluptatis, qbus obſoletis floret Epicurus:eiuſdē fere adiutor: auctorq; ſententię.

milia redimere noluit cū paruo poſſet:vt oſtēderet: aut vīcendum aut moriendū eē militibus. Ex quo valde territus eſt Hannibal cum videret tantum eſſe animi Romanis victis & afflictis:vt nolēt redimere captiuos.¶ Scribit idem: Polybius.¶ Sic hone.nūc cōcludit.¶ Attilius:ad id reddit quod omiſerat de decem ab Hannibale miſſis.¶ Eadē fraus qua vnum tm̄ vſum ſcribit Polybius.¶ Sed iam. Cōcludit hic Cice. oſtēdens quod vtile maxime videatur non eſſe faciendum ſi cōtra fortitudinē.¶ Flagitioſa:laudabili opponitur flagitioſum i ſędū decoro: turpe honeſto.

ASCĒ. ¶ E T remotis arbitris iuſſit adoleſcentē venire ad ſe. At.i.ſed.ille.ſ.adoleſcens:vt.i.poſtq̄ ingreſſus eſt,diſtrinxit.i.euaginauit confeſtim.i.cū feſtinatione glaudium:& iurauit ſup.ſe interfecturum ſtatim illum,,ſcilicet Pomponiū tuſi dediſſet ſibi iuſiurandum ſe miſſum facturum:ideſt dimiſſurum eſſe patrem Pōponius coactus hoc terrore iurauit & detulit rem ad populum docuitq; cur ſup.neceſſe eēt ſibi deſiſtere a cauſa: & miſſum fecit Manlium. Tm̄ valebat illis tēporibus iuſiurandū (acclamatio eſt.) Atq; ic Titus Manlius eſt is qui inuenit cognomen:ſcilicet torquati;torq̄ galli quē prouocatus ab eo occiderat ad anienem fluuiū detracto.Cuius tertio cōſulatu latini fuſi & fugati ſunt ad viſerim:q ſup.fuit magnus in primis vir, & q nup indulgens ideſt pius in patrē ſup.fuit;idē acerbus & ſeuerus ſup.fuit in filiū. Sed vt regulus ſup.fuit laudandus iureiurādo conſeruando:ſic decem illi:quos iuratos:ideſt aſtrictos iuramēto Hānibal miſit ad ſenatum poſt pugnam cānēſem.in qua plurimi Romanorū fuſi ſunt,iuratos dico redituros:ideſt quod eſſent redituri in ea caſtra quorū erant captiui:niſi impetrauiſſent de redimēdis captiuis. illi dico ſunt vituperandi ſi non redierunt,de quibus nō omnes vno modo ſup.ſcri.pſerūt.Nam Polybius auctor in primis bonus:ſcribit ex decem nobiliſſimis:qui tunc erāt miſſi nouem reuertiſſe re nō impetrata a ſenatu,& vnum ex decē remanſiſſe Romæ:q paulo poſtq̄ egreſſus erat e caſtris hoſtiū:ſcilicet rediſſet:q̄ſi aliquid eſſet oblitus.Enim pro qa interpretabatur ſe eſſe liberatū iureiurādo reditu:ideſt per reditum in caſtra i interpretabatur(dicit)nō recte. Enim pro quia fraus diſtringit: ideſt arctius ſtringit & nō diſſoluit periurium. Fuit igitur ſtulta calliditas imitata prudentiam peruerſe. Itaq; ſenatus decreuit: vt ille veterator & callidus duceretur vinctus ad Hannibalem:ſed illud maximū ſup.erat. Hannibal tenebat octo millia hominum nō quos cœpit in acie:aut qui fugiſſent periculo mortis:ſed qui fuiſſent relicti in caſtris a Paulo & Varrone conſulibus.Senatus nō cenſuit eos:ſcilicet homines numero octies mille,cū id potuiſſet fieri parua pecunia:ut inſitum eſſet noſtri militibus:aut vincere,aut emori. Qua qdem re audita idē.ſ.Polybius ſcripſit animū Hannibalis fractū q; ſenatus Populuſq; Romanus fuiſſet tam excelſo animo rebus afflictis. Si ea quæ videntur utilia dicſtur cōparatione honeſtatis. Autem pro ſed: Attilius q ſcripſit græce.hiſtoria ait plures fuiſſe qui reuertiſſent in caſtra eadem fraude:vt liberarētur iureiurando & eos notatos eſſe a cēſoribus oibus ignominiis. Sit iam finis huius loci:pſpiquū eſt enim ea q̄ fiat aio timido:humili:demiſſo:& fracto:quale fuiſſet factū Reguli ſi cenſuiſſet de captiuis quod videretur eſſe opus:ideſt vtile ſibi aut ſi voluiſſet remanere domi nō eſſe vtilia quia ſunt flagitioſa & fœda & turpia.

PET. MAR. REſtat quarta pars. Poſtq̄ de iuſtitia & prudētia:deq; fortitudine diſſeruit. tranſit ad ea quæ pertinet ad tēperantiā q̄rtam partē honeſti: oſtendes nihil eſſe vtile qd̄ tēperantiæ repugnet. Et ſic refellit illos qui in voluptate ſummū bonū ſtatuerunt,q̄ nō eſt vtile:

q̄pnō ē honeſta. De decore & aliis mediocritatibus. dictū ē ſupra.¶ Cyrenaici:qm̄ Ariſtippus Cyrenaicus vt dictum eſt a quo Cyrenaicum dogma in uoluptate ſummū bonum poſuit,huius imitator & ipſe Cyrenaicus Annyceris plus auctore Strabone fuit: a quo annycerii phi:hos poſtea imitatus eſt,Epicurus:quorū opinionē Ci.refellit. Annyceris: vt inqt Strabo cyrenaicam ſectā & emendauit: & annyceriam cōſtituit.¶ Quibus:cyrenaicis & annyceriis.¶ Obſoletis:reiectis: & cū iam venerint deſuetudinē: nā obſoletum dicit̄ id:qd iam obſurduit: & venit i deſuetudinē cōponitur obſoletū ab obs & oleo i rhetoricis ait: hoc vero a pleriſq; eorū deſertū obſoleuiſſe eo tpe quo multo vehementius erat retinendum: & ſtudioſius ad augendū obſoleſcere pprie eſt amittere nitorem cū non exerceatur.¶ Floret:habet in precio eius opinio: & ſuos hēt ſectatores.

FRan. MAT. REſtat quarta &c. Non idem ſignificāt hęc: moderatio eni baſis eſt ipſius virtus. ex cōtinētia gignit̄ moderatio q̄ modū adhibet dictis & factis. Cū vero in dictis & factis moderati fuerimus tunc decus illud cōſequitur quod dicitur tēperantia:recte ergo hęc cōiunxit:de quibus ſupius eſt a nobis dictū.¶ Choro:i recte chorū appellat qa cōnexæ & ſociatæ ſunt q̄ſi cathenæ q̄dā.¶ Atq ab Ariſtippo &c. Cōtra eos diſputat qui dūt oia voluptatis cauſa faciēda eſſe:ordo eſt vſq; ad eū locum. At decertādū eſt eqs,& q̄ſq; ſi ſnia eſt honeſtū tenere cū his qui ab Ariſtippo cyrenaici dicunt̄.Cyrenaici vero ſunt phi: qui ab Ariſtippo fluxere. Fuit aūt Ariſtippus Cyrenaicus, Q̄ ē oppidū erat inter Aegyptū & Libyum. Fuit Ariſtippus aſſertor voluptatis: & Socratis auditor. Strab.li.vltimo. Ariſtippus Socraticus Cyrenaicā phiam iſtituit: & Areta filia eius in ſchola ſucceſſit: & Ariſtippus filius qui matri ſucceſſit & metrodidactus cognominatus eſt: & Annyceris qui cyrenaicam ſectam videtur emendaſſe & Annyceriam ab eo deriuaſſe. Cyrenaici & Epicurei oia trahebāt ad cōmodū ſuū vt intelligamus in quo ii differrent. Anniceris ab iis in ceteris quidem rebus non diſſentiebant. Relinquebant autē amicitiam in vita & gratiam:honoremq; aduerſus parentes: & pro Patria preclarum aliqd facimus. Cū Cyrenaici & Epicurei dicerent nec patriæ quidem cauſa aliquid faciendum eſſe nec parentum quod a voluptate alienum eſſet. Summū bonum in voluptate ſummum malum in dolore poneb. ntes & omnia ad vtilitatem ſuam referebant. Contra quos Cic. Nam quæ voluptate inquit quaſi mercede aliqua ad officiū impellit ea nō eſt virtus:ſed fallax imitatio ſimulatioq; virtutis. Nam niſi illa volnptas eſſet nō ſequeremur virtutem ſed propter virtutem ſequitur voluptas:ex virtute enim maximam voluptatem capimus:ſed illi non excludebant amicitiam:de quibus Cice. ait. Eſt etiam inquit ipſi earum amoris nomen unde amicitia nominata eſt:quam ſi ad commoda noſtra referimus ea non eſt amicitia:ſed mercatura vtilitatis. Sic enim agri coluntur: & pecora q; ex his fructus percipitur.¶ Obſoletis:antiquatis,ſublatis.

ASCĒ. REſtat, Proſequitur de tēperantia dicens.¶ Reſtat quarta pars virtutum principalium quæ cōtinet̄ ideſt pficitur decore:moderatione,modeſtia, cōtinētia:temperantia. Igitur nunquid: ſupple poteſt quicquam eſſe vtile quod ſit contrarium huic choro talium virtutum:quaſi dicat minime. Atqui ſed tamen philoſophi nominati ab Ariſtippo cyrenaici atque annycerii: poſuerunt omne bonum in voluptate:& cenſuerunt virtutem eſſe laudandam ob eam remq; eſſet efficiēs voluptatis. Quibus: ſcilicet philoſophi obſoletis:ideſt reiectis floret epicurus adiutor & auctor:ideſt aſſertor fere eiuſdem ſententiæ.

Cũ his velis equiſq; (vt dicitur) ſi honeſtatem tueri, ac retinere ſententia eſt, decertandum eſt, nam ſi non modo vtilitas, ſed vita hominis beata, corporis firma conſtitutione, eiuſq; conſtitutionis ſpe explorata (vt a Metrodoro ſcriptum eſt) continetur, certe hæc vtilitas, & quidem ſumma (ſic enim cẽſent) cum honeſtate pugnabit. Nam vbi primum prudẽtiæ locus dabitur? an vt conquirat vndique ſuauitates? Quam miſer uirtutis famulatus ſeruientis uoluptati. Quod autem munus prudentiæ? An legere intelligetur uoluptates? Fac nihil iſto eſſe iucundius: quid cogitari poteſt turpius? Iam qui dolorem ſummum malum dicat: apud eum quem habet locum fortitudo, quæ eſt dolorum laborumq; contemptio? Quãuis enim multis in locis dicat epicurus (ſicut hic dicit) ſatis fortiter de dolore: tñ nõ id ſpectandum eſt quid dicat, ſed qd cõſentaneũ ſit ei dicere, qui bona in uoluptate terminauerit, mala in dolore: ut ſi illum audiam de cõtinentia & temperãtia, Dicit ille quidẽ multa multis locis:

PET. MAR. ℂCVM his cyrenaicis & Epicuro. ⁋Velis equiſq;: ideſt omni conatu & terra: marique: vt eorum opinio refellatur: ꝓuerbium eſt quoties volumus oſtendere vltimum conatu: ⁋Vt dicitur: vt eſt in prouerbio. ⁋Nam ſi: ratio quare decertandum eſt cum his omni conatu: vt ſcilicet error tollatur e medio: & id conſtituatur: & teneatur: quod eſt e natura. Si inquit ſummum bonum ponetur in optima corporis valitudine: vt voluit Metrodorus non dabit locus prudentiæ: quæ ſi ideo ab his introducit: vt eligat voluptates quid poteſt eſſe turpius quam pudicam matronã meretrici ſeruire. Metrodorus hic Epicureus Athenienſis fuit: & ſeptem annos ante epicurum vita functus eſt: auctore Laertio in ſecundo de finibus ſic ait. Ipſe enim Metrodorus pene alter epicurus beatum eſſe deſcribit his fere verbis cum corpus bene conſtitutum ſit, & ſit exploratum ita futurum. ⁋Spe explorata: certa: ideſt ꝙ quis exploratum habeat ſe habiturum firmam corporis conſtitutionem ſine aliquo dolore. ⁋Hæc vtilitas: quam ipſi dicunt eſſe in explorata valetudine corporis: & ſic relinquunt animum & prudentiam quæ debet habere delectum bonorum & malorum. ⁋Nam vbi: ratio quare talis vtilitas cum honeſtate pugnabit. ⁋Vbi dabitur locus: in qua re ſe exercebit: prudentia: an vt inquirat ſuauitates corporis: quaſi dicat apud iſtos nullum habet locum prudentia: quam conſeruat temperantia. Illi autem qui in voluptate ſummum bonum ſtatuunt: deſtruunt temperantiam: & per conſequens prudentiam. Sed eſto inquit nihil eſſe iucundius tali opinione: tamen nihil erit turpius & cum turpitudine non ſtat honeſtum ergo nec id quod vere eſt vtile: & ſic relinquit nihil eſſe vtile: ꝙ ſi temperantiæ & prudentiæ contrarium, & apud illos inquit: qui ponunt ſummum malum in dolore: nulla eſt fortitudo: quæ omnis terribilia cõtemnit propter honeſtatem. Epicurus vt latius diſputauit Cicero in libris de finibus multa dicebat de tolerando dolore: ſed cum poneret ſummum bonum in voluptate: audiendus non erat: quoniam abſurda dicebat: itaq; philoſophus non eſt ex ſolis verbis ſpectandus. ⁋Conſentaneum, conueniens.

ADDI. Antiquorum adagia ℂVELIS equiſq;. Priſca in eandem ſententiam adagia hæc ſunt. Manibus pedibuſq;. Nauibus atq; quadrigis: omnibus neruis. velis equis. Remis veliſq;. Idem Cicero in. iiii. epiſtolarum ad Atticum dicit. Sic ego: qui in iſto homine colendo tam diu indormiui te me Hercule ſæpe excitante curſu corrigam tarditatem tum equis tum velis.

FRA. MAT. ℂVELIS & equis. Prouerbialiter dictum. ⁋Nam ſi non modo &c. Cauſam oſtendit quæ potiſſimum voluptatem efficiat, eſt autem ea bona valitudo. Nam quia omnia ad voluptatem referunt: nihil vtilius videtur eſſe valitudine: ſed ſi hoc inquid. Cicero ſequi voluerimus: vt vita beata in valitudine conſiſtat, nullo modo ſequi virtutem poſſumus: hoc ꝙ ita eſſe euidentiſſimis probat rationibus. ⁋Eiuſdem conſtitutionis ſpe. Metrodorus enim dixit non ſolum in corpore bene compoſito beatam vitam conſiſtere: ſed etiam in ſpe bene conſtituendi corporis: quia etiam ſi corpus non bene compoſitum ſit: & tamen bene componendi ſpes ſit. Nihilominus vitam beatam eſſe volũt. Metrodorus autem is diſcipulus fuit Epicuri & Athenienſis fuit & alius eiuſdem ſectæ ſtratonicenſis. ⁋Certe hæc vtilitas. Si hoc beatitudinis fundamentum eſt: ſcilicet corpus bene conſtitutum eſſe ſi eum virtute ſentiret: diſſentit autem ideo falſum eſt. ⁋Nam vbi primum prudentiæ. Incipit argumentari contra ſententiam illam Metrodori progrediens per omnes virtutes: & eiuſmodi fundamentum ab omnibus virtutibus alienum eſſe oſtendit: videlicet a prudentia &c. non igitur probandum eſt fundamentum illud ſed potius vituperandum. Dabitur: ſcilicet huic fundamento quod beatitudinis eſſe dicunt. ⁋Suauitates: ad firmandas corporis conſtitutiones hoc videtur prodeſſe: vt vndiq; conquirat: quæ voluptati conſentiat: at vero ſuauitas & iucunditas voluptati conſentiunt: ergo ſuauitas vndique conquiratur quod ſi eſt: quomodo cum prudentia poterit habere commercium: quaſi dicat nullum habere poterit qui vndiq; ſuauitates & iucunditas quærit voluptati ſeruit: qua ſeruitute nihil eſſe poteſt ignominioſius: ſi propter voluptatem virtutem ſequitur: Epicureus: ergo voluptati ſeruit. Sed vbi voluptas fuerit illic qui eſſe virtus poteſt. probat autem primo per ſpeciem: prudentia eſt virtus: qui virtutem quærunt propter voluptatem faciunt contra prudentiam. Et quia pars ſequitur ſuum genus faciunt generaliter contra virtutem. ⁋An legere vt intelligant &cæ. Cur inquit quotidie legunt philoſophi ſtudiis literarum dediti. Nunquid vt intelligant: quid ſit voluptas. Prudens enim in veri inueſtigatione verſatur: nihil certe eſſet turpius quam ideo legere: uoluptate compararet. ⁋Iam qui dolorem &c. probauit prius a genere: deinde a ſpecie. Metrodori fundamentum uerum non eſſe: nunc oſtendit nullum poſſe habere cum fortitudine commercium. Fortitudo enim conſiſtit in agreſſione periculorum pro patria: pro parentibus: amicis & cæ. Qui autem ſummum bonum in uoluptate ponit: neceſſario ſummum malum in dolore conſtituunt: ſi fortitudo conſiſtit in arduis rebus appetendis. Arduæ autem res ſine labore: & conſequenter ſine dolore effici non poſſunt. Intelligitur nullum habere poſſe fortitudinem cum uoluptate commercium. ⁋Quæ eſt dolorum &cæ. probat a diffinitione non poſſe locum habere fortitudinem apud eos qui uoluptatem dicunt eſſe ſummum bonum. ⁋Quamuis enim multis locis. Tacitæ occurrit obiectioni, quia dicere poſſet aliquis o Cice. uide quid dicas: non enim ita eſt ut diſputas ꝙ dolorem ſummum malum putent illi philoſophi. Nam multa diſputat de dolore Epicurus oſtendens nullum tantum dolorem eſſe debere: ut uir ſapiens ab officio deſiſtat. Reſpondet Cice. quamuis multa diſputent de dolore: Tamen non conſiderandum eſt quid dicant: ſed quid conuenire uideatur: nã qui bona uoluptate terminauerint mala dolore terminent conſentaneum eſt: ſic autem de dolore diſputat Epicurus. Omnis dolor aut paruus eſt: aut mediocris: aut intenſus: ſi paruus eſt contemnendus eſt: ſi mediocris facile tolerandum: ſi uero intenſus breuis: ergo omnis dolor cõtẽnendus eſt: dicebat propterea languorem quãtum libet magnus ſit: diminui poſſe cogitatione uoluptatis: ut qui in eculeo poſitus ſit ſi uoluptatem aliquam animo conſpexit quam uel habuerit: uel habere ſperat: dolorem non ſentiret ſed uellem inquit epicurum ipſum prius periculum facere.

ℂDecertandum

ſed aqua hęret, vt aiunt. Nam quomodo poteſt temperãtiam laudare is, qui ponat ſummum bonum in voluptate? Eſt enim temperãtia libidinum inimica. Libidines autem cõſectatrices voluptatis. Atq; in his tantum tribus generibus quoquo modo poſſunt non in callide tergiuerſantur. Prudentiam introducunt ſcientiam ſuppeditatem voluptates, depellentem dolores. Fortitudinẽ quoq; aliquo modo expediunt, cũ tradunt rationem negligendæ mortis perpetiendiq; doloris. Etiam temperantiam inducunt, non facillime illi quidem, ſed tamen quoquo modo poſſunt. Dicũt enim voluptatis magnitudinem doloris detractione fieri. Iuſtitia vacillat, & vel iacet potius. Omneſq; hæ virtutes, quæ in communitate cernuntur, & in ſocietate generis humani. Neq; enim bonitas, nec liberalitas, nec comitas eſſe poteſt non plus quam amicitia:

ASCE. ❡ DECER tandũ eſt cũ his .ſ. philoſophis velis & equis.i. omni celeritate & velorum & equorum dicitur .i. in prouerbio eſt,niſi forte ſit æqs.i. æquatis velis: quæ vt Home. di. nauis maxime impellitur: certandũ eſt in ꝗ ſnia.i. ſi volumus tueri ac retinere honeſtatem, nam ſi mõ vtilitas: ſed vita beata hominis continetur firma conſtitutione corporis: eiuſq; conſtitutionis ſpe explorata vt ſcripeũ .i. eſt a Metrodoro certe hæc vtilitas & quidẽ ſumma (cenſet eni ſic).i. ꝙ ſit ſumma, pugnabit cũ honeſtate. Nã vbi.i. in quare dabitur primum locum prudẽtię an vt ſup. ipſa prudẽtia coinquinat .i. ſimul inquinat vndiq; ſuauitates .i. ꝗ .i. quantũ miſer ſup. eſt famulatus ſeruitutis ſeruiẽtis voluptati. Autẽ pro ſed, ꝙ mutus erit, aut dabitur prudentiæ: an intelligetur legere.i. eligere voluptates .i. fac, ideſt cõcede nihil eſſe iucundius iſto: ꝗd poteſt cogitari turpius ipſo.q.d. nihil: iam qui dicat dolorem ſummũ malũ quem locum habet apud eũ fortitudo.q.d. nullum fortitudo dico quę eſt comtemptio .i. vilipenſio dolorum & malorum: quamuis enim epicurus dicat in multis locis, ſicut hic dicit ſatis fortiter de dolore tamen non ſpectandum eſt id quid dicat, ſed quid conſentaenum.i. cæteris dictis conforme ſit ei dicere qui terminauerit bona. i. conſtituerit ſumum bonum in voluptate: & terminauerit mala, ideſt ſummum malum cõſtituerit in dolore vt ſi audiam illum de continentia & temperantia. Ille quidem dicit multa multis locis.

PET. MAR. ❡ AQVA hęret.i. ea quæ dicit Epicurus abſurda ſunt: & verum curſum non habent quemadmodum aqua cũ hæret: non fluit recto fluxu. prouerbium eſt in illos qui abſurda dicunt & minime conuenientia. ſed aliena a recto rationis diſcurſu. ❡ Vt aiunt, vt dicitur in prouerbio: quoniã non conuenit ponere ſummum bonum in uoluptate: & laudare temperantiam: ꝗ aduerſatur voluptbtibus, & ponere ſummũ bonum in indolentia: & laudare fortitudinem. Iſta igit̃ non ſunt conſentanea. ❡ Atq; in his tantum, tribus generibus circa tres uirtutes inquit calide diſputant: & videntur eas aliquo modo amplecti allatis quibuſdam rationibus prudenciam: ſcilicet. fortitudinẽ & tẽperãtiã: ſed iuſtitiam omnino e medio tollũt, & perconſequens liberalitatem, & ea omnia quæ ad communitatem tuendam pertinent, ergo remota iuſtitiam remouetur omnis virtus: quæ ad iuſtitiam refertur: cum ſit ad conſeruationem humanæ ſocietatis. ❡ Tribus generibus, prudentia, fortitudinæ temperantia. ❡ Tergiuerſantur: fugiunt iuſtam reprehenſionem & alios fallunt verbis, quibus virtutes ipſas videntur afferre tueri & expedire. nã tergiuerſari eſt fallere & dicta mutare, & quaſi tergum vertere. ❡ Suppeditantẽ, ſubminiſtrantẽ corpori ipſas voluptates: & hoc eſſe dicunt munus prudentiæ. ❡ Expediunt: expedire videntur. & calumnia liberare, atq; dedecore, & illi munus aſſignare ſuum dicentes fortitudinem eſſe rationem & modum quibus dolorẽ quis patitur, & negligit mortem cum voluptate vt ipſi dicunt. ❡ Vacillat: nutat nec poteſt conſiſtere aut eſſe apud ipſos: cum omnia referant ad propriam voluptatem non ad communem quod eſt contra iuſtitiam. ❡ Hę virtutes: liberalitas magnificẽtia: communitas: affabilitas. ❡ Neq; enim rõ quare iacent hæ virtutes, qm̃ virtus expeti debet ꝓp ſe non ob aliud: & ipſi dicunt expetendas eſſe propter uoluptatem.

ADD ❡ SED aqua hęret, ſubſtitit: remanet q; ambigua. In ſecundo epiſtolarum ad Atticum dicit, in hac cauſa mihi aqua hæret, Priſca ſunt prouerbia. In eodem hæſitas luto. Aqua hæret. In vado hæremu. In eos:, quorum ſententia per plexa eſt: & in extricabilis: ideſt veri expers curſus & rationis. ❡ Dicunt enim voluptatis magnitudinem doloris detractione fieri quoniam epicurei aſſerebãt maximam eſſe voluptatem nihil dolore quod præſtat tẽperantia: prætermittendo voluptates eas, quas dolor ſequitur. In ſecundo de finibus ait Cicero. Negat Epicurus accedere quicquam poſſe ad voluptatem nihil dolẽtis. vnde dixit Ennius Nimium boni eſt cui nihil eſt mali.

FRA. MAT. ❡ INAQVA hęret. Prouerbialiter dictum: hoc eſt nihil fundamenti habet.

❡ Atque in his tribus. Dicit Epicureos de prudentia fortitudine atque modeſtia probabiliter dicere aliquid. De iuſtitia autem nihil eſſe quod diſſerere poſſint, nam ab ea prorſus alienum eſt eorum dogma ꝙ ad voluptatem omnia referunt, quid enim ſua ipſius commoda tantumodo reſpicit: iuſtitiam nullo modo ſeruare poteſt. ❡ Tergiuerſantur. Diſputant. Tergiuerſari eſt dubitare & dubitando tempus conterere. Sed hoc loco tergiuerſari eſt fallere & dictum mutare. Plautus in Amphi, Verſipellem ſe fecit quando iubet. ſic interpretatur Marcellus: & citat hunc locum. ❡ Prdentiam &c. Recte inquiunt beatitudinem in voluptate ponimus: nam id prudentia requirit. Et probant a diffinitione. Diffiniunt enim prudentiam eſſe ſcientiam ſuppeditantem voluptates: & depellentem dolores: quod ſi eſt: ſine dubio confitendum eſt beatam vitam in voluptate poſitam eſſe. ❡ Fortitudinem quoque etcete. Aliquo modo expediunt: ideſt explicant fortitudinem ne videatur eſſe aliena ad dogmate ſuo ſi verum eſt fortitudinem eſſe rationem negligendæ mortis & perpetiendi doloris, ſequitur uerum eſſe ꝙ beatus ſit: qui voluptatis rationem habet. ❡ Temperantiam &c. Sed neſcio, inquit, quomodo hoc fieri poſſit ut qui in voluptate ſummum bonum oſtendere rationem poſſit, cur vuoluptas non ſit inimica modeſtiæ. Nam voluptas & modeſtia contraria videntur: quod cum ita ſit fieri qui poteſt: vt qui in voluptate beatam vitam ponit: modeſtiæ rationem habere poſſit, propterea Cicero ait non facillime illi quidem diſputant, ſed quoquomodo poſſunt. ❡ Dicunt enim doloris &c. hæc ergo eſt modeſtia ſiue temperantia ſi magnitudine voluptatis minuitur dolor. Nunquid in hoc videtur eſſe temperantia, non facile apparet quod magnitudine voluptatis minuatur dolor. Si dolor minuitur temperantia: reſpicit ad maiorem voluptatem: voluptas eſt quæ triſtitiam depellit: ſed hæc voluptas ſequitur excontinentia quantoque maior fuerit voluptas; tanto minor triſtitia: tanta poterit eſſe voluptas vt nulla triſtitia remaneat, & hoc modo probat continentia ſine temperantia eſt abſtinere a rebus venereis: cibo: potu, ſomno & cæteris eiuſmodi: quæ voluptatem afferunt: ſed quanto quiuis diutius abſtinuerit a rebus veneris, tanto is deinde appetentius cupit, & maiori voluptate efficitur. Eodẽ modo qui a cibo & potu abſtinuerit poſtea auidius capit: & pari rõne ꝙ diutius uigilauerit ſomnũ poſtea ſuauiorẽ capiet: hoc eſt ergo ꝗd dicũt epicurei non ſine dolore

tẽperantia

ſi hæc,non per ſe expetanturſed ad voluptatem vtili
tatem ve referantur. Conferamus igitur in pauca.
Nam vt vtilitatem nullam eſſe docuimus, quæ hone
ſtati eſſet contraria,ſic omnem voluptatem dicimus
honeſtati eſſecontrariam.Quo magis reprehenden-
dos Calliphonem & dinomachum iudico, qui ſe di-
rempturos controuerſiam putauerunt,ſi cum hone-
ſtat voluptatem , tanq̃ cum homine pecudem copu-
lauiſſent.non recipit iſtam coniunctionem honeſtas
aſpernatur,repellit. Nec vero finis bonorum, & malo
rum,qui ſimplex eſſe debet ex diſſimilibus rebus mi
ſceri,& temperari poteſt. Sed de hoc hactenus,magna
enim res,alioq́ loco pluribus a nobis diſputata.nunc
ad ꝓpoſitum. Quemadmodum igitur,ſi quando ea,
quæ videretur vtilitas honeſtati repugnant, diiudicã
da res ſit ſatis eſt ſupra diſputatum: Sinautem ſpeciẽ
vtilitaris etiamvoluptas habere dicatur,nullla poteſt
eſſe ei cũ honeſtate coniunctio. Nam vt tribuamus
aliquid voluptati,condimenti fortaſſe non nihil:vti-
litatis certe nihil habebit.

abſtinere uos a rebus veneris & cæteris eiuſmodi, nam &
continẽtia triſtitiam affert. Deinde cum is a quib[9] abſtinue
ris:poſtea vti cœperis maiorem ſentis voluptatẽ:quæ ma-
xima erit doloris diminutio,hanc igitur rationem adducũt
cum dicunt aliquam habere congruẽtiam cum temperanti
tia voluptatem ,magnitudine voluptatis afferentes dolo-
rem minui. ⸿Iuſtitia vacil.
de iuſtitia inquit nihil diſpu
tant. Nã apud eos nutat iu-
ſtitia: & quia parum dixiſſe
videbatur vacillat: ſubſun-
xit iacet.

ASCẼ. ℭ SED aquahæret:vt di-
cunt illi in prouerbio eſt. A q̃
autem dicitur hærere, quam
do craſſa eſt & non profluit
ſic & aſſertio hærere dicitur
quæ non approbatur. Nam
quomodo poteſt is laudare
tẽperantiam qui ponat ſum
mum bonum in voluptate.
Eſt enim temperantia inimi
ca libidinum. Libidines aũt
ſunt conſectatrices:ideſt imi
tatrices: & comites perpe-
tuę voluptatis, Atq́ ipſi ter
giuerſantur: ideſt ſubter fu-
giunt non in callide,ideſt ſa-
tis callide tantum in his tri-
bus generibus: prudentia:
fortitudine, & temperantia.
Ipſi introducunt .i. aſſerunt
prudentiam eſſe ſcientiam ſuppeditantem:ideſt ſupprimẽ-
tem voluptates & depellentem dolores. Et expediunt quo
quo:ideſt quouis alio modo cum tradunt ſupple eſſe ratio
nem negligendæ mortis & perpetiendi doloris. Illi etiam
inducunt temperantiam, nõ quidem facillime ſed quoquo
modo poſſunt. Dicunt enim:ſupple temperantiam fieri ma
gnitudine voluptatis & detractione doloris. Iuſtitia vacil
lat ſup. apud eos vel iacet .i. reiicitur potius: & omnes hæ
virtutes quæ cernunt in communitate: & in ſocietate ge-
neris humani neq́ enim bonitas nec liberalitas nec comitas
eſſe poteſt non pluſquam amicitia.

PET. MAR. ℭ HAEC: hæ virtutes & mediocritas,quæ propter ſe
expetuntur:aliter non eſſent virtutes, de his rebus dictũ eſt
ſattis loco ſuo: & conculudens Cice. docet omnem volupta
tem eſſe contrariam honeſtati & reprendit Calliphonem
& Dinomachum qui vt in principio dictũ eſt eſt,honeſtati
voluptatem adiunxerunt arbitrantes hoc modo ſe dirime-
re controuerſias philoſophorum de ſummo bono. Eraue-
runt inquit: quoniam honeſtati adiunxerunt voluptatem:
Seneca quam honeſtas auerſatur: & odit. Vnde dicit Seneca: Non
indignor:ꝙ poſt voluptatem ponitur virtus,ſed ꝙ omni-
no cum voluptate cõferatur contemptrix eius eſt hoſtis: &
longiſſime ab illa reſiliens. Et finis bonorum inquit Cice-
ro non poteſt conſtitui ex diſſimilibus: ſed ex re ſimplici:
Lactantius ad quam omnia referatur. Lactantius ſic taxat Ariſtippum.
Nec ſatis fuit ita viuere: ſed docere etiam libidines cœ-
pit ac mores ſuos de lupanari ad ſcholam tranſtulit: diſſe-
ruit voluptatem corporis eſſe ſummum bonum, quæ do-
ctrina execrabilis & pudenda: non in corde philoſophi: ſed
in ſinu meretricis eſt nata. ⸿Alio loco: in libris de finibus:
vbi de vario philoſophorum decreto diſputauit: diſputaui-
mus inquit: quemadmodum iudicari debeat & cognoſci
ſi quando vtilitas honeſtati repugnabit: & voluptas etiam
ſi haberet aliquam apparentiam vtilitatis tamen cum hone-
ſtate coniungi non poteſt, & voluptas inquit aliquid con-
dimenti & ſaporis habere poteſt: vtilitatis autem nihil ha-
bebit, cum nõ ſit honeſta: ergo voluptas corporis nunquam
vtilis quia nunquam honeſta: Et ſic nihil erit vtile quod tẽ-
perantiæ de qua agitur repugnabit.

ℭ CONDIMENTI: ideſt ſaporis, & delectationis ADD.
quoniam demulcet ſenſus cum ſit quoddam quaſi pulmẽta
riũ. ſenſus eſt: talis voluptas eſt nobis: cũ oĩum animantium
genere communis: & iccirco
non eſt proprium hominis
bonum habet quidem con-
dimẽtum & ſuauitatem: ſed
ſolidam: & veram nõ habet
vtilitatem: quæ citra hone-
ſtatem eſſe non poteſt. Pro-
prium autem hominis bonũ
in mentis, & rationis abſo-
lutione conſiſtit:

ℭ CONFERAMVS FRA. MAT.
igitur i pauca Satis proba-
uit ab omni virtute diſſenti
re eũ q ſummum bonũ i me
diocritate ponit. quare nũc
cõcludit: & quæ tam mul-
tis verbis diſſeruit paucis
complectitur. ⸿Calliphonẽ
& c. ii. philoſophi quaſi diſce
ptatores eſſe voluerunt con
trouerſiarum: quæ inter epi-
cureos erãt, & philoſophos
cæteros vt ſtoicos peripate-
ticos, academicos, dicebant
enim honeſtati coniunctam
eſſe voluptatem, hoc dicit
Cicero non inepte diſſerere ſi modo explicent de qua vo-
luptate ſentiant, Nam ſi de animi loquuntur voluptate il-
lis aſſentitur: ſi de voluptate corporis repugnat. Voluptas
enim corporis vitioſa eſt non ſimplex: ſed per accidens: vo-
luptas animi nunquam vitioſa eſt: vt philoſohi volunt:
nihil eſt aliud quam rationis operatio. ⸿Directuros: deter-
minaturos. ⸿Ex rebus diſſimilibus: honeſtate & voluptate
quæ contraria ſunt: finis bonorum debet eſſe vnus & ſim-
plex. ⸿Alio loco: libro de finibus bonorum & malorum.
⸿Nam vt tribuamus: vt omnino alieni videamur a volu-
ptate dicimus voluptatem nihil habet vtilitatis. Sed ali-
quid habere condimenti cibus optime conditus facie iucun-
ditatem. Eodem modo ſi honeſtati voluptas acceſſerit iu-
cundior erit.

ℭ SI hæc non expetãtur per ſe ſed referantur ad volupta- ASCẼ.
tem vel vtilitatem. Conferamus igitur in pauca: ideſt paucis
verbis quod volumus abſoluamus. Nam: ideſt quemadmo-
dum docuimus nullam eſſe vtilitatem quæ eſſet contraria
honeſtati: ſic dicimus omnem voluptatem eſſe contrariam
honeſtati. Quo .i. pro quo ego iudico Calliphonem & Di-
nomachum philoſophos: ſcilicet magis reprehendẽdos: qui
putauerunt ſe dirempturos: aut potius direpturos contro-
uerſiam ſi copulauiſſent voluptatem cum honeſtate tan-
quam pecudem cum homine: honeſtas non recipit immo aſ-
pernatur & repellit iſtam coniunctionem. Nec vero finis bo
norum & malorum qui debet eſſe ſimplex: poteſt miſceri &
temperari ex rebus diſſimilibus. Sed hactenus: ſupple ſatis
dictum ſit de hoc. Enim pro quia eſt ſupple magnares di-
ſputata alio loco pluribus verbis. Nunc ſupple redeamus
ad propoſitum. Igitur quemadmodum: ſi quando ea que vi
deretur vtilitas repugnat honeſtati diiudicanda ſit res ſatis
diſputatum eſt ſupra. Sinautem: ideſt ſed ſi etiam voluptas
dicatur habere etiam ſpeciem vtilitatis: nulle coniũctio po-
teſt eſſe ei cum honeſtate. Nam vt tribuamus alliquid volu-
ptati: habebit fortaſſe non nihil condimenti: ideſt delecta-
tionis: ſed certe nihil vtilitatis.

ℭ Imponens

PET. MAR.

IMPONENS Cicero huic operi quaſi faſti/giū & extremā manū ad filiū captās a re ipſa be/neuolentiā & ētia ſe monēs filiū ut his pçeptis et monimētis gaudeat: quæ ad ipſus eruditionē inſtituta ſunt. ſ Sed pinde: ſic & tāti pręcii. ſ Vt: ſi/cut acceperis. nā ſi illud magnifacies: magnum erit: nā res tā ti ſunt quāti æſtimātur. Habes reuerēdiſſime pſul a Marſo ſeruo munus multis vigiliis & ſudorib⁹ elucubratū: qđ iuuenibus & literarum arca/na ingreſſis profuturum ar/bitror. Sed peride erit apud te & alios qui id quicquid eſt aſpico tuo lecturi ſunt: vt ac ceperis: & nomen auctorita/tēq; dederis: quod ſi mihi vt ſpero lectione tua & grato animo continget: ad maio/ra excitabor: ad quæ acti me animo aſpirare ſcias. Effice igitur quæſo: vt prima hæc foetura patris animum non reprimat: ſed nois & æterni/tatis ardore flagrātem & ad altiora currentę admotis cal caribus impellat. Vale.

HAbes a patre munus Marce filii mea qui/dem ſententia mangnum: ſed perinde erit, vt acceperis. Quanquam hi tres libri inter Cratippa cōmentarios tanq̄ hoſpites erūt recipiēdi. Sed vt ſi ipſe veniſſem Athenas (quod qui dem eſſet factum, niſi me e medio curſu clara voce pa tria reuocaſſet) aliquando me quoque audites, Sic quoniam his voluminibus ad te profecta vox mea eſt tribue his temporis quantum poteris, poteris autem quantum voles. Cum vero intellexero te hoc ſcientię genere gaudere, tum & preſens tecum propediē (vt ſpero) & dum aberis abſens loquar, Vale igitur mi Ci/cero, tibique perſuade, te mihi quidem eſſe chariſſi/mum: ſed multo fore cariorem, ſi talibus monimen/tis præceptiſq; lętabere.

F I N I S.

q̄ noua. ¶ Sed maximū eſt in hac amicitia: tradit vnum maximū præceptum: videlicet q; amici pręſtantiores ſuis amicis ſe deprimere debēt, honorādo: colendo eos quāuis inferiores ſint. ¶ Eſſe parem inferiori: non enim ppter fortunā aut virtutem aliquā nos in amicitia extollere debemus immo nos pares illis efficere debemus. ¶ Sæpe enim quædam excellentiæ: multoties aliquis virtute & ingenio & fortuna nos ſuperat amicos vt Scipio fuitq; nō ſe maiorē exiſtimans cōtinue familiaribus, & ſibi cōiunctis ſuccurrebat: & venerabaṫ illos. ¶ Inferioris ordinis: amicis iferioris dignitatis nūquam ſe antepoſuit. ¶ Colebat tanq̄ ſuperiorē: quāuis Scipio grādis eſſet natu, & i omni re prudentior atq; excellentior fratre ſuo Q. uinto Maximo tamē eū quadam reuerentia colebat cedendo ſibi veniam: & alia faciendo. ¶ Per ſe: pro viribus nitebaṫ: vt amicor ſuos omneſq; cæteris ampliores efficeret. ¶ Præſtantiā: ſi excellentiam alicuius diſciplinę, ſeu ſubtilitatis igenii a natura datæ, ſiue ſtatus alicuius conſecuti fuerimus amicis impartire deberemus. ¶ Impartiant: impartio & impartior reperitur. ¶ Siue ſint imbecilliores: exhortandi aio ſunt, ſi pauperes locupletandi ſunt.

veriſq; illud eſt, qd̄ dr̄: modios multos ſalis ſimul edendos eſſe, vt amicitię munus expletū ſit. Nouitates aūt, ſi ſpem afferunt, vt tanq̄ in herbis non fallacibus fructus appareat, nō ſunt illæ qdē repudiandę. Vetuſtas tñ ſuo loco cōſeruāda. Maxima eſt enī vis uetuſtatis, & cōſuetudinis. At qui in ipſo equo, cuius (mō mentionē feci) ſi nulla res impediat, nemo eſt, qui non eo, quo cōſueuit libētius vtatur: quā in tractato, & nouo. Nec modo in hoc qd̄ eſt animal: ſed in iis ēt, quæ ſunt in anima, conſuetudo valet: cū locis ipſis delectemur mōtuoſis etiā, & ſilueſtribus, in qbus diutius ímorati ſumus. Sed maximū eſt in amicitia, ſuperiorē parē eſſe inferiori: Sæpe enī excellētię quędā ſunt: q̄lis erat Scipionis i nr̄o (vt ita dicā) grege. Nūq̄ ſe ille Philo, nunq̄ Rutilio, nunq̄ Mūmio antepoſuit, nūquā inferioris ordinis amicis. Qu. vero Maximū fratrē egregiū virū oino ſibi nequaquā parē: quod is anteibat ętate, tanq̄ ſuperiorē colebat, ſuoſq; ois per ſe poſſe eſſe ampliores volebat. Quod faciendum, imitandūq; eſt omnibus: vt ſi quam pręſtantiā virtutis, ingenii, fortunę conſecuti ſunt, imperiant eā ſuis, cōmunicentq; cum proximis: vt ſi parentibus nati ſunt humilibus: ſi propinquos habeant imbecilliores, vel animo, vel fortuna, eorum augeāt opes, eiſq; honori ſint & dignitati.

OMN. BONI ¶ VEriſq; illud eſt: puerbiū antiquum eſt apud græcos & latinos: vt comedamus multos modios ſalis cū amicis: hoc eſt vt ſimul lōgo viuamus tēpore: ergo amici veteres repudiandi nō ſunt. ¶ Munus amicitiæ expletū.i. perfectū ſit munus amicitiæ: quod expleṫ multitudine amicorū. ¶ Nouitates aūt: ſic amicitiæ nouæ ſi diſciplinis & bonis moribus futuræ amicitiæ bonæ per ſe ferant nō contēnendæ ſunt, dū modo antiqua amicitia in ſuo loco, ſtabilis ſit. ¶ Vt tāquam herbis: ſimilitudo tracta eſt a ruſtico: qui in herbis ſeminis ſui futuros pcipit fructus: ſit & nos noua amicitia cōtrahēda futuros fructus cognoſcimus. ¶ Cuius mentionē feci: & eſt contra illos qui dicunt amicitias eſſe mutandas ſicut renouamus equū. ¶ Si nulla res impediat.i. ſi morbus vel podagra ſiue punctura aliqua non impedit equum veterē nobis cōſuetum libentius eo vtimur q̄ aliquo indomito. ¶ In intractato.ſ. indomito, loqmur ſm viros prudētes, qm̄ ſtulti adoleſcentes magis equitant pulum equinum q̄ veterem. ¶ Sed in his q̄ ſunt nō ſolū in animali: ſed etiam in locis inanimatis, vt puta in ſilueſtribus locis, i quibus nati ſumus gerimus amorem & magis delectamur q̄ nouis locis, quamuis amœniſſimis, ſic amicitia veteri magis delectandum

ASCē. ¶ ET qd̄ dicit vulgo eſt verū videlicet multos modios ſalis eē edēdos ſimul.i. in cōi vita & cōſuetudine vt munus.i. offm̄ amicitiæ ſit expletū. Aūt p ſed, nouitates.i. nouæ amicitiæ ſi afferunt ſpē.ſ. fidelitatis & cōſtātiæ in nouo amico, illæ qde nō ſunt repudiandæ.i. abiiciendæ aut repellendæ ſed vetuſtas.i. vetus amicitia eſt cōſeruanda, tñ.i. nihilominus ſuo loco.i. in ſuo gradu & ordine. Enim p qa vis vetuſtatis & conſuetudinis eſt maxima. At q.i. ſed certe aut ſed qđo obiiciṫ.ſ. de equo nouo pferēdo: cū i equo cuius mō feci mentionē: ſed nulla res ipediat.ſ. cur vetus in ſuo loco & pcio cōſerueṫ, nemo eſt q nō vtatur libentius eo quo cōſueuit.ſ. vti q̄ intracto.i. quē nōdū tractauit & nouo. Nec conſuetudo valet mō.i. ſolūmō in hoc qd̄ ē animal, vcʒ in equo ſed ēt i his q̄ ſunt inanimata: cum delectemur ēt ipſis locis montuoſis & ſilueſtribus in qbus, ſumus cōmorati diutius. Sed ma. eſt i ami.ſ. fouenda ſupiore eſſe.i. ſe reputare parē inferiori. Excellētiæ.n. q̄dā ſunt ſæpe.ſ. i altero amicorum qualis erat ſup. excellētia Sci. q erat clariſſimus Impator: in nr̄o (vt ita dicā, qa pprius nō eſt ſermo) grege.i. cetu & conuentu. Ille.ſ. Sci. licet excelleret nunquā antepoſuit ſe philo amico illo licet inferiori, nunq̄.ſ. anpoſuit ſe Rutilio: nunq̄ Mūmio: bonis qdē.ſ. inferiore dignitate viris: nunq̄ ſup. aūpoſuit ſe amicis.ſ. cæteris ordinis inferioris: q̄ ipſe eſſet aut ēt illi iā dicit. Vero p ſed Sci. colebat tanq̄ ſupiorē. Q. Ma. fratrem ſuū virum egregiū: ſed nequaq̄.i. oino parē ſibi, q̄.i. qa ipſe añ ibat.i. pcedebat ætate. qd̄.ſ. factū Scip. eſt faciendū & imitādū oibus q volunt cū amicis decenter viuere: vt ſi ſunt ꝯſecuti quā.ſ. aliq̄. Pręſtantiā.i. peminentiam virtutis ingenii aut fortunæ. Impartiant.i. cōdiuidant & ipediant eā ſuis.ſ. amicis & familiaribus: & cōitent.i. cōem faciāt cū pximis. vt ſi ſunt nati parentibus humilibus.ſ. de infimo genere: & ſi habeant ppinquos imbecilliores.i. minus potētes vel animo: vel fortuna augeant opes eorum & ſint ei honori & dignitati.i. ad honorem & dignitatem.

vt in fabulis: qui aliquãdiu propter ignorãtiã ſtirpis & generis in famulatu fuerint: cũ cogniti ſunt: & aut deorũ, aut regem filii inuenti, retinent tñ charitatẽ in paſtores, quos patres multos annos eẽ duxerunt. Qđ eſt multo pfecto magis in veris patrib' certiſq; faciẽ dũ: Fructus.n. ingenii & virtutis, oĩſq; pſtãtiæ, tũ maximus capiť: cũ i proximum quemq; cõfertur. Vt igitur hi, qui ſunt in amicitię, coniunctioniſq; neceſſitudine ſuperiores, exęquare ſe cum inferioribus debẽt, ſic inferiores non dolere ſe a ſuis amicis aut ingenio, aut fortuna, aut dignitate ſuperari. Quorum plerię aut queruntur ſemper aliquid, aut etiam exprobrãt. Eoq; magis, ſi habere ſe putant, quod officioſe, & amice & cum labore aliquo ſuo fcm̃ queant dicere. Odioſum ſane genus hominum officia exprobrantiũ, quæ meminiſſe deberis, in quem collata ſunt, nõ commemorare, qui cõtulit Quãobrẽm, vt hi, qui ſuperiores ſunt, ſubmittere ſe debent in amicitia, ſic quodam mõ inferiores extollere. Sunt.n. qdã, qui moleſtas amicitias faciunt, cũ ipſi ſe cõtẽni putant. Quod non fere cõtingit, niſi his, q ẽt ɔtẽnẽdos ſe arbitranť: q hac opinione nõ modo verbis, ſed ẽt opere leuãdi ſunt. Tm̃ aũt cuiq; tribuẽdum eſt primum, q̃tũ efficere poſſis:

PET. MAR. ℂ STIR pis: originis. ⸿ Generis: natalũ. ⸿ Famulatu: ſeruitute. ⸿ Caritatẽ: amorẽ. ⸿ In: erga. ⸿ Duxerunt: exiſtimauerunt. ⸿ In proximum quẽq;: qm̃ talibus maiora debẽtur officia. ⸿ Exprobrant: obiiciunt in dedecus. beneficia pdes ait Seneca niſi adiuueris. parum eſt dediſſe fouenda ſunt. ſi gratos vis habere quos obligas non des oportet beneficia ſed vt ames: præcipue parcamus aurib'. Admonitio tædium facit: exprobratio odium. Nil æque in bñficio vitandũ eſt q̃ ſuperbia: lacerat animum & premit frequens meritorũ commemoratio. Qui dedit beneficiũ taceat: narret q accepit. ⸿ Extollere: ſe erigere ſe animo: officiis dignatione, bona ſpe ac opione de amici iudicio erga ſe, vt omnis mala ſuſpitio faceſſat. ⸿ Opere: actu ipſo & officiis aium iudicantibus.

OMN. BONI ℂ VT in fabulis: ſicut Paris q pp coniectores inſomniorum inter paſtores educatus eſt: illi enim iuſſerant vt occideretur, ne Troia ſua cã periret: tandem filius regis cognitus ſtatumq; ampliſſimũ adeptus cũ ſuis paſtorib' cõuenire conabatur. ⸿ Propter ignorãtiã ſtirpis: ignorabat Paris quis eẽt eius pater: & is tãq̃ famulus viuebat cum paſtorib': ſicut de Romulo q ignorans pr̃em: educatus eſt a Fauſtulo: erga quẽ maximũ geſſit amorẽ. ⸿ Aut regũ filii: Iuppiter q iter capras educatus amore nimio: quẽ hẽbat in caprã: q ipſum lactauit: eã in cœlum trãſtulit: & amalthea vocata eſt. ⸿ Duxerunt.i. exiſtimauerunt longo tpe illos paſtores eſſe patres ſuos: vt diximus de Paride. ⸿ Vt hi igitur: aliud pręceptum per cõtrarium tradit, ꝙ quẽadmodum ſupiors amici inferiorib' ſe pares tribuere debent: eodẽ modo inferiores dolere non debent fortunis amicorum, immo lætentur: & illos ad maiora peruenire cupiant. ⸿ Neceſſitudine: ſtricta neceſſitate vel affinitatis: vel alicuius alterius cõiunctionis. ⸿ Quorũ plerię: aut quarę, multi ſunt ꝙ lamentantur amicis: qm̃ ſibi nõ ſubueniunt: quod qdẽ verę nõ eſt: ſed inuidia quadã q̃runť: non enim vellẽt amicos ſuos ea dignitate exiſtere. ⸿ Magis: quæ autẽ dicere, ſi aliquid putant, tanto magis plerię audent exprobrare beneficia, ſi putant amicos ſuos habere aliquid ex ipſis. ⸿ Sunt enim quidem: plerię reperiuntur: qui amicitiis moleſti ſunt: quoniam ipſi putant amicitias contemni cum vident amicos ſuos in ampliore dignitate & reuerentia, hoc modo fit: ſi pater quiſpiam filium doctorẽ haberet: filius quidem in conuiuio honeſtiori loco ſedeat q̃ pater, qua ex re oritur huius amicitię moleſtia quod pater putat ſe eſſe in contemptu aliorum, quoniam ſit filius in ampliori loco poſitus. tales enim amici ab hac opinione: & verbis & opera: atq; affectu remouendi ſunt. ⸿ Tantum enim cui eſt tribuendum, tanta exiſtimatio de amico eſt facienda quantum ipſe efficere poſſis, hoc eſt viribus tuis ad omnem extollas amicũ dignitatem, licet tamen illa tribuenda ſunt amicis, quæ viribus ingenii ſuſtinere poſſint: verbi gratia, non amicum conſulem faciamus: ſi ea dignitate dignus non ſit, vt habeat literas & prudentiam ad conſulatum reqſitã: tribuere eſt æſtimationem de aliquo facere.

Neceſſitudine.

Exiſtimationẽ facere

ASCE. ℂ VT.i. quẽadmodũ in fabulis ii: qui fuerint in famulatu .i. famulãtes aliquãdiu pp ignorãtiam ſtirpis & gñis, vt de Alexãdro, ſeu Paride, de Romu Cyro: Thelepho. Aliiſq; multis legimus, Cũ ſunt cogniti & inuẽti filii aut deorũ aut regũ: rĕtĩ.i. nihilominus quaſi inuenti alioq; filii retinent caritatẽ.i. filialẽ dilectionẽ in.i. erga paſtores quos duxerunt.i. reputauerunt multos annos.i. p ſpacium multorũ annorũ patres.ſ. ſuos. Sed ſciemus i cõſanguinitate & affinitate nõ ſolere addi poſſeſſiua pnomina eo ꝙ manifeſta ſunt. Cum.n. dicif. Miſi filiũ manifeſte ſubaudimus meũ. Miſiſti filiũ: manifeſte ſubaudiamus tuũ. miſit ille ſup. ſuũ &c. Qđ.ſ. retinere caritatẽ ẽ faciendũ magis multo in veris q̃ iputatiuis patrib' & in cæteris.i. ĩdubitatis patribus. Enim p qa fructus.i. dulce cõmodũ quo fruimur: aut qđ vt, fructũ metimur ingenii.i. nãlis induſtrię: & virtutis.ſ. acqſitæ: & oĩs, pſtantiæ.i. eminẽtię in aliquo officio pſtãdo, capiť maxime. Tũ.i. tunc: cũ .i. qñ cõfertur.i. erogatur: & impartiť in pximũ quẽq;.i. in quẽlibet e pximis. Vt igitur. Præſcribit oĩm maioꝝ & potentioꝝ in minores & imbecilliores: nunc pſequiť officium minorum erga maiores dicens. Igitur, vt.i. quẽadmodum hi.qui ſunt ſuperiores in neceſſitudine.i. neceſſario vinculo amicitiæ & coniunctionis.ſ. ſocietas arctiſſimæ debent æquare ſe .i. æquales habere ac gerere cũ iferioribus.ſ. amicis ſuis: ſic inferiores ſupple amici nõ debent dolere.i. ægre ferre ſe ſuperari a ſuis amicis, aut ingenio, aut fortuna, aut dignitate. Nõ dicit virtute morali: qa in ea pars eſſe poſſidẽt. Quorum.ſ. amicorum inferiorum præſertim plerię.i. plurimi, q̃ręrunť.i. conqueruntur ſemp aliquid, aut tertiã exprobrant .i. cõtumelię dant ſi quid in amicos tanq̃ imemores contulerint: & eo.i. tanto, aut circo magis ſi putant ſe habere quod queãt dicere factũ eſſe officioſe.i. ex officio decet, aut amice ideſt vt amico decet, & cum aliquo labore ſuo.ſ. adiuncto aut comitante. Genus hominũ exprobrantium officia, ideſt obſequia debite collata eſt ſupple ſane: ideſt multum odioſum, ideſt moleſtum & odio dignum: quæ ſcilicet officia debes is in quem ſunt collata, ideſt qui ea accepit meminiſſe, ideſt i memoria habere vt gratia vbi tempus ſit referat: ſed ſupple is qui contulit: ideſt impendit nõ debet cõmemorare, ideſt recenſere præcipue exprobrando. Quãobrem vt.i. quẽadmodũ ii qui ſunt ſuperiores debent ſubmittere ſe in amicitia.ſ. fouenda, ſic inferiores debent extollere, ideſt erigere & exaltare ſe quodãmodo.i. modo decenti ſine ſuperbia & faſtu, eo dũtaxat animo vt amicorũ ſimiliores fiant. Nam qui cum ſummis viris conuerſantur eoſq; amicos habent debent decentius veſtiri & honeſtius ɔuerſari digniorãq; loqui & facere vt amicitia illorum non indigni cenſeãtur. Sunt enim quidam qui faciunt.i. arguunt aut reddunt amicitias moleſtas: cum ipſi putant ſe cõtemni qđ non facerent niſi nimis humiliter de ſe ſentirent, vnde addit qđ non cõtingit ferre.i. quaſi nunquã contingit niſi his qui arbitrantur ſe etiam cõtemnendos, q ſcilicet amici ſunt leuãdi: ideſt liberãdi, & deonerandi (ſicut in bucolicis. Ego hoc te faſce leuabo) hac opinione q ſe cõtemni arbitranť: nõ modo.i. nõ ſolum (in quã leuandi ſunt) verbis.i. per verba amica & conſolatoria, ſed etiã opere: quo ſuperiores ſe illis pares gerũt. Autem pro ſed: tribuendum eſt cuię.i. vnicuię: primum: ideſt primo loco: tantum quantũ ipſe: ideſt tu qui tribuis poſſis efficere.i. exhibere in opere non in conatu tantum.i. primum pro viribus & facultatibus tuis.

ℂ Suſtinere

deinde etiā quantum ille, quē diligas, atq; adiuues, ſuſtinere poſſit. Nō enim tu poſſis, q̄tū vis excellas, oēs tuos ad honores ampliſſimos pducere: vt Scipio. P. Rutiliū potuit cōſulē efficere, frēm eius. L. nō potuit. Quod ſi ēt poſſis quid vis deferre ad alterum: videndū eſt tñ qd ille poſſit ſuſtinere. Oīno amicitiæ corroboratis iam confirmatiſq; & ingeniis & ætatibus iudicandæ ſunt: nec ſi qui ineunte ætate venādi, aut pilę ſtudioſi fuerunt, eos habere neceſſarios oportet, quos tum eodem ſtudio pręditos dilexerunt. Iſto enim mō nutrices & pædagogi iure vetuſtatis plurimum beneuolentiæ poſtulabūt: qui negligēdi qdē nō ſunt, ſed alio quodā mō colendi. aliter amicitiæ ſtabiles pmanere nō poſſunt. diſpares enim mores diſparia ſtudia ſequūtur: quoꝝ diſſimilitudo diſſociat amicitias: nec ob aliā cām vllā boni īprobis, īprobi bōis amici eē ñ poſſunt: niſi qd tāta inter eos eſt, quanta maxima pōt eſſe morum ſtudiorūq; diſtantia: recte ēt præcipi pōt in amicitiis: ne quis intēperata quadā beneuolentia: (qd pſæpe fit) impediat magnas vtilitates amicorū.

PET. MAR. ¶ SVSTInere: ferre cum decoro. i. an rerū ponderi ſufficiat efficiendiq; vim habeat: qm̄ magiſtratus cum ad vſum alienū ſit: & iuſtā requirat intelligentiam virum oſtendit vt Bias dixit, & Ariſtoteles quinto moralium reperit. ¶ Oinos certe. ¶ Ingeniis: naturis. ¶ Neceſſarios: amiciſſimos. neceſſitudo ponit p vinculo religioſæ cōiunctionis. ¶ Eodem ſtudio prædítos: eiuſdē rei ſtudioſos & amatores. prædítus ſtudio dicitur cura affectus. & id curans atq; ſtudens. ¶ Colendi: amandi i & frequentandi nō eo ſtudio & cura quo veri amici cū quibus oia debēt eſſe cōmunia. ¶ Aliter: niſi fuerint iudicatæ confirmatis ætatibus & iudiciis. Iuuenū amicitia dicit philoſophus, eſt voluptatē. & ob id maxime ſectant iuuenes qd ipſis iucundū eſt ac pręſens. At cum mutatur ætas alia fiunt & ipſa iucunda. quocirca cito fiūt amici, citoq; deſiſtunt, nam ſimul cū eo quod ipſos afficit voluptate & amicitia ipſa mutatur bonorū amicitia ſimiliūq; virtute pfecta eſt amicitia: q̄ permanet quādiu boni fuerint. At virtus res permanens eſt. ¶ Diſpares: diſſimiles. ¶ Studia: curæ. voluntates. ¶ Quorū: ſtudioꝝ: & curarum. Quo circa dicit Ariſtoteles. Iuuenes quidem cito. Senes aūt non cito fiunt amici. nō enim ſunt his amici quibus non delectantur. Similiter nec ſeueri ppterea q non ſimul degunt neq; inuicem delectantur: quæ ad ipſam amicitiam pertinent maxime. ¶ Morū: qualitatum animi. ¶ Studiorū: curarum & actionum. ¶ Intemperata: immodica.

OMN. BONI ¶ SVſtinere: ſi amicus ſit dignus pctura, illo magiſtratu venerandus eſt. Et nō vltra ad honores perducere pp illorum ignorantiā: ſicut Scipio fratrē ſuum pp imbecilitatē ingenii cōſulē facere nō potuit: ſed Rutiliū familiarē ſuū virum doctiſſimū conſulari dignitate honorauit. ¶ Omnino amicitiæ corroboratis. Ad amicitiā corroborandam hoc in loco declaratur: quod neceſſe ſit: vt tempus atq; morum ſimilitudo intercurrat: longitudo temporis & morum ſimilitudo ad amicitiæ ſtabilitatem requiritur. ¶ Nec ſe. non enim oportet in prouecta ætate amare eos i hoc eſt habere amicitiam cum illis quos dileximus ineunte ætate. ¶ Eos habere: hoc eſt habere amicitiam: quoniam æqualia exercebāt ſtudia in venatione in vdo pile ſed creſcente ætate morum ſimilitudo acceſſit: qua exire illa frangitur amicitia: ideo tēpus atque morum ſimilitudo ad amicitiam requiritur, ordo eſt, nec decet eos habere neceſſarios quos cum eodē ſtudio præditos dilexerunt: ſi qui ineunte ætate &c. ¶ Iſto. n. modo nutrices: ſi hoc eſſet conueniens: vt ppter temporis longitudinem amaremus amicitiam hac de cauſa contrahemus, ſequeretur q nutrices & pędagogi nobis eſſent intimi familiares, qd nō accidit, nā alias adulti inuenimus amicitias relictis puerilibus amoris: pædagogus vocatur: qui curam habet puerorum: vt cuius doctrinam pueri diſcūt atq; maiores colere nō ignorante qui. n. diſciplinam literaꝝ præcipit pceptor ſiue magiſter appellatur, dicitur aūt pedagogus απο τους παιδας και αγω: quaſi agens pueꝝ. ¶ Sed alio quodā mō colendi non. n. nutrices & pædagogi negligendi ſunt: ſed ſubuenire atq; amare debemus eos alio mō q̄ amicos. ¶ Aliter amicitiæ: cōcludit q amicitiæ cōſtantes eſſe nō poſſunt ſi nō ſuit tēpus & ſimilitudo morū i ſicut p cōtrariū demōſtratū eſt. ¶ Diſpares mores: pares cū paribus facile congregantur i ſi quis malos tenet mores vitia ſequitur i nō amicitiā cū morato viro literarumq; cupido nūquā cōſeq poterit. ¶ Nec ob aliā cām: imo ob iſtam cām. i. morū diſſimilitudinē boni malis amici nō repiunt. ¶ Niſi q tanta eſt: hoc impedit amicitiā inter bonos: & improbos, qd maxima eſt inter ipſos morū atq; ſtudiorum diſtantia. ¶ Recte ēt præcipi: præceptū tradit amicis ne aliqua ppria vtilitate mori amicorum vtilitatē impediant. plerīq; enim pp intēperatum amorē amicoꝝ vtilitatem retinent. ¶ Qd ſæpe fit: hoc mō ſi amicus ad dignitatem magiſtratus vocatus fuerit eū impedis verbis tuis. Heu mihi iam abſentia tua in maxima verſabor inopia. ¶ Nec enim vt redeam: ponit exemplum: hæc eſt hiſtoria: ſed quia tractatur a poetis nomen fabulæ conſecuta eſt. Lycomedes rex inſulæ ſi Pyrrhum deidamiæ filium propter ſuccīditatem quam ex eo infante percipiebat a bello Troiano retinuiſſet: non tantam gloriam atq; honorem habuiſſet.

Ad amicitiā corroborandā i hoc loco declaratur

Pædagogus Præceptor ſeu magiſter.

Lycome

ASCĒ. ¶ DEINDE etiam quātum ille quem diligas atque adiuues poſſit ſuſtinere. i. p ſtatu & idoneitate eius ad honores, & magiſtratus gerendos. Enim pro quia: tu non poſſis; licet excellas quantū uis: ideſt quantumlibet ſeu quantuncunque: perducere omnes tuos ſcilicet amicos ad honores ampliſſimos: vt: ideſt verbi gratia i Scipio potuit efficere Rutilium amicum ſuū conſulem non potuit (pulchre autem ſuperprimitur particula: ſed autem vero: quia verbū reperitur) efficere Lucium fratrem eius: ſcilicet Rutilii conſulem, nam de Scipionis fratre dixiſſet ſuum. Quod. i. poſito caſu q ſi: ideſt tametſi poſſis deferre ad alterum quiduis, ſcilicet honoris & dignitatis. tamen videndum eſt ſup. tibi: ideſt cōſiderandum qd eſt, ſcilicet alter poſſit ſuſtinere, ideſt decenter gerere & adminiſtrare. Omnino oſtendit in quibus veræ amicitiæ eſſe poſſint aut veriſimiliter ſint dicēs. Amicitiæ ſunt omnino iudicandæ ſupple eſſe veræ & ingeniis & ætatibus corroboratis iam & confirmatis. i. poſtq inter amicos ingenia & ætates ſunt corroboratæ & firmatæ. Nec ſi qui fuerint ſtudioſi. i. multū dedit ſtudio venandi aut pilæ. i. ludēdi pila. nec dico oportet. i. nō ideo oportet habere eos neceſſarios. i. inter neceſſitudine quadam coniunctos amicos quos dilexerunt, tum, ideſt tunc præditos ſtudio eorum. Enim p qa nutrices & pædagogi, ideſt puerorum doctores ad ludum literarum: aut ſimile & dicertores poſtulabunt, ideſt æquo iure depoſcent ſibi plurimum beneuolentiæ iure vetuſtatis, quia prima cum eis ſocietas eſt habita: qui ſcilicet nutrices & pedagogi ne negligendi quidem ſunt: ſed colendi alio quodā modo q̄ ſcilicet amici perfecti. Enim p qa amicitiæ non poſſunt permanere aliter, ideſt niſi iam corroboratis ætatibus & ingeniis: ſtabiles: ideſt cōſtantes. Enim pro quia, ideſt inſtituta & cōſuetudines viuendi diſpares ſequunt ſtudia diſparia, quorum ſcilicet ſtudiorū diſſimilitudo diſſociat amicitias: nec ob vllam cauſam boni, ideſt probi non poſſunt eſſe amici improbis: nec improbi bonis. niſi q tanta diſtantia morum & ſtudiorum eſt inter eos quanta poteſt eſſe maxima. Recte etiam. Aliud præceptum vtile proponēs dicit. Poteſt etiam præcipi recte in amicitiis: ne quid impedita magnas vtilitates amicorum quadam beneuolentia intemperata, quod tamen ſæpe fit, hoc eſt ne quis indulgens amicitiæ concedat amico, quod illius commoda remouet. vt probat exemplis dicens.

PET. MAR. ¶ N E opolemus: Pyrrhus nouus bellator Achillis filius & deidamiæ filię lycomedis regis ſcyri inſulę. ¶ Audire: illi obtemperare. ¶ Magnę res: neceſſaria negocia & rõne. ¶ Deſiderium: abſentiã: & cupiditatē videndi abſentē. ¶ Infirmus: debilis fractus. ¶ Mollis: tenere, leuis, femine⁹, nõ virilis aī fortis atq; cõſtãtis. ¶ Parū iuſtus: īpediens amici rõnes atq; cõpēdia. ¶ Calamitas: perniciens qdã & cã cogens diſſoluere amicitiã. Calamitas ꝓprie dr̃ grãdo aut qd tale ꝓdens calamos: & fruct⁹. inde ad cętera icõmoda trãſferri & patet latius. ¶ Sapiētū: ꝑfectorū hoium. ¶ Vulgares: ipfectas, & tēporarias, q ſe ſpectat inquit Seneca primo epl'aꝝ. & pp hoc ad amicitiam venit male cogit, quēad modū cœpit, ſic deſinet, parauit amicū aduerſus vincula latuq; opē. Cũ primũ crepuerit cathena diſcedet: hæ ſunt amicitiæ q̃s tēporarias populus appellat. ¶ Dilabi: deſcendit. ¶ Erūpunt: exiſtūt violēter, ac temere. ¶ In: contra. ¶ Alienos: extrarios. ſ. ut extraneos. ¶ Redūdet: refluat. vñ dicit Seneca. Turpium amorē nõ poſſe niſi malis rõnibus ɔciliari turpitudo igit recurrit in amicum qm̃ ſi pſeuerat i amicitia turpis eſſe vr̃: iccirco abiiciendus eſt ne nomen bonis viri contaminet manifeſte vitioſus & ꝓroſus: eſt dubitatio dicit phs ſi diſſoluendę ſint amicitiæ: nec ne quoad illos q nõ permanent: & an manifeſte prauus amãdus ſit. An impoſſibile eſt mgt. Siqdē nõ oē quoduis ē amabile ſed bonū: neq; decet prauū hīe amicum: neq; oportet. non. n. cõuenit improbos eē amicum. aut ſimilē effici prauo. dictū eſt aūt ſimile ſimili eē amicum, eſt ne igit ſtatim amicitia diſſoluenda: an nõ oĩsſed q̃ i ncurabilis eſt ob prauitatē. Nihil abſurdi videbit facere, q amicitiã diſſoluit. ñ. n. huic aut tali amicus erat. Cũ igitur mutatū ad priores mores redigeī neq̃t ſeſe ab illo ſeiūgit. oportet ne igit ipm nõ ſecus ad illū ſe hīe q̃ ſi amicus nunq̃ fuiſſet? An memoriã ꝑterite ɔſuetudinis hīe oportet? atq; vt amicis potiuſq; alienis arbitramur gratificari oportere: ſic & his q fuerunt amici tribuēdum eſt aliqd ob amicitiã q̃ antea fuit cũ nõ ob exupantē prauitatē diſſolutio amicitiæ facta ē. ¶ Remiſſiõe: relaxatiõe, atq; iminutione. ¶ Viſus conuerſatiõis. ¶ Eleuãdę: minuendę extenuãdę. ¶ Exarſerit: excreuerit vt quoddã icēdium. ¶ Rectū: iuſtum. ¶ Honeſtum: decorum. ¶ Morū: affectum, qualitatum animi. ¶ Studiorū: curarum voluntatum.

¶ Erūpūt ſæpe vitia: emanãt vitia qb⁹ amicitia frāgit: & eſt ſimilitudo tracta a fonte labente venis terræ. ¶ Tū in ipſos .ſ. vitia rūpūt in amicos: vt puta furant amici vicioſi aliqd alter alteri. ¶ Tū in ali. ſi furant vel adulterium faciãt in alienos: tū infamia & turpitudo illoꝝ amicos: pertinet ad te eo rū familiarē: q̃ qdē amicitię ex ɔſuetudinis remiſſiõe remouendę ſunt. ¶ Et vt Ca. audiui. Cato maior aiebat, tales amicitias paulati diſſuēdas eē magis q̃ diſcidēdas: & apte frāge dasyt puta rīdet ſa ciat q̃ domi ñ ē: ſi ab amico ñ cupiat. ¶ Niſi q. inu. exar. ſed ſi aliqd iniuriæ iter amicos ortū fuerit qd̃ ſuſtinet: neq; rectū neq; iuſtū eſt: vt ſi amic⁹ ɔſpirat ɔtra ꝑtiam renūciare debemus. ¶ Sin ãt morū: vel ſtudiorū: ſi ille cuius amicitiã ɔtraximus mutauerit bonos mores: & ſtudia bõa i mala: vt fecit Titius familiaris Horatii: q li bros vēdidit, vt artē militarē exercet, tunc paulati illi⁹ amicitiam deponemus, ſic faciemus, vt non ſolū amicitia depoſita ſed ne inimici tia ſuſcepta videatur cum illo. Cato maior.

Neq; enim (vt ad fabulas redeã) Troiã neoptolemus capere potuiſſet, ſi Licomedē, apud quē erat educatus, multis cū lachrymis iter ſuū īpediēte audire voluiſſet. Et ſępe incidūt magnę res, vt diſcedēdū ſit ab amicis q̃s q impedire vult, qd deſideriū nõ facile ferat, is & ī firmus ē, molliſq; natura, & ob eã ipſã cãm ī amicitia parū iuſtus. Atq; ī oī re ɔſiderandū ē & qd poſtules ab amico, & qd patiare a te īpetrari. Eſt et q̃dã q̃ſi calamitas ī amicitiis dimittēdis nõnũq̃ neceſſaria. Iã. n. ſapiētiū familliaritatib⁹ ad vulgares amicitias oro nr̃a dilabit. Erūpunt ſępe vitia amicorū, tū ī ipſos amicos, tū in alienos, quorū tñ ad amicos redūdet infamia. Tales igit amicitię ſunt remiſſiõe vſus leuãdę: & vt Catonē dicere audiui, diſſuēdę magis, q̃ diſcindendę, niſi qdã ad modū itolerabili iniuria exarſerit: vt neq; rectū, neq; honeſtū ſit, neq; fieri poſſit, vt nõ ſtatī alienatio diſiūctioq; faciēda ſit. Sin autē morū, aut ſtudiorum cõmutatio quædam (vt fieri ſolet) facta erit:

OMN. BONI ¶ NEC potuiſſet capere Troiã: hoc. n. apud peritos manifeſtum eſt: qs. n. ignorat oraculū a græcis eſſe cõſultū Troiã non poſſe capi ſi aliqs de gñe Aeacidarum non interfuiſſet. ¶ Neoptolemus: νέος nouus: πόλεμος poetice bellū dicitur. Pyrrhus vocatus eſt: qm̃ criſpos habebat capillos. ¶ Et ſæpe icidunt magnę res: vt ſi amicus vocet ad magiſtratum op̃ eēt vt ab amicis diſcedat. ¶ Deſideriū abſētiam amici moleſte ferunt amici: qm̃ infirmi & moles ſunt. ¶ Infirmus. i. debilis eſt, vt nõ paciatur amicum diſcedere, vt ad aliquam ꝓficiſcat dignitatē. ¶ Parū iuſtus: iuſtitiã hēret amici cuperet vtilitatē atq; in oi re, vt dixit ſupius: hæc lex in amicitia ē: vt ab amicis honeſta petamus: & amicorum cã honeſta faciamus. ¶ Eſt ēt: docet quaſdam regulas qbus amicitiã diſſoluere poſſumus ſi opus fuerit. ¶ Nonnunq̃ neceſſaria: ac ſi dicat neceſſe ē vt calamitas q̃dã vitioꝝ oriatur in amicitia: loquendo de amicitia vulgari. nõ. n. loqtur de amicitia vera: q̃ orit iter bonos. hec. n. vſq; ad extremitatē vitæ pdurat: illa aūt vulgaris familiaritas vitioꝝ calamitate īgruente frāgit. Parum iuſtus.

ASCE. ¶ Nec. n. (vt redeã ad fabulas) qa ꝓus fabulaꝝ mentionē fecit loq̃ns de his q ex diis aut regib⁹ nati paſtorib⁹ famulati fuerãt Neoptolem⁹. i. nou⁹ miles. ¶ Pyrrhus Achillis: & deidamię fili⁹ potuiſſet cape Troiã ſi voluiſſet audiē Lycomedē auũ ſuū maternū regē Scyri: & pꝛem deidamię apud quē fuerat educat⁹. Lyco, dico ipediēte iter ſuū. ſ. Pyr. cū m̄ltis lachrymis. ſ. ɔcomitãtib⁹. ¶ Et ſæpe icidūt. i. caſu iteruenīūt ſæpe magnę res: vt ſit diſcedēdū. i. vt oporteat diſcedere totaliter ab amicis: q̃s. ſ. magnas res; q vult ipedir: q. i. qa ñ ferat. i. ñ patiat facile. i. patienter & ſine difficultate deſideriū .ſ. abſentiã amici. Is inq̃ eſt: &. i. ſimul ifirmus: & mollis natura. i. potius molli natura. i. hñs naturã mollē. i. ibecillē: & muliebrē. & parū iſtus eſt i amicitia ob eã ipſam cãm. ſ. q vtilitates amici impediat. Atq; & c. Affert rurſus aliud pceptū ſane vtile dicens. Atq; cõſiderãdū eſt in oi re: &. i. ſimul qd poſtules ab amicos: & qd patire. i. dati, debeas impetrari a te. ſ. p amicū. Eſt ēt q̃ſi qdam calamitate neceſſaria nõnūq̃. i. interdū i amicitiis dimitteendis. i. diſſoluendis. aut legamus in amicis dimitendis. Oratio. n. noſtra delebitur. i. deſcendit a familiaritatib⁹ ſapientū: inter quos nõ incedit talis calamitas: ad amicitias vulgares: hoc autem per parentheſim dixit: occurrens tacitę obiectioni. Poſſent enim dicere ꝓus dcm̃ eſſe amicitias indiſſolubiles eſſe ɔuenire cum amicos nunq̃ oſuri ſimus: q̃do ergo calamitas talis incidat. Ad hoc rñdet q̃ de vulgarib⁹ nunc loquit iter quos erumpunt. i. vi exeūt ſæpe vitia: tum i amicos ipſos: tū i alienos ab amicitia nr̃a: ſed tñ in tales alienos quorum infamia redūdet. i. torqueaf ad amicos. Igiī tales amicitiæ ꝑpter q̃s i iſamiã icurras ſūt leuãde. i. diminuendę remiſſiõe. i. relaxatiõe ab itenſo amare: & freqēti cõſuetudine. Et (vt audiui catonē dicere) tales amicitiæ ſūt magis. i. potius diſſuēdę. i. paulati diſſoluēdę ſine violētia: vt dū veſtis diſſuit fila, dũ taxat icidunt pãno illæſo: q̃ diſcindēdę. i. violēter diſrūpendę: & vnico ipetu diſſoluendæ: niſi qdã iniuria itolerabilis admodū. i. valde exarſerit. i. ardenter emerſerit: vt neq; ſit rectū: neq; honeſtū: neq; poſſit fieri: vt nõ ſit facienda ſtati alienatio: aut diſiūctio, vt ſi amicus fiat tyrãnus aut cõiuret in patriã, aut cõtra ciues bonos, aut fiat enormi crimine infamis. Aūt pro ſed, ſin. i. ſed ſi. quædam cõmutatio. i. variatio morum: aut ſtudiorum erit facta ab amico: vt ſolet fieri. Turpiſſimum in amicitia.

aut in reipu. partibus diſſentio interceſſerit (Loquor enim iam, vt pauloante dixi, nō de ſapiẽtiũ, ſed de cōmunibus amicitiis) cauendũ erit, ne nō ſolum amicitiæ depoſitæ ſed etiam inimicitiæ ſuſceptæ videâtur. Nihil eſt enim turpius, q̃ cum eo bellum gerere, q cũ familiariter vixeris. Ab amicitia Q. Pōpeii, meo noie ſe remouerat (vt ſcitis) Scipio ꝓpter diſſenſionẽ aũt, quæ erat in repub. alienatus eſt a collega noſtro Metello, vtrũq; egit grauiter: auctoritate & offenſione aĩ non acerba. Quamobrem primũ danda opera eſt, ne qua amicorum diſſidia fiant, ſin tale aliquid euenerit, vt extinctæ potius amicitię: q̃ oppreſſę eſſe videâtur. Tum vero cauendũ eſt: ne etiã in graues inimicitias cōuertant ſe amicitiæ: e quibus iurgia, maledicta, contumeliæ gignunẽ. Quæ tũ ſi tollerabiles erunt ferendæ ſunt, & hic honos veteri amicitiæ tribuẽdus, vt is in culpa ſit, qui faciat, nō q patiatur iniuriã. Omnino omniũ horum vitiorum, atq; incōmodorum vna cautio eſt, atque prouiſio, vt ne nimis cito diligere incipiant, ne ve indignos. Digni autem ſunt amicitia, quibus in ipſis ineſt cauſa cur diligantur. Rarum genus: (& quidẽ omnia pręclara rara) nec quicq̃ difficilius, q̃ reperire, qđ ſit oĩ ex parte in ſuo genere pfectũ. Sed pleriq; neq; in rebus humanis quicquã boni norunt,

PET. MAR. PARtibus: diuiſionibus: factiōibus. ſ Diſſentio: diſcordia in ſententiis, & iudicus de rōne regendę: gubernãdæq; reip. ſ Interceſſerit: interuenerit. ſ De cōibus: vulgaris: & inchoatis. ſ Meo noie: cã & reſpectu. ſ In repub. mō: & via tuendi publica negocia domi foriſq;. ſ Collega: ſcio in augurandi munere ac dignitate. ſ Grauiter: prudenter: & moderate. ſ Auctoritate: dignitate: ſeueritate: conſtantia. ſ Offenſione ai non acerba: indignatione cōmotioneq; nō aſpera, & vt ita dixerim citra graue ai paſſionẽ atq; moleſtiã q̃ aium ledit: & cruciat. ſ Diſſidia: diſſentiones & diſcordię. ſ Extinctę: paulatim leuatæ. ſ Oppreſſæ: obrutæ, ſtatimq; ſuffocatæ vt nō extent. ſ Graues: perniciosas: capitales. ſ Iurgia: cōcertationes. ſ Maledicta: cōuincia. ſ Cōtumelię: ꝓbroſæ, iniuriæ, deſpicationeſq;. ſ Tolerabiles: faciles, leues. ſ Hic honos: reſpectus. ſ Patiatur: æquanimiter toleret. ſ Omno: certe. ſ Cautio: euitatio: & declinatio. ſ Prouiſio: remediũ. ſ Cã cur diligãtur. i. ſpm vere bonũ quo nihil eſt amari dignius. i. ipſa virtus, q̃ rōnis abſolutio diffinit: ois amicitia dicit phs aut eſt ob bonũ aut ob voluptatẽ vel ſimpliciter vł amãti: & ob ſimilitudinẽ quãdã hæc aũt oia bonorum p ſeipſos amicitiæ inſunt. huic. n. ſimiles ſunt & cæteræ. maxime igitur hæc ſunt amabilia: & amare. amicitiaq; in his eſt maxime: & optima amicitia. Sũt autem merito tales amicitiæ raræ: pauci. n. ſunt tales. ſ In ſuo genere: natura & qͣlitate.

OMN. BONI. IN reipu. diſſentio: ſi amicus fauet marianæ parti: & tu reipu. hæc diſſentio amicitiã diſſoluit. ſ Ab amicitia. Q. u. Pō. Sci. enim remotus eſt ab amicitia Pompeii verbis meis: qm̃ potius mei amicitiam q̃ illius tenere voluit. ſ A. collega nſo Metello: Metelli amicitiam reliquit ꝑ quadam diſſentionem reipu. qm̃ ille fauebat vni factioni: & Sci. alteri. ſ Offenſione animi non acerba: prudentia ſua: & ſimulatione diſiunctionem amicitiæ cũ illis Scipio fecit: itaq; ab ipſo offenſi non videbantur: & adhuc illius amicitiam retinere putabant. ſ Quamobrem: primum tradit regulas qbus elaborandum ne amicitia ſic opprimatur: vt deinde inimicitię oriantur. ſ Opera: vt ſæpe numero diximus: mater: & opus filius. nam opera eſt labor qui præcedit: opus ois operatio q̃ fit: ad informandũ gladiũ vocatur opa: opus aũt gladius ipſe nuncupaẽ. ſ Sin aliqd euenerit tale: ſi interceſſerit cauſa aliq ꝑ q̃ amicitia dimittenda ſit. ſ Vt extinctæ: ſimilitudo trahiẽ ab igne: q dum per ſe moritur appellatur extingui: ſi aũt per vim aquarum quã primũ ſuffocatur opprimi diciẽ: dicit ergo ſi qđ accidit: vt nos ꝑ amicorum vitia diſſoluamur ab ipſi debemus extinguere paulatim ipſam amicitiam hoc mō: non habere frequentem conſuetudinẽ cum illis tũc amicitia extingueẽ: niſi eſſet cōſpiratio contra patriam, qm̃ tunc amicitia illa nō extinguenda, ſed opprimẽda eſt. ſ Maledicta: appellare ipſum latronẽ, proditorẽ. ſ Contumelię: veniunt aũt a con & tumeo. vt ſi diceret: hunc hoiem peſſundabo, contumelia vocabitur. ſ Quæ tñ: iſtæ contumelię tolerandæ ſunt cum maximo vituperio, & maxime veteris amicitiæ gratia, quoniam ipſe qui maledicit magis in culpa exiſtimabitur, q̃ ille qui eas tolerauit. ſ Incommodorum: q̃ amicitię diſſoluantur ꝑ amicoꝝ vitia: hęc erit optima cautio. ſ Vt ne nimis cito aliquẽ diligere incipiamus: diligere eſt principium beneuolentię, vt idem Cic. Quẽ diligere ſolebã: nũc amare videor. ſ Digni aũt. ſ. q virtute morũ ꝓbitatẽ cōtinent amicitia digni iudicandi ſunt omni ex parte. ſ In ſuo genere per. hō in ſuo genere pfectus nō iuenitur, equus in genere aliq nō reperitur pfectus, vt bonas vngulas egregium caput cæteraq; ſibi ad perfectionẽ hẽat neceſſaria. ſ Sed pleriq;: aliquorum rep̃hendit opinionẽ eorum. ſ. q amicitias appetẽdas eẽ aiũt non beneuolendi gr̃a, ſed vtilitatis cōſequendę cã, huius enim generis hoies aliqd humani cognouiſſe nō videnẽ. Cice.

ASCE. AVT diſſentio itercelle rit in partibus reip. Loquor enĩ, inqt: vt dixi pauloante non de amicitiis ſapiẽtũ: ſed de amicitiis communibus. ſi igitur interceſſerit cōmutatio talis, tunc cauẽdum erit ne ſolum amicitię videantur depoſitæ, ſed inimicitiæ videanẽ etiam ſuſceptæ. Nihil enim turpius ſup. eſt q̃ gerere bellum cum eo: q cum. i. cum quo vixeris familiariter. Scipio (vt ſcitis o generi mei Scæuola & Fanni) remouerat ſe ab amicitia quinti Pompeii: meo nomine. i. ꝑ nomẽ meũ iuſſum forte Pōpe. aut ꝑ amicitiã quam mecum hẽbat. Autem ꝓ ſed ipſe alienatus eſt a Collega noſtro Metello: & ſupple egit vtrunque. i. vtriuſque amicitiæ diſſolutionem grauiter, quia auctoritate: & nō acerba offenſione, ideſt læſione animi. Offenſio enim fere paſſiue accipitur, offenſa actiue. Quamobrem danda eſt opera: id eſt adhibenda diligentia primum ne qua diſſidia amicorũ fiant. ſin, ideſt ſed ſi aliquid tale euenerit, vt amicitiæ videãtur potius extinctæ, ideſt ſponte mortæ, q̃ oppreſſæ, ideſt vi ſuffocatæ. Vero pro ſed, aut ad verum cauendum: eſt, ne amicitiæ conuertant ſe in inimicitias etiam graues: ideſt multum moleſtas: aut difficiles, e quibus ſcilicet inimicitiis iurgia. i. obiurgationes. maledicta. i. execrationes: & ꝯuitia & contumiliæ, ideſt diffamationes gignuntur. Quæ tamẽ contumeliæ aut inimicitiæ ſi erunt tolerabiles: ideſt vt dicunt ſupportabiles, ſunt ferendæ, ideſt tolerandę & patiendæ. Et hic. i. huiuſmodi honos, ideſt honor eſt tribuendus veteri amicitiæ, vt is ſit in culpa, ideſt culpetur, qui faciat iniuriam non qui patiatur. Omnino docet quomodo euitari poſſent incommoda, vt poẽ ſi digni dumtaxat aſſumãtur amici, occaſione cuius docet etiam qui ſint digni cenſendi dicens. Vna eſt cautio atq; vana eſt prouiſio oio omnium horum. i. huiuſmodi vitiorum & incommodorum, vt. i. vt pote ne ſupple quis incipiat diligere nimis cito, vnde gallico dicitur prouerbio. Oportet noſſe priuſquam amare, ne ve. i. vel vt nō incipiat diligere, indignos. Autem pro ſed illi ſunt digni amicitia, in qbus ipſis ineſt cauſa. ſ. iuſta, cur diligantur appoſitione rarum genus. i. qui digni ſunt genus hominum rarum: & quidem. i. certe omnia prędara. i. egregia, & valde excellentia rara ſupple ſunt, nec eſt quicquam difficilius q̃ reperire ſupple aliquid quod ſit in ſuo genere perfectum ex omni parte. Solus autem deus ſimpliciter: & in omni genere boni perfectus eſt: at amicus dicitur perfectus ſi perfecte colit amicitiam: muſicus ſi muſicã perfecte ſciat: etiam ſi cæteras artes ignoret. Sed plerique neq; norunt quicquam in genere humano bonus.

Opera. Opus.

Qui ſemi ... ctia di... gni.

P. E T. MAR.

¶ FRVctuoſum: vtile. ¶ Pulcherrima: honeſtiſſima: & naturæ in primis conſentanea. ¶ Per ſe: ꝓpriā qualitatē. ¶ Propter ſe: iucunditatē quam in ſe continet: & nō ob aliquā rē extrinſecam. i. lucrum, aut corporis voluptatem: ſiēt enim ſe quodcunq; amabile rerū q; honeſtarū pretiū. ¶ Hæc vis natura, qm̄ rō amicitię ad aliū vt ex phi ſnia dictū eſt ſumit ab ea q̄ cuiq; eſt ad ſeipſum.

¶ Peruerſe ne dicā impudenter ac ſi dicat tā pp imprudentiā q̄ pp ꝑuerſitatē. ¶ Quales: vbi illi eſſe nō poſſunt, qa volunt eſſe tales in amicos q̄les in ſeipſos putant eſſe amicos: iō nō poſſunt. ¶ Par eſt: iuſtum eſt amicū eſſe bonū: deinde ſibi ſimilem iuenire. ¶ In talibus. ſ. amicis q bonitate atq; virtute ꝓditi ſunt amicitiæ ſtabilitas ineſt. ¶ Iuſtitia: q̄ ꝓprio rū eſt vnicuiq; ſm̄ debitum retributio: oīa pro altero ſuſcipiet. ſ. conſiliū labores: & alia ſuſcipiet pro amico.

¶ Per ſe: ꝑ ꝓpriā q̄litatem: & naturę cōmēdationem. ¶ Alter idē. i. hn̄s eundē aīum: q̄ſi ꝙ aīa vna ſit in duobus corporibus: qd̄ certe rerū oīum æq̄litatē arguit & cōcētum: pp Pythagoras dixit amicitiā eſſe ęq̄litatē, vnā aiam & amicum alterū ipſum. ¶ Cicuribus: manſuefactis quæ feris opponuntur. ponit genera beſtiarum. ſunt enim volucres. i. alatæ: agreſtes: ſiue ſilueſtres. ¶ Natātib⁹: atq; amphibie, cicures, & feræ q in ſua præſtant natura, tamē hæ oēs animantes diligunt ſe vitamq; tuētur ꝓ viribus: qm̄ oē aīal ſibi cōmendatum eſt natura: vt in libris de finibus patuit latius. ¶ Deſiderio: cupiditate: affectu. ¶ Peruerſe: inique, imprudenter: atq; abſurde. ¶ Par eſt: decet vtrunq; eſſe cernitur. ¶ Imperabunt: coercebunt: ad modumq; redigent. ¶ Aequitate: bonitate, rectitudine. ¶ Colent: frequentabunt: honorabunt: opitulabuntur reciprocis ſtudiis.

niſi quod fructuoſum ſit: & amicos tanquā pecudes eos potiſſimum diligunt, ex qbus ſperant ſe maximū fructum eſſe capturos. Itaq; pulcherrima illa, & maxime naturali carent amicitia, per ſe, & propter ſe expetēda: nec ipſi ſibi exēplo ſunt, hęc vis amicitiæ qualis, & quāta ſit: ipſe enī ſe qſq; diligit: nō vt aliquā a ſeipſo mercedē exigat caritatis ſuæ: ſed quod per ſe ſibi qſq; carus eſt: quod niſi idē in amicitiā transferatur, verus amicus nūquam reperietur. Eſt enī is, q eſt tanq̄ alter idem. Qd̄ ſi hęc apparent in beſtiis, volucribus agreſtibus, natātib⁹ ſuibus, cicuribus, feris, primum vt ſe diligant. (Id enim pariter cū omni animante naſcitur) deinde vt requirant, atq; appetant ad quas ſe applicent eiuſdem generis animantes: idq; faciunt cū deſiderio, & cū quadā ſimilitudine amoris humani: quāto magis id in homine fit natura, qui & ſeipſe diligit & alterum acquirit, cuius animum ita cum ſuo cōmiſceat vt efficiat pene vnum ex duobus. Sed plerią; ꝑuerſe, ne dicā impudenter amicum habere talem volunt, quales ipſi eſſe nō poſſunt: quæq; ipſi nō tribuūt amicis, hæc ab his deſiderant par eſt aūt primū ipſum virū bonū eſſe: tū alterū ſimilē ſui quærere. In talibus ea, quā iam dudū tractauimus ſtabilitas amicitiæ confirmari pōt: cum hoīes beneuolentia cōiuncti primū cupiditatibus, iis, qbus cęteri ſeruiūt: imꝑabūt: deīde æq̄tate iuſtitiaq; gaudebunt, oīaq; alter pro altero ſuſcipiet. Neq; quicq̄ unq̄ niſi honeſtū & rectū altero ab altero poſtulabit: neq; ſolū colēt ſe inter ſe, ac diligēt:

ASCE.

¶ NISI ꝙ ſit fructuoſum. i. ꝙ afferat aliquē fructum: & vtilitatē. Et diligunt amicos tāq̄ pecudes: vt pote eos potiſſimum ex qbus ſperant ſe capturos eſſe maximum fructū. Itaq; . i. & ita ipſi carent illa pulcherrima: & maxime naturali amicitia: expetenda per ſe & pp ſe: nec ipſi ſunt ſibi exēplo. i. in exēplū quo videant qūo: & quāobrē debeant amicum colere: & quāta & qualis ſit hęc vis amicitię. Quiſq; enim diligit ipſe ſe. ſ. ſemetipſum: ſed Cicero rarō dat ipſe apposito reciproco: ſed fere ſuppoſito: vt veritas ſeipſa defendit non ſeipſam dicit. Quiſq; iquam diligit ſe, nō ipſe diligit ſe, non vt exigat a ſeipſo aliquam mercedem caritatis ſuæ, ſed ꝙ. i. qa qſq; ē ſibi carus, ꝑ ſe. i. ſine alterius gr̄a: aut reſpectu, ꝙ. i. q̄ res. ſ. pp nullā mercedē amare: niſi transferatur in amicitiā, vt amicus ēt pp ipſum ametur, nunq̄ verus amic⁹ reperiet. Quod ſi hæc apparent in beſtiis, vt pote i

OMN. BONI

Fructus

¶ FRVctuoſum: fructum appellamus quicqd vtile eſt. ¶ Tanquā pecudes: paſtores diligunt pecudes: & armenta propter vtilitatem. ¶ Ipſi ſi. e. ſcilicet, ideſt tales homines non conſiderant, quid ſibi ipſis exemplum eſſe poſſunt, qualis ſit huius amicitiæ naturalis vis. ſcilicet officium membrorum reſpiciant nam vt diximus inter membra ſe diligunt abſq; fructu illius amoris: q̄ ex re vnuſquiſq; ſibi exemplum eſſe pōt: ſed ipſi tenent ἴδιον τὸ ἴδιον καὶ ἑαυτόν. i. amorē ꝓpriū, vt ament nō cā amicorū

Qualis

ſed ꝓpria vtilitate ꝯſequēda. ¶ Qualis: quantū, ad illud pulcherrima. ¶ Quod: quātum ad per ſe, & pp ſe. ¶ Ipſe. e. q. declarat qd ſit amor naturalis. ¶ Q̄d ni. i. niſi iſte amor transferatur in amicitiā: amicus nō reputat, nam q amat ſeipſum amor hic appellatur. i. ἑαυτόν, ſed ille amor tantus in amicis trāsferatur q̄tū hēt in ſeipſum, & ecōuerſo, ſi fiat ab amicis hæc appellatur amicitia, ac ſi diceret amicus æq̄ dēt amare amicum ac ſeipſum. ¶ Is tā a. i. amicus eſt alter ego vn̄ dicitur bñ græce ἄλλος αὐτός quaſi idem alter: ſiue alter ego. ¶ Cicuribus: cicuris dr̄ beſtia manſueta: nā cicurare vocabulū antiquum dicimus manſuefacere. ¶ Feris: contrarium eſt cicuribus. ¶ Ad quas applicent amantes, ad ſui amantes applicant beſtię, primum amorē. i. πρῶτον ἐραστα nā hoc datū a natura, vt vnuſqſq; ſe amet: & tueatur: deinde ad ſui ſimiles ſe adiungunt, & vulpes copulanť cū vulpibus. ¶ Animātes: declinatur hic animans tis qd̄ vſurpat ſæpenumero Lactant. ¶ Cū deſi. i. ita amant ꝙ dolent abſētia ſociorum: vt ſi equus videat amicū: & ſociū ſuū. ¶ Pe. u. d. hoc eſt præceptū Pythagoræ [illegible]. ¶ Sed plerią;: caſtigat hoīes inter quos aliq ſunt q volunt ab amicis: qd̄ ipſi amicis facere nolunt, ſicut ſunt maiores q ſemper ab amicis iferioribus aliqd expectant: & aliqd de ſuo illis nō tradūt,

Animis

Lactan.

Iuſtum ē

Par eſt

Iuſtiti a

volucribus agreſtibus. i. in agro degentibus: natātibus, ideſt aquatilibus, ſuib⁹, ideſt porcis. Cicuribus. i. domeſticis. aut manſuefactis, feris adhuc in ſiluis degentibus, primum, vt ipſæ diligant ſe. Id enim. ſ. ſeipſum diligere naſcitur pariter cum oī animante (deinde, vt reqrant atq; expetant animantes eiuſdem gn̄is, ideſt eiuſdem ſpeciei ad q̄s applicent ſe. ſ. per ſocietatem quandam naturalem, hoc aūt verbum ſic legitur apud Vallā. c.xxxv. Vn̄ patet hūc locū fuiſſe corruptū. Et beſtiæ faciunt id. i. applicant ſe ad ꝯſimiles animantes cū deſiderio: & cum q̄dā ſimilitudine amoris humani. ¶ Quanto igiť magis id fit in hoīe natura. i. per naturā: qui & ipſe diligat ſe, & acqrat alterū. ſ. amicum cuius animū. i. voluntatē cōmiſceat, ita cum ſuo, vt efficiat pene. i. q̄ſi vnum ex duobus, qa in eis eſt vnū velle: & vnū nolle. Sed plerią; volunt (ꝑuerſe ne dicā) imprudenter hēre amicū talē q̄les ipſi non poſſunt eē. i. ꝑfectiſſimū, queq; ſunt duæ dictiones. i. & ipſi nō tribuunt amicis. deſiderāt hæc ab his. ſ. amicis. A ūt pro ſed, par. i. æquū: & iuſtū ē ipſum. ſ. q amicū deſiderat eē primū virū bonū, tū. i. deinde q̄rere alterū ſimilē ſui, videlicet i moribus: vn̄ & genitiuo vtiť. Ea ſtabilitas amicitię quā tractamus iamdudū. (Nō aūt legetur tractabamus) pōt cōfirmari i talibus. ſ. amicis cum hoīes cōiuncti beneuolentia primum imperabunt. i. dominabunť his cupiditatibus, qbus cęteris. i. animales, & beſtiales ſeruiūt. Deinde deuictis cupiditatibus, gaudebunt æq̄tate, & iuſtitia, & alter. ſ. amicorum ſuſcipiet oīa pro altero: qa inter tales occurrent niſi honeſta. Enim ꝓ qa: neq; alter poſtulabit vnquam ab altero qc quā niſi honeſtū: neq; ſolum colent ac diligent inter ſe. i. ſe mutuo. Non aūt legetur ſe interſe, vt Valla recte notauit.

Quid animantib⁹ a natura data ſunt

Verecundia amicitiæ ornamentū.

¶ Verebuntur

PETR. MAR. ℭ Verebuntur: timebunt eſt qdã verecũdia & reuerecũdia vnde idẽ Cice. in ſecundo de finibus dicit. Me ne ergo & Tirnoum dignos exiſtima apud quos turpiter loquare. prouerbialis deniq; ſnia eſt. vbi timor ibi pudor. nam audacia parit impudentiam. Nec non pudos in oculis. ℱ Verecundiam, erubeſcentiam, & timorem iſtæ vituperationis: quapropter in officiis monet idem Cicero reiiciendam eſſe cynicorum rationem verecundiæ inimicam. ℱ Perniciosus error: deteſtabilis hallucinatio, & dãnata opinio. ℱ Libidinum: obſcœnarum cupiditatum. ℱ Licentiam, prauam libertatẽ, vnde adagia de impudentibus perfricuit frontẽ, os durũ, & ferreũ. Nudo capite qppiã mo/litur, & Atic⁹ aſpectus atq; canis oculi. ℱ Comes, ſocia: & auxiliatrix. ℱ Solitaria, ſolitario difficilis eſt vita dicit phus. nõ. n. facile eſt p ſeipſm ſp agerẽ: cũ aliis vero atq; ad alios facile: erit igitur actio cõtinua magis cũ ſit per ſeipſam iucunda, qd qdẽ eſſe circa beatũ ipſum oportet, ſtudioſus. n. hoc ipſo quo ſtudioſus ẽ gaudet qdẽ his actibus q a virtute pficiſcuntur: moleſte autem fert eos qui a vitiis prodeunt: fueri etiam & quædam virtutis exercitatio ex coniuncto bonorum vt Theognidi placet: hæc Ariſto. verba theognidis hæc ſunt. bona diſceſſi bonorum conſuetudine vteris: Si autem prauorum bona quæ in te ſunt amittes. ℱ Ad ſummum bonum ad maximam perfectionem humanæ docilitatis. ℱ Comitatus: concilatio, conſociatio, atque conſenſus & græcẽ ſympathia. ℱ Expetandam, bonam: & honeſtam. ℱ Grauis caſus aſper: euentus, & infortunium. ℱ Iudicaueris: prouideris an amicitia dignus ſit aliquis.

ſed etiam verebũtur: nam maximum, amicitiæ tollit ornamentum; q ex ea tollit verecundiã. Itaq; in his p/nicioſus eſt error: qui exiſtimãt libidinũ, peccatorũ q; oĩum patere ĩ amicicia licentiã. virtutũ amicitia adiutrix a natura data eſt, non vitiorum comes, vt quoniã ſolitaria nõ poſſet virtus ad ea; q̃ ſumma ſũt: puenire, coniuncta & ſociata cũ altera perueniret, q̃ ſi quos inter ſocietas aut eſt, aut fuit: aut futura eſt: eorũ eſt habendus ad ſummum naturæ bonũ: optimus beatiſſimuſq; cõmitatus. Hæc eſt inquã ſocietas: in qua oĩa inſunt, q̃ putant hoĩes expetenda, honeſtas, gloria: trãquillitas animi, atq; iucunditas, vt cũ hæc adſit, beata vita ſit: & ſine his eſſe nõ poſſit: quod cũ optimũ maximumq; ſit, ſi id volumus adipiſci, virtuti opera dãda eſt, ſine qua neq; amicitiam; neq; vllam rẽ expetendã conſequi poſſumus. Ea vero neglecta, q ſe amicos habere arbitrantur: tũ ſe deniq; erraſſe ſentiunt, cum eos grauis aliquis caſus experiri cogit, Quo circa (dicendum eſt enim ſæpius) cum iudicaueris: diligere oportet, nõ cũ dilexeris, iudicare. Sed cum multis in rebus

ASCĒ. O TITE ſi qdē ego adiuto &c. Tametſi hic liber añ ſuperiorē, vt in illius p̄fatione patet cōpoſitus eſt: iuſta tn̄ rōne eū ſequit̄ in legēdo. Nā quēadmodū poſt officia vniuerſo hoīum gn̄i p̄ſcripta bn̄ ſecutum ē opus de amicitia: vt egregiū in amico colendo ſignificet offm̄: ita nunc qa inter amicos ex officio viuētes in extremā vſq; vitā eſt caritatis cōtinuatio: bene ſeqtur de ſenectutis onereū qđ here conſolatio. Affat̄ aūt i p̄fatione Ci. Titū Pōpo. Atticū iiſdē verſibus, qbus Ennius titū Flaminiū conſolaturus eum q; frater eius ſenatu priuatus fuerat, dico frater L. Flaminius, vt Cato dicet in hoc opere poſt rubricā, Sequitur tertia &c. Hic aūt dictus eſt Marcus Titus Pōponius Atticus: vbi Marcus ppriū eſt nomē a Martia, tn̄ ſirtute inditū Titus prenomē a tutādo natū: vn̄ ingētes Titos dicit Perſius. Pōponius cognomē qa cognitionis & familię nomen. Atticus agnomē ex euētu impoſitū q; Atticā eloquētiam reportauerat: vt hic Cice. innuit. Cęterū qa oīa incomentariis graphice declarant̄ ſatis inſtituto meo fecero ſi ordinē cōtexuero, Hoc tn̄ p̄mittā pp carmen melius legi pretii q̄ p̄mi. accipitq; p̄tiū, vt a comico ego prætiū ob ſtultitia fero: dicit itaq; Ennius. O tite Flamini, ſi ego adiuto ſup. te. qd .i. in aliquo, ve pro vel leuaſſo.i. leuem facio & imminuo curam: q̄ coqt nunc te & verſat te exiſtens fixa ſub pectore.i. in precordiis. Et q̄.ſ. cura tu de primeris.i. deiiceris & deorſum premeris hoc eſt demiſſo animo ſis. ecqd i. ecce qd prætii.ſ. laboris.i. qd præmii erit mihi. Et ſi Atticus q̄rat. Atq; mihi hæc carmina ſcribis Ci. Rn̄det. Nō ab re licet eni.i. licitum eſt mihi o Attice affari. alloq te iiſdē verſibus quibus ille vir.i. notiſſimus.ſ. Ennius: haud. cum magna re.i. ſupellectile rerum & diuitiarum: ſed plenus fidei.i. fidelitatis. affatur Flaminiū.ſ. Titum a ſenatu deiectū: q̄q̄ certe aut certo ſcio o Attice te nō ſollicitari ſic noctes & dies, vt Flaminiū.i. quēadmodū aut quātum audiui Flaminiū ſollicitari.

PET. MAR. MODERATIONEM: tēperamētū docto viro, cōſtāti forti & frugi dignū quē iuxſta nec ſecunda extolūt nec aduerſa deprimūt: ſed in oi ætate ac vita naturā ſeqtur ducē. hac ſiqdē repugnante irritus eſt mortaliū labor. Et eqtatē: parem in oi fortuna tenorē & trāqllitatē cōſtāti naturæ conſentaneā. Humanitatē: eruditionē atticiſmo dignam. Prudētiā, acre iudiciū rerum humanarū, & fortuitarum. Suſpicio: puto. Hiſdem rebus: patriæ ruinis: interituq; legum & libertatis. & ſic ad intermiſſam libertatem ſuſpirans Cæſaris ſugilat tyrannidem. Grauius: vehementius & moleſtius. Commoueri: turbari. & ſolicitari. Maior: maiora fomenta deſiderans & leuationes: qm̄ talis mœror nō facile tollitur. eſt ſiqdē ingratiſſimis ciuis leuiter ferre piæ interitum. In aliud tēpus: ne in noſtram pernitiē tyrannum irritemus, nā ſapiens qui ſibi prodeſſe neſcit nequicquam ſapit. Onere: moleſtia ingraueſcentis ætatis. Vrgentis, inſtantis. & grauantis. Aduentantis, ppinquæ. aduentare eſt ueniēdo proximus fieri. Leuari: exonerari.

PHIL. MAR. MODERATIONEM: qđ bn̄ ſcias moderari i rebus aduerſis: & ſecūdis, & a mō: hī ē mēſura nomē accepit: vn̄ capta bn̄uolentiā ab eo q̄ captat: ſi eos qa audiūt laudat: m⁹: ut ipſe i rethoricis docet ſi res eorū fortiter māſuete: ſapiēter, magnifice iudicatas pferem⁹. Aeqtatē: tolerātiā: ſigñat. n. æqtas duo iuſtitiā: ut p̄ſtātiſſimus æq, & tolerātiā ut æquo aio tuli.i. forti & patiēti. Cognomē: propie dixit, q̄uis aliter uideat̄ nā cognomē: agnomē & nomē in h̄ diſcrepant, q; cognomē ē a gn̄atione & a familia, vt Pō. ut Cor. Agnomē ab euētu rei: vt Sci. Afri. ab Africa ſuperata agnomē ē ſoritus: & ſic Atti. eēt agnomē & nō cognomē. Sed Tul. reſpexit tēpus futurū ſuę cognitionis qđ poſteri oēs illius Attici ſūt cognominati: ſicut vir. Cui nōe cognomē Iullo addit̄ itaq; principiū ab atti. Nomen vero eſt qđ a parētibus iponit̄ pueris, vt Sci. vt Mar. Humanitatē dupl̄r intelligit̄: eſt eni p̄mo humanitas morum ſuauitas: dexteritas: & aptitudo & ipſa animi manſuetudo q̄ φιλανθρωπίαν græci dn̄t ſecundo ſignat̄ doſtrinā: & diſciplinam. Iiſdem.r.ſ. ſtatu .reip. & perturbationibus multis in ciuitate. Grauius moleſtius: aut quia nūq̄ grauem tibi ſenectutem eſſe ſenſerim. Cōſolatio: doloris diminutio: q̄ gręci dicūt παραμυθίαν. In: a.t. quia alias rebus iſtis perditis publicis & priuatis doloribus cōſolationem afferemus. De ſe. docilem facit auditorem: quia ſummam cauſæ breuiter expoſuit. Hoc. e. o. attentum reddit auditorem Atticum, quia oſtendit ſe eſſe dicturum de rebus quę ad eū ipſum qui audit pertinent .ſ. qūo leuare poſſit onera ſenectutis: & hoc mō ſubiungit vtilitatem operis. ſecundo commendationes phæ: q̄ eſt illa quę dat medicinam.i. conſolationem ſenectutis: tertio & vltimo totius operis huius formam & modū velut maiorem Catonem inducit diſputantem de ſenectute: quia vt ait Nonius Marcel. Senes omnibus ſunt tędio & odio: & ab onere dr̄ oneratus: honeſtus vero ab honore: & in hoc differunt q; oneratus eſt qualicunq; depreſſus onere ingt Ser. honuſtus vero cui onus ipſum honori eſt. vt ſiquis ſpolia hoſtium ferat, ſed oneratus nō aſpirat̄ qa ab onere venit. honuſtus aūt: qa ēt ab honore deſcendit retinet aſpirationem. Vrgentis: tanq̄ ad tp̄s p̄ntis: eſt enim vrgere p̄mere. Aduētantis: futurum: qa nō eſt præſens ſed futurum illud quod aduentat: quaſi p̄ntis: & future ſenectutis onere: & vſus eſt frequentatiuo. vt anni celeritatē oñdere, cito enim pede labitur ætas: ſic Seneca in Hercule furent. Rota præcipitis vertitur anni. Hora. Heu poſthume, poſthume labuntur ānī & nihil eſt ānis velocius. Et meipſum: addit ipſum qui ſolet mederi aliis: & dare cōſilia & remedia: ſeipſum etiam velit & ſciat curare ne videatur ſicut iquit Sulpitius, ille imitari malos medicos, qui i alienis moribus ſe profitentur t nere medicinæ ſciētiam: & ſeipſos curare nō poſſunt.

Modera tionē Cognomen agnomē Nomen

Conſolatio doloris diminutio

Nonius Honuſtus oneratus Seruius Seneca Hora. Sulpitius

ASCĒ. NOVI enim moderationē & æqtatē.i. ęquanimitatē aī tui Et itelligo te deportaſſe athenis nō ſolum cognomē, vt Atticus dicaris, ſed ēt humanitatē & prudētiā, Et tn̄ ſuſpicor te cōmoueri interdū grauius iiſdē rebus qbus meipſū .ſ. noui cōmoueri.i. tyrānide Cæſaris & deſolatione reipu. Dico.ſ. noui, quia nō ſuſpicat̄ ſed certo ſcit quibus reb⁹ ipſe cōmoueatur. Quarū.ſ. rerū cōſolatio eſt: &.i. ſimul maior: q̄.ſ. q̄ hoc eo dice poſſit explicari: & differenda in aliud tēpus. Aūt p ſed viſum eſt mihi.ſ. vtile ſcribere nunc ad te aliquid de ſenectute. Enim pro qa. ego volo, & te & meipſum leuari hoc onere ſenectutis aut vrgentis iam, aut certe aduentantis, quod.ſ. onus ſenectutis eſt mihi cōmune tecum.

Modeſte

Et ſi te quidē id modeſte ac ſapienter (ſicut omnia (& ferre, & laturum eſſe certo ſcio, ſed mihi, cum de ſeneċtute aliquid vellem, ſcribere: vt occurrebas dignus eo munere, quo vterque noſtrum communiter vteretur. Mihi quidem ita iucunda huius libri confectio fuit, vt non modo omnes abſterſerit ſenectutis moleſtias, ſed effecerit mollem etiam, & iucundam ſenectutem. Nunquam igitur ſatis laudari digne poterit philoſophiā cui q pareat, oē tp̄s aetatis ſine moleſtia poſſit degere. Sed de caeteris & diximus multa, & ſępe dicemus, hunc vero librum de ſenectute ad te miſimus, oēm aūt ſermonem tribuimus non tithono: vt ariſto cous, nē parum eſſet auctoritatis in fabula, ſed. M. Catoni ſeni: quo maiorem auctoritatem haberet oratio:

PET. MAR. ¶ Modeſte: temperate: aequanimiter. ¶ Sapienter: prudenti conſilio & acri iudicio: quod parenti naturae ſemp adhaeret. ¶ Iucunda: ſuauis & grata. ¶ Confecto: compoſitio. ¶ Abſterſerit, exarſerit: expulerit. ¶ Molem: lenem: facilē: & grata: qm̄ ſenectus praeclaras habet dotes: aeſtimationem ſiquidem affert & auctoritatem. ¶ Philoſophia: quae rerum oium verum habet iudiciū. falſas autem & inanes reiicit opiniones: docetq; ea timēda non eſſe q̄ naturalia ſunt: & in ſe nihil hñt mali: ideoq; laudatur tanquam vitae dux atq; magiſtrā. ¶ Degere: viuere: circa derturbatione quae ex opinione bonorum & malorum oriuntur: omnis ętas propria curricula metiri debet prudenter atq; animi ęquitate luſtrare decorumq; ſuū tueri pro virib⁹: & a praeſcripto naturae nunquam diſcedere. ¶ De caeteris inſtitutis, philoſophicis: & praeceptis ad bene beateq; viuendum ſpectantibus. & id egerat Cicero cum haec cōmentaret in quinq; libris de finibus. & totidem tuſculanis ſcholis. ¶ Tribuimus: adſcripſimus, aſſignauimus. Titonus diu vixiſſe fingitur a poetis & tandem in cicadā verſus. Ariſto hic fuit ex co inſula: inde cous denominatus eſt peripatetica familia Lyconis ſiue Lyſiae diſcipulus. de quo ſic ſcribit idem Cicero in vltimo de finibus. Cōcinnus & elegans. Ariſto: ſed ea q̄ deſideratur a magno phō grauitas in eo nō fuit ſcripta ſane multa & polita: ſed neſcio quo pacto auctoritatē oratio nō hēt. ¶ Auctoritatis: aeſtimationis & dignitatis in fabuloſa perſona. & ſic latēter notat Ariſtonis iudicium in perſonis deligendis.

MAR. PHIL. ¶ Modeſte: moderate: quantum ad intolerabilia mala. ¶ Et ſapienter: quātum ad mala toleranda quae ſapienter, ſcit tolerare. Duo enim ſunt genera malorum. Vnum intolerabile qđ tu modice fers. Alterum tolerabile: quod ſapienter toleras. ¶ Certo ſcio: libentius Cic. hac vtitur locutione, quā qui dicit certe ſcio. ¶ Vellem: ideſt eligerem: nam voluntas eſt alicuius rei faciendae electio. ¶ Occurrebas: in mentem veniebas: ſed occurrere plura ſignificat: & eſt interdum obuiare.

Occurrere Iuuena.

Iuuena. Occurrit matrona potens quae molle calenum. p. u. m. ſ. & eſt obſtare: vt Perſius. venieti occurrit morbo. ¶ Iucūda: cum voluptate fructuoſa: dicta autem iucunda a iuuando non a iocando: & quia magna erat affinitas inter u & o dicitur iucundus iucunda iucūdum: & iocundus iocunda iocundum: & differt ab amoeno, qa amoenus eſt voluptuoſus ſine fructu, dictus ab a qđ eſt ſine munere: & cum diphthongo ſcribitur: qa u fit ex oe facit u: & e contra oe facit u ſicut eſt apud graecos, ꝙ oe facit eu. Feſtus tñ inquit amoena eſſe loca quae ad ſe amanda alliciāt & trahant. ¶ Nunquam igit̄ cōmendatio philoſophiae: quae mendetur nō modo ſenectuti: ſed oibus doloribus & morbis: dicta philoſophia ꝙ amica ſit ſapientiae: hanc vero latini ſtudium dicunt ſapientiae Cice. in. ii. de officiis nihil aliud eſt philoſophia ſi interpretari volumus: q̄ ſtudium ſapientiae. Item in procemio tuſculanarum quaeſtionum: ſtudio ſapientiae: quae philoſophia dicitur cōtinetur, quae quidem phioſophia triplex eſt. vna, quae facit hoiem doctū quā graeci φυσικὴν noſtri naturalem appellant, altera quae reddit hoiem politum: & bene loquētem, quae apud graecos λογικὴν. & apud latinos rationalis nuncupatur: quae habet grāmaticam dialecticam in rhetoricam: tertia vero reddit hoiem bonum, & bene operantem quam graeci ἠθικὴν, noſtri mortalem vocant. ¶ Sed de caeteris diximus multa & ſaepe dicemus verba dicit Cic. ſe multa dixiſſe de caeteris rebus, nā multa extant praeclara & admiranda volumina: quae multum linguae latinae cunctoque humano generi profuūt: in qbus mores hoium iuuentutiq; ſenumque caeterarumque rerum omnium doctrina tractatur. ¶ Hunc librum: hoc dicit de caeteris rebus multa diximus: ſed ad te hūc librum miſimus de ſenectute. ¶ Omnem autem ſermonem: beneuolentiā captat ab aduerſario, & a rebus ipſis quod faciemus qñ noſtram rem laudādo extollimus: aduerſariorū per contemptionem deprimimus. ¶ Nō titono: ſed Catoni. Titonus aūt Laomedontis filius fuit, qui cū magnanimus eſſet ne domi torpeſceret ꝓfectus eſt in orientē: vbi eius amore capta aurora eum duxit in maritum: & in coelum leuauit: cū qua Titonus longo tpe dicitur vixiſſe: adeo ꝙ per longā ętatem fingunt poetae in cicadam eſſe mutatum. Hora. Longa Titonū minuit ſenectus: quē Ariſtochius i ſuo lib. idūxit diſputantem de ſenectute. Ariſto enim orator fuit in chio iſula, & ciuitate natus. ¶ Ne parum auctoritatis eſſet in fabula: quia quod de Titono fabuloſum eſt, ſcilicet in cicadem eſſe muratum, & auroram habuiſſe vxorem, quia aurora nihil aliud eſt niſi ſplendor ſolem praecedens, & in cicadā eſſe mutatum natura non patitur humana, ſed veritas haec eſt, ꝙ Titonus in orientē iuit, & ibi ſplendidiſſimam reginā accepit vxorē: cum qua vſq; ad decrepitā vixit aetatem: & qa in ſenibus nihil aliud niſi verbū remanet, ideo in cicadam dicitur eſſe mutatum: quae cantādo vitam finit. In hoc itaque quod fabuloſum eſt Ariſtochium. Cic. noluiſſe imitari: ſed in caeteris bene ſecutus ē eum. ¶ Maiorem auctoritatē: eſt autem auctoritas ſnia imitatione digna, & bñ diſputante Catone maiorem auctoritatem habet oratio: cuius verba, vt ait Pli. de naturali hiſtoria, pro oraculis apud Roma. habita ſunt, qui etiam dicitur tria in ſe habuiſſe praeclara: ꝙ ſummus orator: ſummus ſenator, ſummus imperator fuit: & quartum etiam recte adiungere poſſumus, ꝙ ſummus & optimus paterfamilias fuit.

Iuuena.
Perſius
Iucundus
Amoenus
Feſtus
Cicero philoſophia
Titonus
Hora.
De titono fabuloſum eſt. ſ. in cicadā eſſe mutatum & auroram habuiſſe vxorem quia aurora nihil aliud eſt
Plinius

ASCE. ¶ ET ſi: ideſt tametſi: ſcio certo te quidem: quaſi dicat vt de me mihi affirmem: & ferre: ſcilicet nunc & laturum eſſe ſcilicet in poſterum modeſte ac ſapiente id: ſcilicet onus ſenectutis. Sed cum ego vellem ſcribere aliquid de ſenectute tu occurrebas mihi dignus eo munere quo vterque numerum vteretur communiter: ideſt vt te communi. Quidem, ideſt certe confectio huius libri fuit mihi ita iucunda: vt non modo, ideſt non ſolum abſterſerit omnes moleſtias ſenectutis, ſed etiam effecerit ſenectutem mollem: ideſt nō duram & facile tolerabilē & iucundam: quod adhuc plus eſt. Nunquam igitur. Quia ex philoſophiae ſtudio ad ſenectutis onus leuandum inuenerat: apte ad eius laudationem progreditur dicens. Igit̄ quia iſta ex philoſophia diſcuntur: philoſophia nūquam poterit laudari ſatis digne, cui ſcilicet philoſophiae morali: is qui pareat: ideſt obediat: poſſit degerere ideſt degere: & deplere omne: ideſt totum tempus aetatis ſine moleſtia. ſed de caeteris, ſcilicet commodis philoſophiae & ideſt ſimul diximus multa & dicemus ſaepe multa. Vero pro ſed nos miſimus ad te hunc librum de ſenectute. Autem pro ſed tribuimus omnem ſermonem: ideſt diſputationem non Titono (quem fabulae antiquiſſimum fuiſſe fingunt: ita vt in cicadam praeſenio verteret. (Vnde Hora. Longa Titonum minuit ſenectus. vt: ideſt quemadmodum Ariſtochius ſupple fecit in eo libro quem de ſenectute ſcripſit. Ne parū auctoritatis eſſet in fabula, ideſt ſi fabuloſa admiſcerem: vt ille, ſed tribuimus ſupple ſermonem Marco Catoni ſeni: nō igitur vticenſi, quo: ideſt ideo vt oratio haberet maiorē auctoritatem,

apud quem Lelium & Scipionẽ facimus admirantes, quod is tam facile ſenectutẽ ferret, iiſq; eũ reſpondentem, ſi eruditius videbitur diputare: q̃ conſueuit ipſe in ſuis libris, attribuito græcis literis, quarum conſtat eum perſtudioſum fuiſſe in ſenectute. Sed quid opus eſt plura? Iam enim ipſius Catonis ſermo explicabit noſtram omnem de ſenectute ſententiam.

¶ Scipio,

SAepenumero mirari ſoleo cũ hoc. C. Lælio, tum cęterarum rerum tuã excellẽtem, M. Cato, pfectãq; ſapientiã tum vel maxĩe quod ſenectutem tuam nũquam tibi grauẽ eſſe ſenſerim. Quæ pleriſque ſenibus ſic odioſa eſt, vt onus ſe Aetna grauius dicant ſuſtinere. Ca. Rem haud ſane Scipio & Læli difficilẽ admirari videmini:

PETR. MAR.

¶ Facile: leniter: iucunde. ¶ In ſuis libris: originibus & concionibus: nec non de re ruſtica: Catonẽ græcas lrãs ſero didiciſſe dicit Plutar. plerią; auctores ſunt. in ſũma etenim ſenectute græcos libros in manu ſumens breues e thucidide commentariolos: plures aũt e demoſthene confecit: quos in cãis orãdis magno vſui fuiſſe cõſtat: ſcripta quoq; ſua græcis & ſentẽtiis & hiſtoriis diſtincta etiã atq; etiã exornauit: pleraq; grauiter & ſapiẽter dicta ad verbũ e græco in latinũ trãſtulit. ¶ Sniam: opinionem, iudicium. ¶ Grauem, moleſtam, oneroſam. ¶ Aethna, mõs & vrbs ſiciliç.

MAR. PHIL.

¶ Læliũ & Scipio. vnũ par amicorum & ſingulare. ſicut Pylades & Oreſtes apd græcos. Læ. .n. fuit roma. adoleſcens præclariſſimus. Scipio itẽ roma. ille minor pſtantiſſimus, q Carthaginẽ funditus deleuit. Multi eni fuerunt Scipiões ſed duo potiſſimũ hiſce libris a Ci. memorati. Ille aũt primus Scipio Cor. Africa. maior dictus: q Carthaginẽ Pop. roma. tributariã fecit. Secundus vero qui in hoc ope inducitur ad loquẽdum. Sci. Cor. Aemi. Africa. minor eſt appellatus. ¶ Admirantes, admiramus. n. virtutes & hoies virtute pditos. Miramur aũt opera: & mœnia: arces: domus: tẽpla. ¶ Qui ſi eruditius videbaẽ diſputare: quaſi tacitæ rñdet qõni: quia auctores oẽs ſuis in operibus decorum ſeruare debent loquentium pſonarum, hoc eſt φ qſq; pro ſua qualitate loquatur: vnde dicit

Hora.

Hora. in poetica: interterit multũ dauus ne loquatur an herus Maturuſue ſenex &c. Et φ Cato loquatur polite. & ornate: & erudite, i hoc opere non cõuenerit, & quia Cato is doctus quidem eſt & peritus: qui plurima compoſuit volumina: vt de originibus de agricultura: & aliis rebus ſed non politus: & ornatus: & neſciebat qdam limam Cice. Verum dicit nunc Cic. φ effectus eſt politus & eruditus ex literis græcis quibus poteſt optime tam ornata: & polita vti oratione in hoc opere de ſenectute. Cõſtat .n. Catonẽ iam ſenem per ſtudioſum fuiſſe literatum græcarum. Vel eruditius inquit: vt tacite ſeipſum commendaret hac figura dicendi. Scimus. n. non Catonem: ſed ipſum Cice. verba facturum.

Diſputare.

¶ Diſputate: tractum verbum ab arte putationis, qua ſuperflui rami: & ſarmenta amputantur: ſic in ſermonibus ſuperflua verba dimittuntur & bona cum rõne dicta tenẽtur: vnde dicta eſt diſputatio, quæ eſt docta & emendata: & polita: & erudita elocutio.

Studium

¶ In ſuis libris de originibus: & agriculturæ & aliis in quib⁹ docte dixit: ſed non polite: & erudite. ¶ Perſtudioſum valde ſtudioſum adeo vt in concilio: & in ſcæna græcos legerit libellos. Studium autem eſt, quædam voluntas: & animi applicatio ad aliquid peragendum. ¶ Sed quid opus eſt plura: facit finem dicendi Cic. ſed ſermonem cõmittit Catoni de ſenectute diſputanti, & ipſe interea dormet Cice. Sed ſane ſciendum hunc librum a multis dialogum appellari vt ait Plu. dict⁹ vero dialogus eſt [Greek] φ plurimum ſit ſermo & diſputatio: nõ ſolũ duorum: vt quidam dicunt literarum græcarum imperiti. Valde enim errant: qui a dia, & logos dictum putant.

SAEpenumero. Incipit dialogus: in quo primũ Scipio Catonem alloquitur. ¶ Cum & tum, hoc eſt partim. q̃ particulæ ita diſcrepant, φ cum ſemepr præponitur: & tum poſtponitur: & cum generali cauſæ fungitur: tum vero particulari: vt hoc in loco: cum & tum diſcimus quando partes ſunt diſpares, vt cum lucro: tũ virtute ſtudio operam damus: tunc vero tum & tum dicimus quando pares ſunt partes: vt tum Virg. tum Cic. operã demus. ¶ Sapientiam: eſt enim vt a Cic. ii. de officiis diffinitum eſt: Sapientia diuinarum humanarumq; rerũ, quibus hæc res cõtineatur ſciẽtia. ¶ Senectutem: qm omnis diſputatio de ſenectute futura eſt, quid ſenectus eſt: & vnde dicatur: non debemus ignorare.

Senectus

Eſt autem ſenectus ſexta ætas hoium dicta a ſenario numero: vel, vt alii volunt: a ſentiẽdo φ, in ea ſenſus deficiant: ætas quidem incipit ab infantia: quæ durat vſq; ad. vii. annum: dicta a nõ fando, quia homo in ea non fatur: aut ſi fatur imperfectus eſt ſermo.

Infantia

Secunda eſt pueritia, cuius pars ẽ pubertas, & durat in maſculis ad quartum decimum annum: in fœminis autem ad tertiũ decimum, qui fœminæ citius matureſcunt: & citius deficiunt: quia vt dicit Donatus, Quæ tardi⁹ creſcũt diutius durant.

Pueritia

Donatus

Tertia eſt adoleſcentia: ab adoleſco dicta id autem eſt creſco. iuuenta eſt quarta. Virilis ætas quinta. Senectus ſexta: quæ etiã ſenium appellaẽ, cuius pars eſt Decrepitas.

Adoleſcentia

Iuuenta

Virilis

Aetas

Aeuitas

Aetas vero ab æuitate per ſyncopam: hoc ẽ concisionem dicta eſt: æuitas autem ab æuo: quod quidem a græco venit [Greek]: ideſt ætas per diphthongum ſcribitur.

Nonius

¶ Grauem: modeſtam, vt Nonius Mar. exponit: hunc tex. allegans. Grauis autem multas habet ſignificationes, vt idẽ inquit. ¶ Pleriſq;: multis vel aliquibus. ¶ Oodioſa: tædioſa: vnde etiam Nonius ſenium eſſe tædium, & odium dicit φ adeo pleriſq; ſenes ita dicunt. Fili ſenectus ipſa morbus eſt. ¶ Aetnæ: mons in medio Siciliæ: quæ tum diphthongo: & ſine aſpiratiõe ſcribitur. ¶ Rem haud ſane difficilem: ergo facilem. Catonis reſpõſio eſt cuius talis ſnia eſt: φ res quam ipſi difficilem admirantur & putant facilis eſt viris virtute præditis & obtemperantibus rationi: & difficilis: & grauis illis qui nulli obtemperantes rationi & hebetes ſunt: & ſtulti: & inconſtantes.

ASCE.

¶ Apud quem: ideſt in cuius colloquio nos facimus Lælium: & Scipionẽ amicos illos inter ſe ſapientiſſimoſq; viros admirantes: φ is ſcilicet Cato ferret tam facile: ideſt tã patienter ſenectutem. Et fecimus eum: ſcilicet Catonem rñdentem iis. ſ. Scipioni & Lælio. Qui. ſ. Cato ſi videbitur diſputare eruditius q̃ ipſe. i. dum ex proprio inuẽto loqueretur in libris ſuis: attribuito ideſt volo attribuas literis græcis, quarum cõſtat eum fuiſſe perſtudioſum. i. valde ſtudioſum in ſenectute: quaſi dicat ne puteris quod contra decorum perſonæ fecerim plus eruditionis illi tribuẽs in diſputatione quam apud me habet q̃ in libris propriis. Sed quid opus eſt ſupple dicere plura: quaſi dicat nihil. Enim pro ga ſermo ipſius Catonis explicabit tam .i. proximo libro omnem ſententiam noſtram de ſenectute.

SAepenumero. quẽadmodum dixerat Cic. ſe facturum loquuntur cũ Catone Scipio & Lęlius de ſenectute. vnde dicit Scipio. Ego o Marce Cato ſoleo mirari ſæpe numero cum hoc. ſ. pſente amico meo Caio Lælio: cum. ſ. ita ſit φ mirari ſoleam excellentm & perfectam ſapientiam tuã cæterarum rerum. i. in cæteris rebus. Cũ. ſ. verum eſt φ mirari ſolebam vel maxime φ nunq̃ ſenſerim ſenectutẽ tuã eſſe grauem tibi: ideſt quod ſenectus tua: vt ſenſi: nunquam fuerit tibi grauis: ideſt moleſta. Quæ. ſ. ſenectus eſt ita odioſa: ideſt moleſta, & odio habita vt dicant ſe ſuſtinere onus grauius ætna ideſt monte illo Siciliæ: qui ſecundum Virgi. æneĩ. iii. impoſitus eſt encelado: vnde dicit Fama eſt enceladum ſemiuſtum fulmine corpus Mole hac torqueri &c. Ad quæ Cato rñdet. O Scipio & Læli vos videmini admirari rẽpu, haud, ideſt non, ſane, ideſt valde difficilem.

¶ Nihil

quibus enim nihil opis eſt in ipſis ad bene beateq́ꝫ viuendum, his omnis grauis eſt ætas. Qui autem omnia bona a ſeipſis petunt, iis nihil poteſt malum videri, quod naturæ neceſſitas afferat. Quo in genere in primis eſt ſenectus: vt adipiſcantur omnes optant: eandem accuſant adeptam: tanta eſt inconſtantia, ſtultitia, atq́ꝫ peruerſitas. Obrepere aiunt eam citius, q̃ putaſſent. Primum quis coegit eos falſum putare? qui enim citius adoleſcentiæ ſenectus, q̃ pueritię adoleſcentia obrepit? Deinde qui minus grauis eſſet iis ſenectus, ſi octingenteſimum annum agerent, q̃ octogeſimum? Præterita enim ętas, quamuis longa, cum effluxiſſet, nulla conſolatione permulcere poſſet ſtultam ſenectutem: quocirca, ſi ſapientiam meam admirari ſoletis, quæ vtinam digna eſſet opinione veſtra

PET. MAR. ¶ Nihil opis: auxilii & ſalutis. ¶ In ipſis: in ꝓpriis dotibus naturæ videlicet atq́ꝫ artis: nec nō cumulo & ſumma earũ virtutũ quæ ſua ſponte ingenerantur, & illarum quæ a voluntate, rationeq́ꝫ gignunt. quæ abſolutiõe rõnis diffiniunt animiq́ꝫ bona certa & firma habentur. at quæ fortuna non aſpirat. cætera fluxa & momentanea ſunt. vir ego grauis prudens & cõſtans a ſe pendet non a forte quæ cæca eſt & temeraria: eorũq́ꝫ aciem ꝑſtringit quos amplectitur. ¶ Bene: ſtudioſe & honeſte: quod nõ præſtat niſi virtus. ¶ Beate: ſufficienter affluẽter feliciter. is.n.beatus dicitur cui nihil deeſt. ¶ Grauis: oneroſa & moleſta nõ ſolũ ſenectus verum & cęteri gradus ætatis. in qbus nõ datur qes & trãquillitas niſi ꝑ virtutẽ. ¶ Oĩa bona: ꝑfectionem corporis & animi: i qua vera cõſiſtit laus bonitatis & excellentia. vñ Bias ille prienteus oĩa ſua bona ſecũ aſportare ſe dixit cũ direptam patriã fugeret. ¶ Neceſſitas naturę: conditio & ſors naturalis quæ lex diuina habenda eſt: eiq́ꝫ ſine cunctatione parendũ: natura ſiqdem aut deus eſt: aut diuinũ inſtrumentũ: & virtutes oẽs e natura ſunt, vitia vero cõtra. ¶ Incõſtantia: leuitas, hallucinatio, fluctuatio votorũ, & iudiciorũ. ¶ Stultitia: hebetudo ignorantia. ſtoliditas. ¶ Prauitas: peruerſitas iudicii, atq́ꝫ corruptio. ¶ Obrepere: latenter aduenire. ¶ Putare: æſtimare iudicare opinari. ¶ Quis: quæſtio, q.d. eadem ratio eſt de cæteris ætatibus quę inuicem ſuccedunt. & adrepunt. ¶ Permulcere: lenire, oblectare. ¶ Stultam: hæbetam ignaram & deliram.

MAR. PHIL. ¶ Nihil opis: hoc eſt auxilii. Teren. Iuno Lucina fer opẽ: in plurali numero diuitias ſignificat: vt Virg. in. ii. Troianas vt opes: & lamentabile regnũ, & in ſingulari poſſibilitatem etiam ſignificat, vt nõ opis eſt noſtræ Dido. ¶ In ipſis: hoc eſt in animo ſuo, & hoc verbũ magnam vim habet, nam homo componitur ex corpore & anima: & corpus eſt qdam vagina animi: & cum dicit in ipſis intelligit de aĩoe & ipſis hoibus: quia homo eſt animus, & ſenſus latẽs i corpore, vnde dicunt græci ουκεστιν ανθρωπον ειναι. Sic Cic. in lib. de rep. hoc eſt de ſomnio Scipionis: non eſt homo quod digito monſtrari põt. ¶ Ad bene: quãtum ad virtutem. ¶ Beate: qu antum ad copiam, vnde beatus ab habendo dictus eſt Iuue. Vetulæ veſica beatę: vnde dicitur beatitudo ꝙ magnam copiã habeat. ¶ Naturæ neceſſitas: quia a natura neceſſario ſequitur ſenectus. ¶ Quo in genere: quo in malo: quod affertur a natura ſi malum dici põt: eſt modus loquẽdi oratorius: & maxime Ciceronianus: & vt plurimũ ponit pro qualitate, vt quatuor ſunt genera cauſarũ, item epiſtolarum multa genera eſſe nõ ignoras. ¶ Exoptãt: aio deliberant, & in hoc differt a cupio, ꝙ eſt verbis, illud aũt animo. ¶ Eandem accuſant adepti. ſ. ſenectutẽ ad quam: cum peruenerint eam accuſant: & dicunt grauem: & moleſtã eſſe, & quendã morbum. ¶ Tanta. ſ. eſt eorum inconſtantia: qdam animi diſcordia: ꝙ non ſtant firmi in ꝓpoſito, quia primo exoptant ipſam ſenectutẽ adipiſci quam poſtquam ſunt adepti vehemẽter accuſant. ¶ Stultitia: vt dicit Donatus in eunucho eſt quatuor modis, aut nõ venire in mentem quod oportet: aut ſi venerit nõ tenere, aut bonum cõſilium amittere, ex quo facile intelligere poſſumus raros eſſe qui nõ ſint ſtulti: quod quidem i epiſtolis noſter cõfirmat Cice. Stultorũ plena ſunt omnia: & ſtultus dictus eſt a ſtultitia, & i hoc differt a fato, ꝙ fatuus ẽ proprie inepta loquens, a fando dictus. hinc fatuus dicitur, & fatuus differt ab iſulſo, quia fatuus eſt verbis & dictis, Inſulſus vero eſt corde & animo: & ſtultus ab inſano. Terẽ. Hic ex ſtultis inſanos facit. ¶ Peruerſitas: eſt ordinis cõfuſio, & peruerſio ꝙ ordinem naturæ tales ſenectutẽ accuſantes vertunt. ¶ Obrepere aiunt: antipohora ad aduerſarios ꝙ dicunt eam. ſ. ſenectutem. ¶ Obrepere: clanculum ſubintrare, eſt autem proprie ſerpentum, quæ humiliter: & per terram trahunt corpus: vnde appellant reptilia: primũ reſpondet antipophoræ: ab aduerſariis factę. ¶ Quis coegit eos falſum putare: qa dicunt obrepere ſenectutem citius q̃ putaſſent: quaſi dicat nullus. ¶ Senectus citius obrebit adoleſcentiæ q̃ adoleſcentia pueritiæ: hoc autẽ ideo videtur hominibus: qa omnes vellent in adoleſcentia permanere: quæ cæteris ætatibus iucundior eſt. Sed ſane ſciendum ſm antiquos hoc loco ætatem in tres partes eſſe diuiſam veluti Var. ſcribit. & ab Aula Gellio noctium atticarũ lib. ix. excipitur. ſ. in pueritiam quẽ eſt vſq́ꝫ ad. xvii. an. & adoleſcentiam quæ durat vſq́ꝫ ad. xlvi. an. & in ſenectutem quæ reliquo tempore ſatiſfacit. ¶ Si octingenteſimum annum agerent quam octogeſimum: hoc eſt fecit ꝙ vnuſquiſq́ꝫ longã duceret ætatem ꝙ maxime cupit: vnde eſt ꝙ nemo eſt tam ſenex qui ſe non putet annum viuere poſſe. ¶ Quamuis lõga: hoc eſt quantumuis longa. ¶ Stultam ſenectutem. ſ. quæ eſt in ſtultis hominibus: nõ autem ꝙ ſit ſenectus vituperatio. ¶ Quæ vtinam digna eſſet opinione veſtra: verecunde loquitur Cato ꝙ vtinam eſſem ſapiens veluti vos exiſtimatis adoleſcentes.

ASCE. ¶ ENim pro quia oĩs ætas eſt grauis. i. moleſta iis ſupple dumtaxat qbus nihil opis, ideſt facultatis: ideſt ad viuendum bene & beate. Aũt pro ſed nihil poteſt malum videri ꝙ neceſſitas naturæ afferat. nihil dico põt videri malũ iis qui petunt oĩa bona a ſeipſis. i. quæ habent omnia quæ bona putant in ſeipſis poſita, vt bias ille dicebat, & Maro in viro bono nobis ſcripſit: vnde & illud. Nec te quæſiueris extra. In quo genere. ſ. neceſſitatis naturæ eſt ſenectus in primis. i. præcipue quam. ſ. ſenectutem: omnis ſcilicet hoies optant: vt adipiſcantur: & omnes accuſant, ideſt damnant eandem adeptam. i. acquiſitam, tanta inconſtantia, ſtultitia: atq́ꝫ peruerſitas eſt: ſcilicet in hominibus. Primum: ſcilicet ſtolti ſunt. Nam quis coegit eos putare falſum. ſ. ꝙ ſenectus non tam cito obreperet: vnde admonet Mamaſius poeta dicens. Iam ſubrepet iners ætas nec amare licebit dicere nec cano blanditias capiti. Et Iuuenalis. Subrepit enim nondũ intellecta iuuentus. Enim pro quia: qui. in quo obrepit. i. tacite interuenit. Senectus citius adoleſcentiæ. i. ætati quo adolemus & creſcimus: nam oĩno diſtinguit eã a iuuenta, q̃ adoleſcẽtia obrepat pueritiæ. q.d. in nullo. Et ita ſi non queruntur ſe factos ex pueris adoleſcẽtes, nõ debent queri ſi adoleſcẽtibus facti ſunt ſenes. Deinde ꝙ tam cito inueniuntur ſenectutem obrebere, & ita moleſtiorẽ eſſe dicunt, errant namq́ꝫ, ideſt in quo eſſet ſenectus minus grauis. i. moleſta & importabilis iis. ſ. qui de ea querunt ſi agerent annum octingenteſimum, q̃ ſcilicet modo vbi agunt octogeſimum: quaſi dicat i nullo, immo multo grauior eſſet & ita quanto citius aduenit tanto minus grauat. Enim pro quia ætas ꝑterita quãuis, ideſt quantumuis longa cum: ideſt poſtquam effluxiſſet, ſcilicet illis improuidis. nulla. i. non vlla non poſſit permulcere, ideſt mitigare & placare ſenectutem ſtultam vlla conſolatione. Quo circa o Scipio & Læli ſoletis admirari meam ſapientiam, quæ. ſ. ſapientia, vtinam eſſet digna opinione veſtra.

Obrepere a ſerpẽtibus tractum vnde reptilia

Varro Au. ge.

nostroque cognomine, in hoc summus sapientes, quod naturam optimam ducem, tanquam deum, sequimur, eique paremus: a qua non verisimile est, cum cęterę partes aetatis bene descriptę sint, extremum actum, tanquā ab inerti poeta esse neglectum: sed tamen necesse fuit esse aliquod extremum, & tanquam in arborum bacis, terraeque frugibus maturitate tēpestiua, quasi vietum & caducum: quod ferendum est molliter sapienti. quid enim est aliud gigantum more bellare cum diis, nisi naturae repugnare? L A E L. At qui Cato gratissimum nobis (vt etiā pro Scipione pollicear) feceris, si, quoniam volumus & speramus quidem senes fieri, ante multo a te didicerimus, quibus facillime rationibus ingrauescentem aetatem possimus ferre. C A T O. Faciam Lęli, pręsertim si vtrique vestrum gratū (vt dicis) futurū est. L A E L. Volumus sane, nisi molestū est Cato, tanq̄ aliquā viam longā confeceris, qua nobis quoque ingrediendum sit, istuc, quo peruenisti, videre, quale sit. C A T O. Faciā, vt potero, Lęli.

PETR. MAR. ¶ CUM Nostro cognomine: catoniana appellatione: principio inq̄t Plutar. nō Cato sed priscus vocabat: deinde Cato virtutis ergo cognominatus. nā romani eū in quo multarū rerū vsus eēt Catonē noīant. Catū inq̄t Vario Sabini appellant acutū: vñ Ennius dixit. Egregie cordatus hō Cat⁹ Helius Sextus. ¶ Descriptę: designatę, cōpositę: translatio a comoediis & tragoediis q̄ actibus distinguūt & describūt. Actus inq̄t Pōpie⁹ i comoediis & tragoediis signant certa spatia canticorū & motū corpis histrionū: & saltatorū qa̅ tuosi iccirco dicitur. ¶ Inerti: rudi: i eptori perito. ¶ Extremū: vltimū. ¶ Tempestiua: opportuna. ¶ Vietū: languidū, & nālibus priuatū viribus. ¶ Caducū: momētaneum: & facile ad casum: & caduca dñr poma p se cadētia. ¶ Molliter: iucunde, aequanimiter cum sit ex ordine nāę cui nō est repugnandū: ne gigātes. i. terrestres qsdā naturas & stolidas imitari videamur. hoc malū poetae innuerunt bellū gigāteū cū caelicolis referētes. quapp inter delphica dicta hoc erat. deū sequere. deum cole. legi obtēpera: sapientiam imitare: sapientibus vtere, pelle dolores aio¶ carnifices, opportunitate tpis vter. ¶ Ingrediendum: ambulandū: eundū. ¶ Quale: cuius naturae ac proprietatis.

MAR. PHIL. ¶ Nostroq cognomine: qa p cognomen sapiēs Cato dicebat & bñ eū sūmus orator: sūmus senator, sūmus Impatore

Plinius. vt Pli. inq̄t & sūmus pīfa. legit. ¶ Et no. c. & est sensus: vt essem dignus isto nro cognomine. i. appellatione ista qua me noiatis. Verū cognomē vt ante diximus pprie loquēdo ad familiā spectat. ¶ In hoc summus sapiētes, ad euitandā arrogantiā vsus est numero plurali: qd istis tpibus contrariū est.

Natura Seruius. ¶ Naturā: rōnem virtutis. Natura. n. est vt ait Ser. in geor. mater oīum rerū: dictaq: q inde nascant oia: cui q parēt, dr rōni obedire: quā tanq̄ deū dicit Cato se esse secutum. ¶ Extremū actum: qd est ipsa senectus. Silitudinē traxit a comicis & tragicis: q comoedias & tragoedias & i actus diuidunt: & eaℽ nulla est q̄ plures quinq aut pauciores hēre

Hora. possit: vt Hora. fabula q̄ posci vult & spectata reponi. Neu minor qnto: neu sic pductior actu. ¶ Ab inerti poeta, sicut

Hora. fuere illi de qbus in poetica loqtur Hora. Infelix opis summa: qa ponere totū Nesciet. Iners aūt ab in & arte dr quasi

Iners Poeta sine arte. Poeta vocabulū graecum [illegible] fingo vel facio. Q uicqd. n. dicunt poetae: fingūt qdem. ¶ In arborum bacis & ter. fru. similitudo ē tractatā fructus eū sint acerbi & fruges jmaturae sunt in altū erecti: cum postea maturescunt incipiūt declinare: sic est in hoibus. Baca aūt est fru

Baca ctus oīum arborū: & tñ significat q̄tum pomar & p vnū. c.

Iuue. scribit. Iuue. Vsq nihil est q nra infantia coelū Hausit auētini baca nutrita sabinae: qñ vero puellam bacchantem: tunc p binū c: & cū aspiratione scribit. ¶ Tempestiua: q̄ venit in

Victus tpe. Vnde dr tempestiue venisti: hoc est in ipso tpe. ¶ Vi

Cytius ctum: curuū: & flexum a vinco & caducū. ¶ Molliter: & suauiter & aequo aio. ¶ Bellare cū diis: & de his nota est fabula: nā montes montibus imposuerūt vt Ioui coelū auferrēt:

Virg. vt Virg. Ter sunt conati imponere pelion ossae. ¶ Atq Cato: qm tolerabilē esse senectutem a Catone pmonstratū est, q̄rit modus ab istis adolescētibus. ¶ Vt viae: rō tolerantiae: qbus si forte ad senectutē puenerint eam ferre possint. ¶ Nobis: vt humanitatē ōnderet adolescētulus dixit nobis. i. mi

Polliceor Promitto hi & Scipioni. ¶ Polliceatū pollicemur sponte: pmittimus rogati. ¶ Si multo ante a te didicerimus: hoc est multos annos anteq̄ ad senectutē perueniamus. ¶ Quibus rōnibus. i. q̄tuor modis & formis. ¶ Ingrauescētem aetatē. i. ipsam senectutem: q̄ grauescēs aetas appellat: vt Ci. i epi. ad curionē.

Cicero Vt aetas nra ingrauescens in amore atq in adolescentia tua cōquiescat. ¶ Q m speramus. i. bonū futurū expectamus: & p parenthesim haec dicta sunt. est. n. sperare bonū expectare futurū. ¶ Faciā vero Laeli. hoc potissimū obseruat: vt p sermonem intelligat quis loqtur: & cui sermo dirigat. Sane sciendū maiorum illorum pceptorū ptem a Platone cepisse Cice. ¶ Nisi molestum est: decorum seruat vt istis adolescētulis humanitatis tribuat. & Cato. humanitas: & venerabilitas: grauitas, & molestia a mole dicta est. ¶ Tanq̄ per ali. lon. viam tanq̄ poēs aetates: q̄ qdē cōparat viam: p qua itur ad senectutē: vt catholici faciunt q hoies viatores appellant. ¶ Istuc: pro istud: vtroq mō facit: & pprie loquitur. s. qd est in re audiēte: nam hic & haec & hoc rē pximā dicenti signt: & istam rem pximā audienti Ci. in episto. Putares ne nunq̄ accidere posset vt mihi verba deessent: neq solum ista nostra oratoria sed haec etiam leuia nostratia. ¶ Q uale: asperum aut mite, aut iucundum. ¶ Vt potero: pro verbis meis: & captat beneuolentiam arrogantiam euitando.

ASCE. ¶ E T cognomine nro qa Cato dicitur q̄si Catonis. i. prudens & circūspectus: uos sumus sapientes in hoc q sequimur naturā. s. a deo institutā, optimā ducem: tanq̄ deū: qa q̄cunq a deo sunt ordinata: sunt sicut cursus nāae quem deus dirigit: & paremus ei. s. nāae a qua cū caeterae ptes aetatis sint bn descriptae. i. cōstitutae. non est verisimile extremū. i. finē aetatis: hoc est senectutē esse neglectā, tanq̄ ab inerti poeta. qui cum arte careat & solo impetu ingenii ad carmina feratur principia interdum bona facit sed finē ponere nescit: vñ Hora. in arte. Infelix opis summa: qa ponere totum nesciet. Sed tñ q̄uis obmurmurant: necesse fuit esse aliquid extremum. s. in aetate: q̄si victum. i. incuruatū & flexum & caducum. i. sponte decidentē maturitate tempestiua. i. suo tpe aduentāte: tanq̄ in bacis. i. fructibus minutis sparsim nascentibus arborū: vt oliuarum: cornorū & similium: in frugibus terrae: vt sunt legumina & frumentū: quod ferendū. i. patiendum est molliter. i. dulciter & patienter sapienti. Enim pro quia: quid est aliud pugnare cū diis more gigantum: vt dicit fabula: nisi repugnare nāae. q. d. nihil. Vnde Laelius. At

Naturae pugnare ē bellare cum diis qui Cato. Conuenienter inducta occasione de senectute disputandi cohortatur Laelius: & rogat Catonē vt de ea dicere pergat his verbis. At qd est quinimmo o Cato tu feceris gratissimum. i. rem gratissimā nobis. (Et qa ad vtrunque Laelium & Scipionē complectitur: ideo addit vt ēt pollicear pro Scipione. s. q illi vt mihi gratissimum feceris (si qm nos volumus: & quidem idem certe speramus fieri senes

Vetus verbum didicerimus molto ante: scilicet quod senes simus. Quibus rōnibus possimus ferre facillime aetatem ingrauescentem. idest senilem. Respōdet Cato. O Laeli ego faciam. s. quod petis praesertim si dicis futurum esse gratum vtriq vestrū. Ad quod Scipio cōfirmās: Volumus sane. i. valde vel omnino (nisi. i. si nō est molestum o Cato tanq̄ confeceris, idest finiueris aliquam viam longā qua sit ingrediēdm quoq. i. ēt nobis videre quale sit istuc: idest terminus iste quo. i. ad quem peruenisti. Cato respondet o Laeli. Ego faciam vt id est aequaliter potero.

¶ Saepe

PET. MAR. ¶ SAEpe enim interfui: e platonicis veſtibulis hanc fabricam deſcribit Cicero & ex illis q̃ſi carceribus & repagulis in hæc ſpacia excurrit luſtrataq; metã & tendit ad palmam ſiqdem apud Platonẽ in principio politiæ iuuenis ſocrates Cephalũ honoratum ſenẽ ſic appellat, valde delector ſenilibus verbis. videor. n. ab his audire oportere qui viam aliquã iam pſecerint q̃ & nobis fortaſſe pagenda erit q̃ aſpera & difficilis ver q̃ facilis ſit & perula. Cui Cephalus ſæpe coimus plerigq; formæ æq̃les antiquum illud ſeruantes puerbiũ. plurimi ergo nřm ĩ cetu queruñt voluptatẽ q̃bus in iuuẽtute frui licet deſiderio affecti & rẽ venereã & cõuiuia cæteraq; id gen⁹ recordati grauiter ferũt tanq̃ maximis priuati rebus & tũc qdem ſe bñ vixiſſe affirmant. nũc aũt ne viuere qdẽ. Nonnulli vero domeſticorũ cõuicia: cõtumeliaſq; deplorant, & in hoc ſenectutẽ maxime accuſant tanquã maximorũ cauſam malorũ. mihi aũt huiuſmodi hoies iniuria ſenectutẽ vt horum cauſam culpare videntur. nam ſi hęc cauſa eſſet & ego eadẽ eſſem paſſus propter ſenectutẽ, & reliqui omnes qui ad id ætatis deuenerunt. ¶ Querelis: ex poſtulationibus æquæuorum. ¶ Pares ætate ſimiles: moribus atq; ſtudiis. Nam ſimilia ſimilibus gaudent. & ſimile ad ſimile agit deus: vt dicit Plato. prouerbium ait diuus Hieronymus in expoſitione canticorum, dictum eſt quoniam aliud palam dicit. & aliud intrinſecus indicat: vnde parabola etiam nominantur. ¶ Facilime: aptiſſime: & iucundiſſime. ¶ Quas: querelas. ¶ Voluptatibus: delectationibus ſenſuum: in quibus plerięq; homines omne bonum ponunt cum animalia viuant & non homines. ¶ Coli honorari. ¶ Vſu venirent: acciderent. ¶ Laxatos: liberatos atq; reſolutos. ¶ Moderati: temperantes: & modum ſeruantes. ¶ Non difficiles, leues: faciles, citra moroſitatem. ¶ Ne inhumani: mites atq; tractabiles. ¶ Tolerabilem. facilem. & lenem. ¶ Importunitas: moroſitas & morum difficultãs. ¶ Inhumanitas. aſperitas. ¶ Opes: fortunæ. auxilia: & cõmoda. ¶ Copias, rerum neceſſarium affluentias. ¶ Dignitatem. ęſtimationem: auctoritatem: nobilitatem: celebritatem. ¶ Tolerabilem: facile & mollem.

MAR. PHIL. ¶ INterfui querelis. i. præſens fui ſæpe: nam pſentiam ſignificat qñ iungitur cũ datiuo. ¶ Aequalium meorum: dicitur enim æquales & ætate & amore. ¶ Salinator: quem. ſ. quales iſti ciues romani fuere: & Cato. familiares: & ferme eiuſdẽ ætatis viri. Pares autem per parẽtheſim dictũ eſt. ¶ Cõſulares: q olim in conſulatu fuere. ¶ Voluptatibus. ſ. corporeis alias voluptas eſt iucunditas. Cic. in epiſt. Magne mihi fuerunt voluptati litteræ tuę: ſed voluñtas per inſcriptum alicui⁹ rei honeſtæ faciendę deſideriũ & appetitũ ſignificat. ¶ Carere eſt proprie rem deſideratam nõ habere. ¶ Ab his. ſ. filiis: vel amicis vel clientibus. ¶ Coli: eſt venerari verbis: geſtu aliquo corporis: & multas habet alias ſignationes: quas. Nonius complectitur opere ſuo: q rñdet his æqualibus ſuis ita conquerentibus. Quod ẽt eſſet accuſandum: quia non ſenectus ſed eorũ mos malus erat accuſandus: quod probat dicẽs. ¶ Nã ſi id. ſ. q voluptatibus carẽt: & q ſpernerentur. ¶ Vſu veniret: illud vſu mihi facit, niſi q cõtingere ſignificat: vt Quintus Pedianus ait Teren. in phor. Mihi vſu venit hoc ſcio: ſed non contingunt: ergo non culpa ſenectutis: ſed morum malorũ id accidit. ¶ Libidinũ vinculis laxatos: liberatos & elargatos a libidinibus: qbus ſeruiebant, vnde vſ q ſenectuti plurimũ debeamus: q̃ ex ſeruis non fecit liberos cũ ex libidinibus & voluptatibus nos liberet, qbus dum paremus ſerui ſumus. ¶ In moribus. ſ. malis. mos. n. eſt viuendi bñ & male conſuetudo: & duplex eſt bonus & malus. vnde moratus & moroſus dr. moratus. n. eſt bonis iſtructus moribus: moroſus q nullum bonum habet mẽte: & nulla re cõtẽtaſ, q modo ait: modo negat: & mõ vult: modo nõ vult. ¶ Nec difficiles: ſed faciles & manſueti & benigni. ¶ Importunitas: a portu in q̃ nullus eſt portus & quies: a quo opportunus & opportune: non aũt ab oportet: vt qdã dicunt. ¶ Eſt vt dicis Cato, obiectio ẽ ſumpta ab humanitate cui⁹ ſnia talis eſt. M. C. verũ eſt q dicis: ſed aliqs forte dicet q non idem eſt i oĩbus id qd eſt in te, qui diues, qui in dignitate poſitus, qui ſapiẽs ea poſſides q̃bus facillime fere potes ſenectutem: nam q paupes ſunt & maxime inopia cõſtituti iſtis nõ tolerabilis vt eſſe ſenectus. ¶ Opes ad magnificẽtiam & vltra vſum ſunt diuitiæ q̃ ad vſum tm̃ & vt viui ducẽdam ſunt: vnde Cice. in li. de amicitia. Diuitiæ vt vtare: opes vt colare. ¶ Copias, cuius libet rei facultates a con & opibus dicta, & interdum copiæ copiarum populi tantum exercitum ſignificat. Teren. n. in eunucho, militem ſetum ad te quantas copias adducet. at copia vero aliarum rerum in ſingulari. ¶ Et dignitatẽ, auctoritatem cum honore, eſt & dignitas magiſtratus aliquis.

Marginal notes: Moratus, Moroſus. Importunitas. Opportunitas. Opes. Diuitiæ Copia Voluptas Carere Coli Nonius

Sæpe enim interfui querelis meorum æqualium (pares autem cum paribus veteri prouerbio facillime congregantur) quæ. C. ſalinator: quæ Spu. Albinus homines conſulares noſtri fere ęquales deplorare ſolebant, Tum quod voluptatibus carerent ſine quibus vitam nullum putarent: tum quod ſpernerentur ab iis, a quibus eſſent coli ſoliti. Qui mihi non videbantur accuſare id quod eſſet accuſandum. Nam ſi id culpa ſenectutis accideret: eadem mihi vſu euenirent, reliquiſque omnibus maioribus natu, quorum ego multorum cognoui ſenectutem ſine querela, qui ſe libidinum vinculis laxatos eſſe non moleſte ferrẽt nec a ſuis deſpicerentur: ſed omnium iſtiuſmodi querelarum in moribus eſt culpa, non in ætate Moderati enim, & non difficiles ſenes, nec in humani tolerabilem agunt ſenectutem, Importunitas autem & inhumanitas omni ætati moleſta eſt, LAELIVS. Eſt vt dicis Cato, Sed fortaſſe dixerit quiſpiam, tibi propter opes, & copias, & dignitatem tuam tolerabilem ſenectutem videri, Id autem nõ poſſe multis contingere,

ASCẼ. ¶ ENIM pro quia ego interfui ſæpe querelis meorũ coæqualium: ideſt coæuorum. Autem pro ſed pares congregãtur facilime cum paribus veteri prouerbio, ideſt iuxta vetus prouerbium: aut vt in veteri eſt prouerbio. Quæ: ideſt quaſiã putas Catus ſalinator: & quæ, ideſt qualia Superius Albinus homines conſulares: ideſt qui aliquando conſulatum geſſerent, fere: ideſt quaſi: æquales: ideſt coæui noſtri ſolebant deplorare: quaſi dicat friuola quidem: ſed plurima. Tamen ſimul propterea q carent in ſenio voluptatibus: ſine quibus: ſcilicet voluptatibus ipſi putarent vitam eſſe nullam: ideſt nullius vtilitatis aut momenti. Tum: ideſt ſimul, ideſt quia ſpernerentur ab iis a quibus eſſent ſoliti coli: ſcilicet dum fortes eſſent & conſulatum gererent. Qui, ſcilicet ſalinator & Albinus non videbantur mihi accuſare id quod eſſet accuſandum. Nam ſi id ſcilicet non habere voluptatem aut ſperni accideret culpa: ideſt per culpam ſenectutis eadem vſu venirent: ideſt contingerent mihi & reliquis omnibus maioribus natu, ideſt ſenioribus: quorum multorum ego ſenectutẽ cognoui: ſcilicet degni aut duci ſine querela: vt pote qui ferrent non moleſte. i. non grauate: nec impatienter ſe laxatos. i. ſolutos: aut minus ligatos eſſe vinculis. i. laqueis & irreptionibus libidinum: ne deſpicerentur. i. contemnerentur a ſuis: ſed culpa oium querelarum iſtiuſmodi eſt in moribus ſenum non in ætate. Enim pro quia ſenes moderati. i. temperati & nõ difficiles. i. nõ moroſi nec in humani agunt ſenectutẽ tolerabilem & ſibi & aliis. Aũt pro ſed. importunitas. i. inſolẽtia & difficultas, importuna & inhumanitas eſt moleſta omni ætati. ad qđ Lælius eſt inquit vt dicis o Cato. Sed fortaſſe quiſpiam dixerit ſenectutem videri tibi tolerabile ppter opes & copias & dignitatem tuam: q̃a cenſorius & conſularis erat. Autẽ pro ſed. dicere id non eſſet contingere multis, vt. ſ. ea tria habeant.

Marginal notes: Vetus prouerbium. Querelę ſenum in culpa ſũt nõ in ætate. Importunitas & inhumãitas oi ætati moleſta.

Cato. Eſt iſtud quidem Læli aliquid, ſed nequaquam in iſto ſunt omnia: vt Temiſtoclem ferunt Seriphio cuidam in iurgio reſpondiſſe, cum ille dixiſſet non eum ſua, ſed patriæ gloria, ſplendorem aſſecutum. nō Hercle inquit: ſi ego Seriphius eſſem, nobilis, nec ſi tu athenienſis eſſes, clarus vnquam fuiſſes. Quod eodē modo de ſenectute poteſt dici. Nec enim in ſumma inopia leuis eſſe ſenectus pōt, ne ſapienti quidē, nec inſipienti in ſumma copia nō grauis. Aptiſſima oīno ſūt Scipio Læli arma ſenectutis, artes exercitationeſq; virtutum, quæ in oī ætate cultæ cum multum diuſq; vixeris mirificos afferunt fructus, non ſolum quia nū q̄ deſerunt: ne in extremo quidem tempore ætatis (q̄ q̄ id maximum eſt) verū ēt quia conſcia bn̄ actę vitæ multorūq; benefactorū recordatio iucundiſſima eſt.

PETR. MAR. ¶ Iſtud: hīc opes et copias & dignitatem. ¶ Seriphio: e Seripho parua inſula vna e ſporadibus exulū quōdā ergaſtulū & pœna. ¶ Iurgio: iurgio. diſſentione, altercatione. ¶ Splendorem. gl'iam. & celebritatem nois. ¶ Inquit: Themiſtocles vt eſt apud Platonē fatetur patriā cōferre plurimum ad gloriam cōparandā & opes ad facilē ſenectutē. ſed requiri ēt induſtriā & mores citra quos nobilis patria ciuē nō nobilitat. locus aūt obſcurus curricula non hēt ad nois claritatē atq; ſplēdorē. verba Themiſtoclis apud Platonē in .i. de rep. hęc ſūt ἀλλὰ τὸ τοῦ θεμιστοκλέους εὖ ἔχει ὃς τῷ σεριφίῳ λοιδορουμένῳ καὶ λέγοντι ὅτι οὐ δι' αὑτὸν ἀλλὰ διὰ τὴν πόλιν εὐδοκιμοῖ. ἀπεκρίνατο· ὅτι οὔτ' ἂν αὐτὸς σερίφιος ὢν ὀνομαστὸς ἐγένετο. οὔτ' ἐκεῖνος ἀθηναῖος. καὶ τοῖς δὴ μὴ πλουσίοις, χαλεπῶς δὲ τὸ γῆρας φέρουσιν εὖ ἔχει ὁ αὐτὸς λόγος, ὅτι οὔτ' ἂν ὁ ἐπιεικὴς πάνυ τι ῥᾳδίως γῆρας μετὰ πενίας ἐνέγκοι· οὔθ' ὁ μὴ ἐπιεικὴς, πλουτήσας, εὔκολός ποτ' ἂν ἑαυτῷ γένοιτο. ¶ Vnq̄: aliq̄n. ordo ē. Nec ego fuiſſem nobilis ſi eſſem Seriphius: nec tu clarus ſi athenienſis. At tamē ignobilitatē loci nō impedire claritatē nois. Liuius .ix. decadis belli macedonici aſſeuerat agēs & enim de Catone dicit: ſed oīs patritios: plebeioſq; nobiliſſimaꝝ familiarum. M. porcius longe antiebat, in hoc viro tanta vis animi ingeniiq; fuit vt quocunq; loco natus eſſet fortunā ſibi ipſe facturus videret. ¶ Eodē mō: pari ratione. ¶ Leuis. facilis & tolerabilis. ¶ Ne ſapienti. qdæ, ēt viro conſumatiſſimo. ¶ Inſipiēti ſtolido. bardo. & impfecto. ¶ Grauis: moleſta intolerabilis. ¶ Aptiſſima: conuenientiſſima & decentiſſima. ¶ Arma tutelæ, inſtrumenta & fulcra. ¶ Artes rōnes: cognitationes, & vſus. cuius grā virtutes cōparant & idcirco actuoſæ dictæ: vis & enim quæ in actū non pdit fruſtra habet. habeo inqt idē Cicero in .vii. epiſto. ad lentulum duas res qbus me ſuſtentē optimaꝝ artium, & maximaꝝ rerum gl'iam: quaꝝ alteram mihi viuo nunq̄ eripietur altera ne mortuo qdē. ¶ Cultæ, exercitæ: ac frequētatæ ac vſurpatæ. ¶ Mirificos: maxios & honeſtiſſimos. ¶ Nunq̄ deſerunt, qm in ſpece ſunt aīs & radicatæ, nec pendēt a fortuna. habitus ſi qdē cū ſit affectio & diſpoſitio pmunēs non facile conuellit. ¶ Id: qd nunq̄ deſerant ēt in ſenectute. ¶ Conſcientia, noticia honeſtarum actionum. ¶ Bene: honeſte. ¶ Iucundiſſima gratiſſima quicunq; dicit Plato iuſte ſancteque vitam exigit dulcis eum ſpes comitatur, cor nutriens ſenectutemq; fouens. ponit exemplum. Q. u. Fabii Maximi. de quo abunde, dictum eſt in ſylliams comentariis.

Ignauus Nauus petulantia · *Viriũ corꝑis & aĩ differẽtia*

(quæ deliratio appellari ſolet) ſenum leuiũ eſt, nõ om niũ. Quatuor robuſtos, filios, & filias quinq;, tantam domum, tantas clientelas Appius regebat, & ſenex, & cæcus. Intentum enim animum, tanquam arcum, ha bebat, nec langueſcens ſuccumbebat ſenectuti. Tene bat non modo auctoritatem, ſed etiam imperium in ſuos, Metuebant eum ſerui, verebant̃ liberi, carũ oẽs habebant, vigebat in ea domo patrius mos, & diſcipli na. Ita enim ſenectus honeſta eſt: ſi ſe ipſa defendit, ſi ius ſuum retinet, ſi nemini emancipata eſt, ſi uſq ue ad extremum ſpiritum dominatur in ſuos. Vt enim adoleſcẽtem, in quo ſenile aliquid, ſic ſenem, in quo adoleſcentis probi eſt aliquid, laudamus: quod, qui ſe quitur corpore ſenex eſſe poterit, animo nũquã erit. Septimus mihi originum liber eſt in manibus: omnia antiquitatis monimenta: colligo: cauſarum illuſtrium, quaſcunq; defendi, nuncq̃ maxime cõficio orationes.

PET. MAR. ¶ DELIRATIO: a recte rõnis linea exorbitãtes: & inſa nientes. lacto ſemine i quit Plinius iteratio ſequit̃ crate dẽta ta: vel tabula aratro adnexa qd vocant letare opertentes ſe mina. vnde primũ appellata deliratio eſt. ¶ Leuiũ: viliũ. nul lo rerũ podere ſubnixorũ. ¶ Tantã domũ: numeroſam fami liã. familiæ appellatione inqt iuriſcõſultus. xxi. digeſtorum oẽs q in ſeruitio ſunt cõtinẽ tur ẽc liberi hoĩes q bona fi de ſeruiunt. ¶ Tãtas cliente las: turbas: & cetus clientũ q patronos ad ſectant̃ & co lunt. ¶ Regebat prudẽtia & cõſilio gubernabant. ¶ Inten tũ: paratũ: vigilantẽ: acrem. ¶ Langueſcens: torpeſcens. ¶ Nec ſuccumbebat: nõ cede bat vt debilis & victus ſed repugnabat vitiis ſenectu tis luctabat̃ q; cũ illa viribus ingenii & cõſilii robre ere ctæ mẽtis: & ꝑfractæ. ¶ Au ctoritatẽ: æſtimationẽ digni tatẽ. ¶ Imperiũ: dñiũ & prici patũ. ¶ Verebantur: honora bant: cũ verecũdia illiq; re uerentiã exhibebant. Veteri eſt liberi hoĩs: timet̃ ſtero ſer ui. hic poenæ metu tenetur, ille aũt pudoris. ¶ Carũ hẽbãt: amabãt: carum inqt alibi Ci. verbum eſt amoris. inde dicta caritas amor ſincerus agape dr a græcis. ¶ Vigebat: florebat. vigorem hẽbat. ¶ Patrius mos: auita cõſuetodo & rectus ordo vitæ. ¶ Diſciplina: do meſtica rõ: & honeſta eruditio, normaq; viuẽdi. ¶ Ius ſuũ: auctoritatẽ. imperiũ: ditionẽ. ¶ Emãcipata: dedita & addi cta in ſeruilẽ morẽ: emãcipatũ inqt Nonius citans hũc Ci. locũ dr ſubnixum, & deditũ. Hora. in Epodis Roma. eheu poſteri rid. bitis emãcipatus fœminæ fert vallum & arma miles ſpadonibus ſeruire rugoſis põt. ¶ Dñat̃: retinet dñiũ ¶ Senile: graue, maturũ. ¶ Aliqd adoleſcẽtis: vegetũ, a ctuo ſum. ſcelere. prõptũ. ¶ Aio: ai vigilantia, & ſollerti agitatio ne. ¶ Vii. liber: Cato hic cẽſorius in ſenectute ſcripſit hiſto rias in. vii. volumina digeſtas. primũ continebat res regum Popu. Ro. ſcḋm & tertiũ vñ quæq; italica ciuitas orta ſit cuius rei gr̃a oĩs libros appellauit origines. In quarto nar rabat̃ primũ bellũ punicũ. in qnto ſm aliis duobus reliqua bel la cõplexus eſt vſq; ad ꝑturã galbę q luſitanos diripuit. ¶ Eſt in manibus nunc elaboratur, & cõponit̃. ¶ Monimen ta, recordationes & hiſtorias originum. ¶ Cauſarum: actio nũ: & negociorum. ¶ Illuſtrium: nobilium: & ſplendidarũ ¶ Cõficio: cõpono: & litteris mando vt proſint poſteris do ceant q; nepotes, quibus proſpiciendum eſt.

MAR. PHIL. ¶ DEliratio: a recta via diſceſſio: & latinũ nomẽ eſt: vt di cit Nonius dictũ a lira: quæ eſt foſſa & ſulcus rectus qui cõ tra agros tuendos dicit̃: & in quẽ vligo terræ decurrat: hic delirare a recto recedere. Plautus in amphitrione. Delirat vxor: & græcũ ẽt nomẽ eſt: & tũc p c ſcribitur vt deliratio & tractũ a græco puerbio. ¶ Quatuor ro. ſubiũgit exẽplũ de Appio cæco: de quo diximus. ¶ Domũ: familiam oĩum domeſticorum. ¶ Cliẽtelas: cãrum defenſiones: cuius corre latiuũ eſt patrociniũ. ¶ Nec languens: bis eſt intelligẽdum: nec vt languens: nec ſane accũbebat ſenectuti. ¶ Tenebat: hẽbat detinebat. alibi pro diriget̃. ¶ Metuebant: ꝓprie ſeruo rũ eſt. ¶ Verebant̃: cũ reuerẽtia timebãt: & eſt ꝓprie filiorũ ¶ Liberi: filii & tñ pluraliter declinat̃. Libero vero libri duo deſignat & corticẽ & codicẽ: liber liberi bacchum notat & hoĩem ſuo iure viuẽtẽ. ¶ Mos patrius: Romana diſciplina interdũ ꝓ doctrina: interdũ pro bonis moribus: vt hic ca piũ: vñ eſt diſciplinatus. ¶ Honeſta: ab onere dicta: & nunc honoratã ſignãt: cuius partes ſunt quatuor, prudẽtia, tẽpe rãtia: iuſtitia: & fortitudo. ¶ Mancipata: eſt ſerua a manu

Liber.

Mancipium Seruus

& capio: q; alios in ſua capiat poteſtate: vnde ſeruũ mani cipium dicimus. A iure aũt belli antiqui tractus ſermo: q; cũ capitalia eſſent bella: in qbus oẽs hoĩes occidebãtur: ac ceſſit poſtmodũ in captiuis qdã humanitas: vt nõ interfice rent: ſed mãciparent̃: & vẽderẽt̃: & ſemp eſſent ſerui vnde ſerui nõ a ſeruiẽdo: ſed a ſeruãdo dicti vnde & mãcipati ſer ui, & manumiſſi: hoc eſt do nati libertate: & extra ma nũ. i. poteſtatẽ miſſi: cui dbe ãt perẽptionẽ. ¶ Senile aliqd quãtũ ad mores: vt in eo ſit maturitas. Aliqd adoleſcen tis vt in eo ſint vrbanitatet. ſales: & iucunditates. ¶ Pro bo: cõmendo laudo. ¶ Septi mus: ex ſeipſo probat hoc. ¶ Originum: in quo omniũ ciuitatũ italicarum ponebat originem: iõ originũ libros vocauit. ¶ In manibus: quẽ tunc ſcribebat & in eo oĩa antiquitatis monimenta col ligebat. Monimẽta eni ſunt hiſtoriæ: & alia ſcripta ac fa cta memoriæ cauſa. Monũ mẽtum vero quicquid mor tuorũ cã ædificatũ eſt: & ad aliquorũ memoriã factũ: vt Pyramines: tẽpla carminaq; ab admonendo dictũ, & iõ ſm .i. ꝑpe viam hmõi erant aliqua vt ꝓtereuntes admonerent̃ & ſe fuiſſe, & illos eſſe mortales. ¶ Cauſarũ, diſcriptione di centium, & contradicentiũ. ¶ Illuſtriũ: nobiliſſimarũ hõ viliũ pſonarũ. ¶ Cõficio pficio, & limatas facio. Intelligere poſ ſumus q; orones q̃ in publico recitabant domi elimabant, & dicunt q; cũ recitabãt erant qdã notarii tãtæ velocita tis manus hñtes q; ad verbum illas totas ſcribebãt. Ci. ergo poſt recitationẽ emẽdaſſe nulli dubiũ eſt. Sed quã ꝓ milo ne habuit totũ recitare nõ potuit pp tumultũ clodianorũ.

Monimentum Monumentum

ASCE. ¶ QVE. ſ. ſtultitia ſolet apellari deliratio (quia ſenes de li ra. i. tramite rõnis flectum & deſipere incipiũt) eſt ſenũ non quorũlibet: ſed leuiũ. i. futiliũ & incõſtantiũ, nõ aliorũ. ſ. con ſtantiũ & grauiũ. Probat exẽplo appi ſupra dicti. Appius. inqt, Claudius ſub quo militauerat Cato regebat exiſtens & ſenex, & cæcus quatuor filios: quinq; filias: & tantã do mũ, & tantas cliẽtelas: q̃tã & q̃tas talis vir habebant. Habe bat enim aium intentum tanq̃ arcum: nec ipſe aut alius eius ſuccũbebat ſenectuti. i. vincebat̃ a ſenectute. Lãgueſcens. i. torpens & ipſe in ſuos nõ mõ auctoritatem pater familias tenebat: ſed ẽt imperium. i. exercitiũ nõ ſolum ius imperãdi Serui metebant eum, liberi & clientes: fili, filiæ, & reliqui nõ ſerui verebant̃ & obſeruabãt eũ filiali quodã (vt dicunt) timore oẽs habebat eũ carum. Mos patrius. i. a patribus & maioribus inſtitutus, & diſciplina patria videbat in ea do mo. ſ. appiana. Ita enim eſt ſenectus honeſta ſi ipſa defendit ſe & ſi retinet ius ſum. Et ſi nemini eſt mancipata. i. addita in ſeruitutem: & ſi dominatur in ſuos vſque ad extremum ſpiritum. i. extremi ſpiritus exhalationem. Enim ꝓ qa, ut. i. quẽadmodum nos laudamus doleſcentẽ in quo eſt aliquid ſenile. i. maturitatis ad ſenem pertinentis, ſi laudamus ſe nem in quo eſt aliquid adoleſcentis probi. i. quo ad adole ſcentem probum pertineat, quod. i. quam rem is q ſequitur .i. imitatur vitam adoleſcẽtis probi poterit eſſe ſenex cor pores ſed nuuq̃ erit ſenex animo. i. nunq̃ amittet vires ani mi. Nam ſenex dici videtur quaſi ſenecans. Septimus ad ꝓbatione dictorum affert ſe in exẽplum dicens. Septimus liber qa iam ſex abſoluerat: originum. ſ. italicarum eſt mihi in manibus. i. ſcribitur a me: & colligo omnia monimenta antiqtatis. i. q nos antiqtatis moueant ſcripta & veſtigia. & conficio nuncq̃ maxime. i. diligentiſſime orationem oĩum cauſarum illuſtrium quas defendi. ſ. in foro iudiciali.

Appius cæcus

¶ Ita

PET. MAR. ¶ I V S augurum: augularē diſciplinā: & poteſtatē ſiue au ctoritatem q̄ habent augures iouis conſiliarii diuiniq; nu tus p auguriam interpretes. ¶ Pontificū: quo pontifices in ſa cris cerimoniis vtunt. ¶ Ciuile: quo ciuitas gubernatur & regiť. Ius ciuile poſitū abſolute Romanorum ſignificat vt poeta Virg. apd̄ latinos: & Homerū apud gręcos p excellē tiam. ¶ Exercitationes: com mentationes: qbus ingenio ſubueniť: & memoria confir mať. ¶ Curricula: ſpacia pq; mens exerceť & rōnis celeri tas atq; diſcurſus. hę ſunt in qt occupationes q̄ ſenile in geniū hębeſcere nō ſinūt ſed vegetū ſeruant & agile. ¶ In his: curriculis. ¶ Non deſide ro: qn ingenii viribus exer centur magiſq; corpis qd̄ ad eū finē curandū ē vt aio ſer uiat. fulcris eteni corporis aius ſuſtentať. ¶ Ad ſum: fa ueo i cauſis patronus & ad uocatꝰ defendo amicos: eo rūq; negotia. adeſſe amico ſignificat aduocatū eſſe cau ſando eiꝰ defendeť. atq; id di citur inquit Cellius non in compitis tantum neq; i ple be vulgaria ſed in foro: in comitio apud tribunalia. ¶ Frequens: aſſiduus frequento cu riam in qua publicę curæ geruntur. frequēs dicitur ſenator qui ſuum frequētat. munus & frequenes cura paſſiue frequē tia multoꝝ celebrata. frequesn miles q a ſignis nō recedit. ¶ vltro: mea ſponte vt generoſam decet naturā, non enim expectandū eſt dum rogemur ſi vero velimus officio fungi non tulit gratis ingt Seneca q cū rogaſſet accepit. ¶ Tueor defenſor, exerceo, conſeruo. ¶ Quę ſupradicta omnia. ¶ Exe qui: exercere: peragere. ¶ Ante acta: præterita quæ tales do tes pariunt ſenectuti atq; viaticum. ¶ Studiis: curis: exerci tiis. ¶ Obrepat: aduenīat obrepere, adrepere, ſubrepere pro pria: eſt illorum aialium quę pedibus carent & ob id repti lia dicūtur. transfertur tamen ad multa ſed ita vt acceſſum humilem ſignificet vt repere per accliuia, anguſtias foramī na: ¶ Senſim: paulatim. ¶ Sine ſenſu: perceptione & cogni tione. ſentire proprie eſt ſenſuum iudicio aliquid percipere: transfertur & ad animū: inde ſenſa & ſnia. ¶ Frangitur: de bilitatur: abrūpiť. ¶ Diuturnitate: ſpacio tēporis. ¶ Extin guiť: vitalē calorē amittit: & vitam cum morte compenſat & mors inter naturæ munera reponenda eſt.

M Vnus: donum qd̄ ſenilis ætas affert ſecū. ¶ Vitioſiſ ſimū: turpiſſimū: qn voluptas corporis cōis ē ho mini cū cæteris aialibus: & voluptarii: vt ingt Ari ſto. bruta viuūt animalia nō hoies: q rationē ſequunť ducē. & in mente bonorum ſuorum reponunt ſummam.

MAR. PHIL. ¶ I V S: qdem humanū eſt. Fas vero diuinum. ¶ Pontificū: eſtaūt pontiycum qd̄ nunc ius canonicum dicunt. ¶ Ciui le: q; leges ciuiles appellant. ¶ Pythagoreoꝝ more: vt dixi mus pythagoras ſamius fuit: & in noſtram venit Italiam in partem. ſ. quam magnam græciā vocant vbi phiam do cuit: & ſuis fuit vſus dicere diſcipulis: vt q̄ in die didicerāt in veſpere commemorarent: & repeterent memoria & re cordarentur quod omnia memoriter tenerent: & memoriā exercerent: & ſic viderentur in veſperi quid boni maliue in defeciſſent: quos ipſe Pythagoras verſibus complexus eſt quos aureos appellauit: & intereſt multum inter Pythago ricos: Pythagoreos: & pythagoriſtas. Pythagorici. n. ſunt pythagoræ diſcipuli: pythagorei pythagoricorū diſcipuli: pythagoriſtæ dicuntur illi qui pythagoream ſectam & opi nionem ſunt ſecuti. ¶ Veſperi: datiuo pro ablatiuo ponitur: ideſt in veſpere: vel melius: vt ſit aduerbium.

Ius Fas Ius pōtificiū Ius ciuile Curricula Adeſſe Tullius

Ius augurum, pōtificum, ciuile tracto, multum etiam litteris græcis vtor, Pythagoreorumq; more exercēdę memoriæ gratia: quod quoq; die dixerim, audiuerim, egerim, commemoro veſperi. Hæc ſunt exercitationes ingenii. Hęc curricula mētis, In his deſudans, atq; ela borans corporis vires non magnopere deſidero. Ad ſum amicis: venio in ſenatum frequena, vltroq; affero res multū, & diu cogitatas, eaſq; tueor animi, non cor poris viribus. Quæ ſi exequi nequirem: tamen me le ctulus oblectaret ea ipſa cogitantē, quæ iam agere nō poſſem, Sed vt poſſim, facit ante acta vita. Semp enim in his ſtudiis, laboribuſq; viuenti, nō intelligitur, quā do obrepat ſenectus, Ita ſenſim ſine ſenſu ætas ſene ſcit, nec ſubito frangiť ſed diuturnitate extinguitur,

S Equitur tertia vituperatio ſenectutis, quod eam caret dicunt voluptatibus. O præcla rum munus ætatis, ſi quidem id aufert no bis, quod eſt ī adoleſcentia vitioſiſſimum.

Non dubitauerunt enim maiores nři pp e & i literū affinita tē: & veſpi: & veſpe diceř & inani & inane: & heri & here. Iuue. Res hodie minor ē here q̄ fuit: atq; eadē cras diceret exiguis aliqd. ¶ Curricula: ſtudia qbꝰ adoleſcētes currēdo ſaltādoq; exercitanť. ¶ Ad ſum ami. ad defenſionē amicorū venio. Adeſſe. n. ſæpe vtiť p defendere Tullius & prodeſſe ¶ Frequens: p frequenter: vt libens p libēter: recēs p recē ter: ſole recens orto. ¶ Mul tū: q̄tū ad vehemētiā cogita tiōis: & diu q̄tū ad tp̄s. ¶ Co gitatas: & bn̄ & prudēter fe ciſti Cato. Parū eni prudens is exiſtimatur: q accedit ad orādū: niſi prius domi q̄ dicē da ſunt excogitauerit. Plu. q; p auctoritatē demoſthe nis cōprobatū ē ter. n. inter rogatus in ſenatu Atheniēſi ſniam ſuā ter rñdit. Nō eni pmeditatus ſum. ¶ Lectulus meus iucūdus: diminutiuū dixit: lectus eſt q; ad ſeſe ho mines feſſos alliciat. ¶ Acta . ſ. bene: tēperāter & modera te quoniam reſeruauit vires. ¶ Obrepat: clanculum ſubin tret. ¶ Senſim: paulatim ſine ſenſu quod homo nō ſentit.

Lectus

S Equitur tertia vituperatio ſenectutis. Reddit docilē & attētū: & beniuolum auditorē trāſeundo ad tertiā ptē ſuperioris diuiſiōis. ¶ O pclarū: incipit cōfutare opinio nem illorū qui ſenectutem vituperant quod voluptatibus careat. ¶ O præclarum admirantis eſt. Virg. O quante me.

ASCE. ¶ E T tracto nūc ius augurum: ius pōtificiū. i. ad pōtifices ptinēs: q̄le eſt nobis quod canonicum vocāt: & ius ciuile. Vtor. n. multum lřis græcis: & cōmemoro. i. recito: aut ad memoriam reduco veſper. i. oriēte veſpo ſeu heſpero: hoc eſt ad finem diei. i. more. i. ad imitationem pythagoreorū. i. pythagoræ imitatorum gřa memoriæ exercēdæ. i. vt me moriam exerceant commemoro inquam q; dixerim: audi uerim: aut egerim: vnde de viro bono & ſapiente maro Nec prius in dulcē declinat lumina ſomnū. Oia q̄ longi reputa uerit acta diei &c. Hæ. i. hmōi ſunt exercitationes ingenii . ſ. mei: hæc ſup. ſunt curricula. i. agitationes & exercitia q̄ſi in curriculo mentis ſup. mee. Ego deſudans. i. multū ſudās atq; elaborans in his: non deſidero magnopere. i. vehemen ter vires corporis. Ego adſum. i. auxilio ſum amicis: venio frequens. i. frequēter in ſenatū: & vltro. i. ēt nō accitus: & af fero res cogitatas. ſ. a me domi: multū & diu. & tueor. i. de fendo eas non viribus corporis ſed animi. Quæ. ſ. oīa tā di cta ſi ego negrem exequi. i. efficere. Tamen. i. nihilominus lectulus meus in quo me continerē: oblectaret me cogitan tem ea ipſa quæ non poſſem agere iam præ ſenio. Sed vita acta, ideſt tranſacta a me facit vt poſſim. ſ. ea quę dicta ſunt exequi. Enim pro qa: non intelligitur. i. non percipitur viuē ti, ideſt ab eo qui viuit in iſtis ſtudiis & laboribus: vnde qn̄ ſenectus obrepat latenter obueniat. Et ita ætas ſeneſcit ſen ſim, ideſt paulatim ſiue ſenſu. i. ſine ſenſione: aut perceptio ne: nec ipſa ætas. ſ. frangitur ſubito. ſed extinguitur: ideſt more ignis in lampade ſeipſum conſumentis: abſumiť pau latim diuturnitate, ideſt longa duratione temporis in qua omnia ſeneſcunt & labaſcunt.

S Equitur tertia &c. Accedit ad purgatiōem tertii obie cti dicens. Tertia vituperatio ſenectutis ſequitur ſcili cet purganda. Vituperať autem tertio q; dicūt eam ca rere voluptatibus. O præclarum munus. i. donū ætatis. ſ. ſenilis aut longæuæ. Quidem. i. certe id ſupple diceremꝰ ſi aufert a nobis id quod eſt vitioſiſſimum in adoleſcentia vi delicet indulgere voluptati: & libidini.

Accipite enim optimi adoleſcentes veterē orationem Archyte Tarentini, magni ī primis, & præclari viri, q̄ mihi tradita eſt, cum eſſem adoleſcens Tarenti cum Qu. maximo, nullam capitaliorē peſtem, quā corporis voluptatem hominibus dicebat, a natura datam, Cuius voluptatis auidæ libidines temere, & effrenate ad potiundum incitarētur. Hinc patriæ proditiones, hinc rerū publicarū euerſiones, hinc cū hoſtibus clandeſtina colloqa naſci dicebat. Nullum deniq; ſcelus, nullū magnū facinus eſſe, ad qđ ſuſcipiendū, non libido voluptatis impelleret. Stupra vero, & adulteria, & omne flagitium nullis aliis illecebris excitari, niſi voluptate. Cumq; homini ſiue natura, ſiue quis deus nihil mēte pſtabilius dediſſe, huic diuino muneri, ac dono, nihil tā eſſe inimicū volupatē. Nec. n. libidine dominate tēperātię locū eſſe oīno, nec in voluptatis regno virtutē poſſe cōſiſtere. Qđ quo magis intelligi poſſet,

PET. MAR. ℭACCIPITE: audite. ¶ Enim: certe: pfecto. ¶ Magni: docti inter primos. ¶ Præclari: nobilis, & illuſtris. ¶ Quę mihi tradita eſt: a Nearcho. ſ. Pythagoreo pħo, & hoſpite Catonis, vt au‹c›tor eſt Plutarchus in Catone. ¶ Capitaliorē peſtem: perniciosiorem morbum, & nocumētum. capitale crimē dicitur quod capitis pena luitur. ¶ Corporis voluptatem, ſenſibilem delectationem guſtatus & tactus cōis eſt is ſenſus dicit pħus circa quem intēperantia verſatur propterea iure vituperanda eſt q̄ hoibus nō ratione qua homines ſunt accidit ſed animalia talibus igitur gaudere: maximeq; talia conſectari ferinum eſt. præterea voluptates impedimento prudentię ſunt: atq; quo magis his quiſpiam gaudet eo magis impedit vt in venerea fit delectatione. nemo ſiquidē dum in illa eſt mente quicq̄ pſpicere pōt. Tantum ad virtutē aducies ait Seneca quātum ex voluptate abſtraxeris. ¶ Auidę libidines: ardentes cupiditates rationi non obtēperantes. ¶ Temere: imprudenter: incōſiderate, violenter. ¶ Effrenate: immoderate, profuſe. ¶ Incitarentur: cōmouerentur: & efferueſcerēt. ¶ Hinc: ex talibus libidinibus cupiditatibuſq; immodicis. ¶ Clandeſtina: occulta: ac per hoc fraudulenta. ¶ Magnū facinus: nefarium flagitium. ¶ Libido: appetitus alicuius culpabilis delectationis circa honores, pecunias, opes, dominatus, imperia & cætera id genus ad quæ pleriq; cupiditate inflāmati rapiuntur. ¶ Stupra: raptus virginum. Stuprū inqt iuriſcōſultus in virginē viduamq; cōmittitur. Adulterium in nuptam pp partum ex altero conceptum cōpoſito nomine. Stuprum cum inceſto committit̃ veluti cū priuigna: nuru, nouerca. ¶ Flagitium: ſcelus ad venereū actum pertinens & cum veſtali ſacrilegium. ¶ Illecebris: blanditiis titillatione atq; pruritu. ¶ Voluptate: iucūdo motu ſenſus ¶ Dominante: tyrannidē obtinēte in regno aiæ. ¶ Tēperantiæ: moderatiōi circa guſtatū & venerē. ¶ Regno: domino & imperio: qm̄ nullū ſeruat modū quo virtus ipſa terminatur: cū ſit inter duo extrema mediocritas: quam effrenata libido ſeruare nō nouit: ſed per extrema quæq; debacchatur.

MAR. PHIL. ℭACCIPITE: audite, vt Virg. (Virg.) Accipe nunc danaum inſidias & crimine ab vno: diſce oēs. ¶ Veterem orationē: vetus (Vetus.) enim iterdum ad vituperationē. Teren. (Teren.) Veteris poetæ maledictis rn̄debam. ¶ Architæ: hic fuit Tarentinus ſummus pħus ætate Pla: qui græce vnam egregiā orationem cōtra voluptatē cōpoſuit, quā Catoni illuc pfecto cū quīto Fabio vt vidimus ſupra quidā ſuus hoſpes attulit: & eam ipſe traduxit in latinū: & in hoc ſuo inſerit ſermone. ¶ Magni: quātū ad ſciam q̄ facit hoiem, & eſt cōmendatio teſtimonii vt faciat fidē qđ genus intercurrens appellat̃. ¶ Præclari: quantū ad famam & nomē. ¶ Tradita: a quodā hoſpite ſuo. ¶ Nullā: hæc eſt illa oro architæ in qua ordinē rhetoricum ſeruauit. Primo eni facit ppoſitionē. Secūdo rationem Tertio rōnis cōfirmationē. Quarto exhortationē: poſtmodū concluſionē: dicit ergo. ¶ Dicebat. ſ. archita: bū inqt dicebat: vt oratoris eſt apte diſtincte & ornate dicere. ¶ Capitaliorē: mortaliorē a capite denominamus totum qđ maximū eſt in hoie. (Voluptas) ¶ Cuius rō eſt: regit artē qđ eſt maxime faciendū. ¶ Voluptatis: eſt enim voluptas vocabulū meſum ſicut valetudo, venenū, facinus. Voluptas qdē eſt delimētū quoddā ſenſuū: & ſic nunc capit̃. Et voluptas ēt eſt quædā animi iucunditas: & delectatio qua ſæpe vtitur Ci. in epiſtolis: & qa iſta vocabula meſa ſola p ſe poſita: vt plurimū in malā partē ſumuntur: vt hic, qn̄ in bonā partē accipimus aliquod addimus epitheton, vt bene vale, bona valetudo, bonum facinus. ¶ Effrenate: intēperanter. ¶ Ad potiundum: in ſua poteſtate hn̄dum & bn̄ elegit verbū aptū qđ propriæ eſt in voluptatibus. ¶ Hinc: ex iſta voluptate: & eſt rōnis cōfirmatio. ¶ Patriæ: pro qua mortē adire debemus: vt dulcis amor pħiæ. Itē vincit amor pħię laudūq; imēſa cupido: & p voluptate pecuniarum aut alicuius alterius rei pdimus ipſam. ¶ Cū hoſtibus: ſunt enim ab hoſtimento. i. æquamēto dicti: adeunt. n. prælīū ex æqua cā & idicta & hoſtes & inimici i hoc differūt: q hoſtes ſunt publici: inimici vero priuati: vt nihil eſt tā inimicum q̄ voluptas. ¶ Magnū facinus: qa & bonū, vt diximꝰ. ¶ Ad ſuſcipiēdū. i. capere ad pficiendum. ¶ Stupra: i virgines. ¶ Adulteria: in vxores. ¶ Flagitiū: (Flagitiū) oē magnum ſcelus: & potiſſimū in libidinibus a flagitando dictū q eſt cū quodā ardore: & igne petere. ¶ Illecebris: attractatiōibꝰ ab illiciēdo. ¶ Quis deus: aut pmetheꝰ q hoiem ex limo fecit: & poſtmodū ſolis calores fudit, aut ipſe deus, q̄ regit oia. ¶ Dono (Donum) qđ fit nullo merito intercedēte. ¶ Donū, iqt Donatus. diis datur. Munus (Munus) & præmiū hoibus: ſed donū & munus tā añ factū q̄ poſt factū dat̃. Præmiū vero nō niſi poſt factū. ¶ Nihil: (Nihil) dictū qdē a nec & hilo qđ nec hile ſit. Hilū (Hilum) enim eſt medulla ſambucci, ſiue cannæ. in Tuſcu. Saxum ſua dans intēdo, nec pficit hilū. ¶ Virtutē: virtus (Virtus) cū voluptate, & libidine eē nō pōt. Et virtus inqt Ci. in veteri rhetorica eſt habitus animi in naturæ modum rationi conſentaneus.

ASCĒ. ℭEnim pro qa o primi adoleſcentes Scipio & Lælii accipite. i. audite & intelligite veterē orationē architæ. ſ. pħi: (Oro architæ Tarētini) Tarentini. i. a Tarento oriundi viri magni i primis, ideſt inter primos: & pclari. i. præter cæteros in clari pħia: quæ oratio eſt tradita mihi cum ego adoleſcens eſſem Tarenti cū Quinto. ſ. Fabio maximo. Architas ſup. dicebat nullam peſtem. i. pniciē & labē capitaliorē. ſ. pniciosam eſſe datam homini a natura q̄ voluptatem corporis, cuius voluptatis libidines auidæ. i. cupidæ excitarentur temere. i. temeraria & incōſiderate: aut fere ſemper: & effrenate. i. ſiue freno, & moderatione ad potiundū. i. vt ea potiantur. Hinc. i. ex hac voluptatis potione dicebat pditiones patriæ: hīc dicebat euerſiones rerū pub. i. imperiorū & ciuitatum hinc dicebat colloqa clandeſtina. i. occulta cū hoſtibus naſci. i. proficiſci. Et dicebat nullum deniq; ſcelus, & nullū facinus magnū. i. criminoſum factū eſſe ad qđ ſuſcipiēdū. i. i ſe admittēdū & faciūdū: libido. i. mala appetitio volupatis nō impelleret. ſ. eū i quo eſſet. Vero pro ſed, dicebat ſtupra. i. violationes oppreſſiones nō cōiugatorū: & adulteria. i. cōiugatorū fornicationes: & omne flagitium ſup. aliud. i. ſcelus flagitione & increpatione vehemēti dignū, excitari. i. prouocari nullis aliis illecebris. i. illectionibus niſi volupeate. Cumq;, ideſt & cum ſiue natura. i. naturalis vis cælorū: vt volebant Epicurei: ſiue quis. i. aliqs deus, vt volebant ſtoici, dediſſet hoi nihil præſtabilius mente, dicebat ſup. nihil eſſe tā inimicū ideſt aduerſum & contrarium huic diuino muneri ac dono q̄ volupeatē. Enim pro qa: nec. i. & nō: & dicebat locū nō eſſe omnino temperantiæ dominante libidine: i. vbi vel qn̄ dominetur libido, nec virtutem poſſe conſiſtere in regno voluptatis. i. vbi dominaretur, & regnaret voluptas. Qđ ideſt quæ res aut quod dictum quo: ideſt vt poſſet intelligi magis, ideſt euidentius.

ℭIubebat

fingere animo aliquam iubebat tanta incitatum voluptate corporis, quanta percipi poſſet maxima: Nemini cenſebat fore dubium, quin tam diu, dum ita gauderet, nihil agitare mente, nihil ratione, nihil cogitatione conſequi poſſet. Quo circa, nihil tam deteſtabile, tamque peſtiferum, q̃ voluptatem: ſi quidem ea, cum maior eſſet, atq; longior, omne animi lumen extingueret. Hæc cum. C. Pontio ſamnite patreque eius, a quo in caudino prælio. P. Poſthumius, &. T. Veturius conſules ſuperati ſunt, locutum Architam, Nearchus Tarentinus hoſpes noſter, qui in amicitie Populi Romani permanſerat, ſe a maioribus natu accepiſſe dicebat, cum quidem ei ſermoni interfuiſſet Plato Athenienſis, quem Tarentum veniſſe. L. Aemilio Appio Claudio cõſulibus reperio. Quorſum hæc? vt intelligatis, ſi voluptatẽ aſpernari ratione, & ſapientia non poſſimus, magnam habendam ſenectuti gratiam, quæ efficeret, vt nõ liberet, quod non oporteret.

PET. ¶ IVBEBAT: hortabaẽ. ¶ Cẽſebat: æſtimabat: iudicabat. ¶ Quin: q. ¶ Dũ, q̃diu: & quoad. ¶ Agitare: tractare: meditari. ¶ Mente: aĩo. ¶ Ratione: intellectu commẽtatione: diſcurſu. ¶ Conſequi: attingere: atq; percipere. ¶ Deteſtabile: abhominabile ac fugiendum. ¶ Peſtiferũ: noxiũ, & veneno ſum. ¶ Maior: cõtra præſcriptum naturæ incitatior & plus æquo ardentior. ¶ Longior prolixior & diutius occupans ſenſus. ¶ Animi lumen: rationis iudicium. & conſilii aciẽ oculoſq; mentis q̃ voluptate immodica hæbetantur: & caligine obducuntur, vt verũ bonũ nõ diſcernant: & iccirco tẽperantia dicitur a græcis ſophroſine quaſi conſeruatrix mentis & iudicii de rebus ipſis: atq; fine ad quẽ recta tẽdit rõ. ¶ Caudino prelio: ad furcas caudinas in ſannio. Saltus duo igt. L. alti ſiluoſiq; ſunt mõtibus circa ſe ꝑpetuis inter ſe iuncti. iacet inter eos ſatis patens in medio cãpus herbid' aquoſuſq; ꝑ quẽ mediũ iter eſt: ſed añq̃ venias in eum intrandæ primæ anguſtiæ ſunt. & hęc Liuius. Caudiũ oppidũ a quo caudinæ furcę dictę prȩliumq; caudinũ. ¶ Hoſpes. amicus ¶ Ratione: conſilio. ¶ Sapiẽtia: firmo iudicio: & vſu atq; doctrina ſubnixo. ¶ Liberet: placeret. ¶ Non oporteret: neceſſarium nõ eſſet aut opportunum: ac per hoc honeſtum. nam oporteret vt in oratoris libris dicit Cicero neceſſitatem importat offici quo vtendum eſt omnibus & ſemper

MAR. PHIL. ¶ IVBEBAT: ꝑ decernere etiam ponebãt antiqui: nũc pro velle: & pręcipere: & nota ꝙ omnes iſtæ ſunt; exornationes: quæ collocantur in medium orationis. ¶ Quanta ꝑcipi: vt omnes habeat voluptates ad omnes ſenſus delinimenta ſimiliter viſum: auditũ, guſtum: odoratum & tactũ. ¶ Conſequi poſſet: quia voluptates ipſæ impediũt omnem cogitationem: mentem: rationem. ¶ Peſtiferum: bene complexus eſt: quia in propoſitiõe dixit capitaliorem peſtem. ¶ Longior: quãtum ad tẽpus. ¶ Hæc cum. C. Pontio. Nunc ponit quomodo & cum quo habita fuerit illa oratio, & quis ei tradidit. ordo eſt, Nearchus Tarentinus hoſpes noſter dicebat ſe accepiſſe a maioribus natu Architam locutũ hic cum. C. Pontio &c. ꝑ cuius noticia hæc legimus in Li. lib. viii. Ruptis inter Romanos & ſamites fœderibus, & eodem tempore Tito Veturio ſpurio poſthumio conſulibus Et Samites eo tempore Herennium poſt humium: &. C. Pontium eius filium regem habebant, hic enim. C. Pontius ad Ro. legatione miſit: & infecta pace legati reuerſi ſunt, vnde ſuo & ſuorum cõſilio vſus decreuit bellum Romanis inferre. Itaq; Romanum exercitium in aliquas anguſtias cogere cogitauit. Simulauit enim Luceriã Apuliæ ciuitatem Roma. coloniæ obſidere, & illuc dum iret exercitus aggredereẽ: quod fecit. Nam quã primum Romani exercitum Apuliam miſerunt ad Luceriæ auxilium: ad quam adeundam duæ erant viæ: vna præter oram ſuperni montis quæ tutior: ſed longior erat. Altera vero per furcas caudinas breuior, quã non vlterius conſiderãtes: vt citius irent, elegere. Verum locus eſt iſte vt ſcribit Li. hoc mõ anguſtus erat. Saltus duo alti anguſti ſiluoſiq; ſunt montibus montes circa perplexus inter ſe iuncti: iacet inter eos ſatis patens clauſus in medio campus herbidus a quouſq; per quem mediũ inter eſt. Sed antequã venias ad eum intrãdę primo anguſtiæ ſunt: & aut eadem quare inſinuaueris via retro repetenda, aut ſi ire porro perges per aliam ſaltum altiorem impeditioremq; euadendum. In eum campum via alia per cauam rupem Romani remiſſo agmine: dum ad alias anguſtias primus ꝑgerent: ſepem deiectan arborũ ſaxorumq; iacentiũ adiacentẽ molem inuenere: quo protinus captos ſe eſſe intellexerunt. C. Pontius vero poſtquã id explorauit Ro. teneri exercitum cuſtodiens exitum. legatos quam primum miſit ad patrem quid faciendum eſſet de capto exercitu Ro. Rñdit oẽs liberaliter citiſſime dimittendos intactos: q. C. Põtius ſtolidũ eſſe exiſtimauit & patrẽ de lirate: & iterum miſit ad tũ legatos quibus reſpõdit iterum omnes ſimul: & ad vnũ eſſe interficiendos de integro: & tertiã patri miſit legationẽ: vt ad concionẽ ſuã veniret: q ſtatim plauſtrum conſcẽdit: & ad filiũ vectus eſt: & ſua reſpõſa, validis rõnibus corroborauit: & inter alia verba hæc dixit. Eſt ea Roma. gens: q̃ victa geſcere neſciat: & his dictis patriã remeauit. C. Põtius poſtea vſus cõſilio fecit furcas fieri humiles & ſub ipſas oẽs Roma. ſpoliatos ꝑteriter & primi qdẽ cẽſules inclinatis capitibus fuerunt ſub iugũ: tũ vt' quiſq; gradu primus erat dignitatis. & hãc ignominiam primus fuit. ¶ Maioribus natu: qa per ſucceſſionẽ res geſtę & hiſtoriæ habebanẽ. Rarus enim erat vſus literarũ apud antiquos: quãuis omnes ſcirent loqui latine. Plato qui ſciẽdi gratia ferme terrarũ orbem peragrauit: & Pythagorari nomine in Italiam venit: & Tarenti Architam: Thimeũ: Areonemq; magna ſapientia viros agnouit. ¶ Sapientia: quia vt ait Vale. Blandum malum luxuria: quod reprehenditur facilius q̃ vitaẽ. ¶ Habendam gratiam: habere enim gratiam eſt animo: referre munere: agere verbis. Cice. in epi. ad Vatinium. Nec enim tu mihi mõ gratiam habuiſti ſed accumulatiſſime retuliſti. Vt id: ſcilicet voluptas.

ASCE. ¶ IPSE iubebat fingere animo. i. per imaginationem cõſtituere aliquem incitatum tanta voluptate corporis: quanta maxima poſſet precipi: ſcilicet ab aliquo: & cẽſebat fore dubium nemini quin talis tãdiu: ideſt tantiſperdum gauderet ita: ideſt ſic immoderate nihil poſſet agitare mente. Et nihil poſſet conſequi: ideſt complecti & comprehendere ratione: & nihil cogitatione. Quo circa cenſebat nihil tam deteſtabile & tam peſtiferum q̃ voluptatem. ſiquidem ideſt quandoquidem ea cum eſſet maior: ideſt intenſior: & longior: ideſt diuturnior extingueret omne lumen animi: ideſt intellectus & rationis. Hæc cum &c. Proſequitur narrationem ſuam: qua probat quam execranda ſit voluptas beluina quæ a ſenectute minus percipiatur dicens. Nearchus qui dicitur notus princeps hoſpes noſter Tarentinus ideſt a quo cum Tarẽti eſſem hoſpitio accipiebat dicebat ſe accepiſſe. i. audiuiſſe. A maioribus natu, ideſt a ſenioribus Architam locutum ſupple eſſe hæc cum Caio Pontio ſamnite pater eius. ſ. ſamnitis, a quo Publius poſthumius, & Titus Veturius cõſules Romani ſunt ſuperati. Tũc ſupple cum quidem. i. certe. Plato Athenienſis. ſ. philoſophus interfuiſſet ei ſermoni quem ſcilicet Platonem ego reperio: ſcilicet in monumentis librorum veniſſe Tarentum Lucio Aemilio: & Appio Claudio conſulibus. Sed ſupple quæretis forſan quorſum hæc ſup. tendat, & reſpondit vt intelligatis ſi non poſſumus aſpernari. i. contemnere voluptatem ratione, & ſapiẽtia: magnã gratiã eſſe habendã ſenectuti quæ efficeret vt ſup. id non liberet (media longa alibet) ideſt nõ inepte placeret nobis: ſcilicet indulgere voluptati: qđ non oporteret: ideſt non deceret.

pestiferũ

Vna via erat præter oram superni montis quæ tutior erat sed lõgior Altera per furcas caudinas breuior Ca. põti'

Valerius Cicero

Impedit enim, conſilium voluptas rationi inimica, ac mentis, vt ita dicam, præſtringit oculos: nec habet vllum cum virtute cōmercium. Inuitus quidem feci, vt fortiſſimi viri. T. Flaminii fratrem. L. Flaminium a ſenatu eiicerem ſeptem annis poſtq̄ conſul fuiſſet: Sed notandam libidinem putaui, Ille enim cum eſſet conſul in Gallia exoratus eſt in conuiuio a ſcorto, vt ſecuri feriret aliquem eorum, qui in vinculis eſſent dānati rei capitalis. hic Tito fratre ſuo cenſore, qui ꝓximus ante me fuerat, elapſus eſt. Mihi vero & Flacco neutiq̄ probari potuit tam flagitioſa, & tam perdita libido, quę cum probro priuato coniungeret imperii dedecus. Sæpe a maioribus natu audiui, qui ſe porro pueros a ſenibus audiuiſſe dicebant, mirari ſolitum Caium Fabritiū, quod cum apud regem Pyrrhum legatus eſſet, audiſſet a Theſſalo Cinea Athenis quēdā eſſe, qui, ſe ſapientē profiteretur, eūq; dicere omnia, q̄ faceremus ad voluptatem eſſe referenda. Quod ex eo audientes Manium Curium & Titum Coruncanū

PET. MAR. ¶ CONSILIVM: mētem: rationē, & rectā viā. ¶ Aciem acumen. ¶ Præſtringit: hæbetat, & retundit. ¶ Vt ita dicā: vt per quandam tranſlationem & ſimilitudinem loquar. nā præſtringere proprie eſt antecludere atq; obtenebrare. inde præſtigiatores & præſtigiæ illuſores & deceptiones. ¶ Cōmercium: ſocietatē & cōuenientiam quoniā eſt vt meretrix & virtus matronali pudore cēſetur. ¶ Notandā: cenſoria notā & ignominia puniēdam. ¶ Libidinem: nefariam cupiditatē voto meretricio emancipatam. ¶ Feriret & ſecuri: trūcaret. ¶ Rei capitalis: criminis morte digni. ¶ Proximus: vltim⁹ poſt quem alius nō fuerat. ¶ Neutiq;: nequaquā: nullo modo. ¶ Probari: tolerate. ¶ Flagitioſa: ſcelerata. ¶ Perdita: diſſoluta: intolerabilis. inde pditi mores quaſi mortui irrecuperabiles: irreparabiles & audacia pdita quæ frōtis pudorē penitus amiſit. ¶ Probro priuato: domeſtica: & ſua turpitudīe. ¶ Imperii dedecus: cōſulatus infamiā: & publicę dignitatis notam. ¶ Porro: certe. ¶ Legatus: deſtinatū ad eū a ſenatu vt de redimendis captiuis ageret quos ſine pretio Pyrrhus remiſit. ¶ Theſſalo: cineas inquit Suidas fuit vnus præfectorum a Philippo theſſalis negociis. Cineas dicit Plini. Pyrrhi regis legatus ſenatui & equeſtri ordini Romæ poſtero die q̄ aduenerat nomina reddidit. ¶ Quendam: Epicurum: qui ad voluptatem omnia retulit: & ante ipſum Ariſtippus. ¶ Profiteretur: affirmaret ſe eſſe philoſophum: & quidem ſua opinione ſummum cum in vitæ propoſito atq; ordine hallucinar tur ac deliraret. ¶ Referenda: reducenda: & dirigenda: ideſt voluptatem eſſe finem ad quem natura contenderet, quod eſt abſurdiſſimum & non viri decretum ſed meretricis.

MAR. PHIL. ¶ IMPEDIT: a ligatis pedibus ſicut a ſolutis expedit tractū eſt. ¶ Conſilium: declaratio rerum faciendarū. ¶ Vt ita dicam: modus loquendi quo vtimur: quando aliquid improprie dicimus. Vt nunc oculos mentis. cū proprie oculi ſint capitis. ¶ Perſtringit praeoccupat. inde præſtigiatores dicuntur iſti: qui faciūt videre res quæ nō ſunt in eſſe. ¶ Cū virtute cōmercium: cōmunicationē, & conſuetudinē virtus ſpernit dulcia: & voluptas amat ea quæ ſunt ſuauia: & virtuti qdē labores & ſudores multi ſunt dulcia: vt Lu. ix. Serpens eſt ſitis ardor arenæ. Dulcia virtuti ſunt: & ſunt quidem verba alterius Catonis. ¶ Inuitus feci: poni qd mali conſecutū eſt ex voluptate: & qd ipſe fecit contra Lælium flaminiū voluptuoſum. L. Fla. frater Titi Flaminii: de quo diximus in principio fuit conſul in Gallia Ciſalpina apud Placentiā: & cū ibi ſuū ageret cōſulatū cuiuſdam meretricis amore inductus quēdā hominem interfecit quē in carcere detinebat: cum illa dixiſſet nunq̄ vidiſſe mortem hominis: & cupidam eſſe videre. qđ contra legem: & iuſtitiam fecit ꝓ voluptate: qa ipſum interfecit nō debit loco & tempore determinato, ſed in quadā porticu: ſine officio debito: quāuis ille mortē meritus eſſet: & quia eo tempore frater ſuus Titus Flaminius erat cenſor non fuit illis annis reprehenſus: ſed poſtmodum finita fratris cenſura, qui durabat per quinq; annos, Cato, factus eſt cenſor: qui Lucium Flaminiū ꝓ illo ſcelere puniuit: q eū de ſenatoria dignitate deiecit. ¶ A ſenatu eiicerem: ſenatoria dignitate eū priuarem. ¶ Notandā: infamiæ dādam. Nam nota eſt infamia. ¶ Ille enim: ſcilicet. L. Flaminius, ¶ In Gallia: ſcilicet Ciſalpina apud Placentiā: duæ enim ſunt Galliæ: Ciſalpina & trāſalpina. ¶ A ſcorto: meretricio: hoc ſcortū ſcorti: & vtriuſq; gnis eſt. ¶ Fratre ſuo: dictus enim frater q̄ſi fere alter. ¶ Elapſus eſt: euaſit pœnam: & nullum de eo verbū factum ē. ¶ Mihi & Flacco: q cenſores facti fuerūt poſt cēſuram Titi Flami. ¶ Imperii dedecus: quia imperio Ro. magnū dedecus erat: vt qui erant cū magiſtratu talia voluptuoſa facerent. ¶ Maiorib⁹ natu: qa vt dixi mus ratus erat literarū vſus. ¶ Apud Pyrrhū legatus eēt: qñ. ſ. Pyrrhus erat Imperator Terentinorum. i. ductor eorū exercitus cōtra Ro. vt diximus. ¶ Cinea theſſalo: de theſſalia: iſte aūt Cineas præceptor fuit Pyrrhi & pclarus phus cū recitaſſet aliquas phorum opiniones: & ſtoicorū ſummū bonū in virtute ponentium: inter eas quoq; referebat opinionem Epicurei cuiuſdam Athenēſis eo tpe viuētis: per quod profitebatur ſe eſſe ſapientē ſummū bonum in voluptate ponebat: & talia dicenti affuit. C. Fabritius legatus Romano. quē ſolitū mirari de hac re dicebat: q oia. ſ q̄ facerem⁹ ad voluptatē eſſe referēda illi⁹ Epicurei opinione

Notanda eſt īfamia

Frater

Cineas pceptor Pyrrhi & preclarus philoſophus Ca. Falegs. Ro.

ASC. ¶ ENIM pro qa: voluptas inimica rationi impedit conſilium. i. conſultationem: & præſtringit. i. faſcinat quodam modo quaſi arte præſtigiatoria: oculos, vt ita dicam: mentis, nec habet vllum cōmercium. i. rationem & ſocietatem: vt habent commercantes inter ſecum virtute. Quidem. i. certe. ego feci inuitus. vt eiicerem. i. (vt Valla adnotauit). inuitus eieci ſenatu Luciū Flaminiū fratrem Titi Flaminii viri fortiſſimi, cuius mētio facta eſt in principio huius operis: ſeptem annis poſtq̄. ſ. Lucius fuiſſet conſul: ſed putaui. libidinē eius notādā. i. nota infamiæ. Et eiectionis e ſenatu taxandam. Enim pro quia ille. ſ. Luc. frater Titi cum eſſet cōſul in Gallia. ſ. Ciſalpina apud placentiam exoratus eſt. i. precibus inductus. (Nō aūt legit exhortatus eſt) in conuiuio a ſcorto. i. meretricula aut puero exolero: quo ætas illa abutebatur: vt feriret. i. percuteret ſecuri aliquē. i. quemlibet. i. quēuis vnum eorū qui eſſent in vinculis damnati rei capitalis. i. ad capitis amputationē pertinentis, Hic. ſ. Lu. eſt elapſus. ſ. a nota infamiæ. Tito. ſ. Flaminio fratre ſuo cēſore qui fuerat. ſ. cenſor ꝓximus ante me. Vero pro ſed libido tam flagitioſa & tam perdita quæ cōiungere dedecus imperii: quod tunc gerebat cum probro. i. turpi facinore & ignominioſo vituperio priuato. i. pprio & hominis priuati, Neutiq;. i. ex nulla parte potuit pbari. i. approbari mihi & Flacco: quibus promiſſa data eſt cenſura. Sępe &c. Cōfirmat aliorū quoq; auctoritate q̄ deteſtanda ſit voluptas dicēs. Ego audiui ſępe a maioribus natu. i. a ſenioribus: qa pauca erāt a Romanis tūc ſcripta. Qui dicebāt ſe porro. i. prorſus vel longe ante ſeu oino pueros audiuiſſe a ſenibus Caiū Fabritiū imperatorē illū Romanū a cōtinētia & abſtinētia laudatiſſimū: ſolitū mirari q cū eſſet legatus apud Pyrrhum regē. ſ. epirotarū audiſſet a Cinea philoſopho: & præceptore Pyrrhi theſſalo. i. in theſſalia nato eſſe quēdā. ſ. epicurū: quē vt literarū imperitior, aut vt noie indignū nō noiat Athenis: q pfiteret ſe ſapientē: & eū dicere oia quæ faceremus eſſe referenda. i. dirigenda tanquā ad finem ſummum bonū ad voluptatē. Non tn̄ voluptatē corporis amplexus eſt. Q d. i. quā rem. ſ. talē philoſophū eſſe Athenis dicebant Maniū Curiū & Titum Coēūcanū: quorū in libro de amicitia mentio facta eſt: audientes ex eo. ſ. Fabritio.

¶ Samnitibus

optare ſolitos, vt id ſamnitibus, ipſiq; Pyrrho perſuadeſetur: quo facilius vinci poſſent. cum ſe voluptatibus dedidiſſent. Vixerat Manius Curi⁹, cũ publio Decio, qui quinquennio ante eum conſulem ſe pro republica quarto cõſulatu deuouerat. Norat eundem Fabritius: norat Corũcanus. qui tum ex ſua vita, tum ex eius, quem dico, P. Decii facto iudicabant eſſe aliquid profecto natura pulchrum atq; præclarum, quod ſua ſponte peteretur, quod ſpreta, & contẽpta voluptate optimus quiſq; ſequeretur. Quorſum igitur tã multa de voluptate: quia non modo vituperatio nulla: ſed etiam ſumma laus ſenectutis eſt, quod ea voluptates nullas magnopere deſiderat. Caret epulis extructiſq; menſis, & frequẽtibus poculis, Caret ergo vinolẽtia, cruditate, & in ſomniis Sed ſi aliquid dandum eſt voluptati, quoniam eius blanditiis nõ facile obſiſtimus,

PET. MAR. ¶ SAMNITIBVS: de qbus Curius triũphauit. ¶ Deuouerat: morti ſe addixerat ꝓ Romanis legionibus ad veſeti cãpaniæ vt diffuſe narrat Liuius libro octauo: Coruncanus primus e plebe factus eſt põtifex maximus. ¶ Ex ſua vita: graui ac ſeuero vitæ ſuæ tenore. fuit enim moderatiſſimus. ¶ Facto: conſtanti deuotione ac morte: qppe q nõ ad voluptatẽ reſpexit: ſed honeſtatẽ: gloriã: dignitatẽ: ac cõpendium cui vel atroci morte conſulendũ duxit. ¶ Natura: naturali quadã ꝓprietate ac dote ſemota penitus voluptate corporis. ¶ Pulchrũ: honeſtum: & decorum: qđ eſt maxime e natura. ¶ Præclarũ: illuſtre: excelſũ. ¶ Sua ſponte: ꝓpria natura & q̃litate circa quẽpiam voluptatis illecebrã. ¶ Sequeret: appeteret: reſpiceret: & cõſequeretẽ vt bonũ ſummũ vel potius ſolum. Idẽ Cicero in vltimo de finibus agens de innata cupiditate ſciendi dicit. Atq; hoc loco q pp animi voluptates dicũt coli ea ſtudia quæ dixi non intelligunt iccirco ea eſſe propter ſe expetenda ꝙ nulla vtilitate obiecta delectent animi: atq; ipſa ſcientia etiam ſi incõmoda datura ſit gaudeant. ¶ Epulis: publicis conuiuiis & frequentibus. ¶ Extructis menſis: longo ac multiplici ordine concinnatis: atq; magnificis. ¶ Frequentibus: denſis & crebris vt in magnis celebritatibus fieri ſolet cum ſe conuiuæ prouocant viciſſim ad bibendũ. hæc dicta ſunt per quandã obiectionem qua potuiſſet is vti qui ſenectutẽ ob id taxat quoniam talibus careat voluptatibus. Cato autẽ id omne in laudem retorquet ſenectutis. caret inquit his malis quibus hi laborant qui tales epulas menſaſq; ſectantur. ¶ Vinolentia: ebrietate ſpiritus fœditate. ¶ Cruditate nauſea: in digeſtione marceſcẽtiq; ſtomacho. cruditatis ſigna ſunt ructus graue. virus animæ. ventris ſonitus ciborumq; faſtidia crudi dicuntur q male cibos digerunt. ¶ Inſomniis: viſis nocturnis, & variis imaginatiõibus quas vinolentia excitat. vnde idem Cice. i primo de diuinatiõe dicit: cum dormientibus ea pars animi quæ mentis & rationis ſit particeps ſopita langueat: illa autem in qua feritas quædam ac agreſtis immanitas cum ſit imoderato obſtupefacta potu atq; paſtu exultare eam in ſomno imoderateq; iactari. itaq; huic omnia viſa obiiciuntur ratione vacua. ¶ Dandũ tribuendum dummodo ſeruetur modus. ¶ Blanditiis: illecebris & ſuauitatibus quas ab infantia cum lacte guſtauimus & aliis innatus nobis affectus non facile extruditur. ¶ Obſiſtimus: repuguamus.

MAR. PHIL. ¶ OPTARE ſolitos: ita ꝙ vtinam diceret: vt ſamnites: & ipſe Pyrrhus hæc crederent, omnia. ſ. eſſe referẽda ad voluptatem: quia facilius ipſos vincerent: ſi voluptatibus ſe darent: quæ ſunt contra omnem virtutem. ¶ Publio Decio duo fuerunt Decii: pater & filius, qui ambo ſe pro republica deuouerunt. Decius autem pater in bello latino: vt inqt Plinius poſitis apud veſerim fluuium caſtris: cum ſibi & Manlio Torquato collegæ ſomnio obueniſſet eos fore victores: quorum dux in prælio decidiſſet: cum collato cum collega ſomnio conueniſſet: vt cuius cornu acies laboraret: diis ſe manibus voueret: inclinante ſua parte ſecum hoſtiũ exercitu per Valerium pontificem diis manibus deuouit: impetu in hoſtes facto victoriam ſuis reliquit. P. vero Decius Decii filius de quo nũc agitur conſul cum Fabio Maximo cum Galli ſamnites: vmbri: thuſci contra Romanos conſpirarent ibi exercitu in acie ducto: cornu inclinante: exemplum patris imitatus aduocato Mar. Liuio pontifice haſtæ inſiſtens ſolemnia verba reſpondens: ſe & hoſtes diis manibus deuouit: impetu in hoſtes facto victoriam reliquit ſuis: corpus a collega laudatum magnifice ſepultum eſt: hoc autem non fiebat pro voluptate: ſed pro virtute: ergo qui dicebant virtutem eſſe par voluptatem errant: ꝗ ſi virtus per voluptatem eſſe: virtus quidem eſſet ſerua voluptatis: quod eſt, falſum. ¶ Quod ſua ſponte: vt fecit ipſe Decius: nõ per voluptatem: ſed ſponte: & tunc eſt nomen: quia & genus & caſum habet ſicut forte. Dum mane nouum: dum gramina canent. Perſius. Nempe hoc aſſidue iam clare mane feneſtras intrat. ¶ Spreta: & contempta. quod ſpernere eſt eiicere: & deſpicere. ¶ Cõtemnere: eſt de aliquo nullã exiſtimationẽ hẽre. ¶ Quorſum: hæc cõcludit qđ male ſentiunt qui ſenectutem vituperant: quod careat voluptate cũ magis in eo ſit laudanda q̃ vituperanda: & ei habendæ gratiæ immortales. ¶ Caret epulis: antipophora ab aduerſariis facta quod ſenectus non poteſt ſe implere epulis propter debilitatum ſtomachum & caret iſtis ſumptuoſis cõuiuiis quæ dicuntur oppipara: bene inquit epulis. Sunt enim epulę hominum: dapes deorum. ¶ Caret etiam: reſpondet obiectioni factæ: tu dicis ꝙ ſenectus caret epulis extructis menſis & poculis: ergo caret vinolẽtia & ebrietate: & indigeſtione: & ineptitudine ſomniorũ: qđ eſt laudabile & non vituperabile. ¶ Vinolentia: a vino: & lento. Lentus autem in compoſitione ſignificat plenum: vt temulentus: vinolentus plenus vino. ¶ Cruditate: indigeſtione. Iuuena. Et crudum pauonem in balnea portas: hoc eſt indigeſtum. ¶ Sed ſi aliquid. Ordo eſt: ſi aliquid eſt dandum voluptati q̃q̃ immoderatis &c. Cætera dicta ſunt per parentheſim.

Perſius *Spernere* *Cõtẽnere* *Epulæ* *Dapes* *Vinolentia.* *Cruditas* *Iuue.*

ASCE. ¶ SOLITOS optare: vt: ideſt ad voluptatem omnia referenda eſſe perſuaderentur ſamnitibus tunc hoſtibus Romano imperio & Pyrrho ipſi apud quem talia dicebantur. Quo. i. ideo vt poſſent facilius vinci cum dedidiſſent ſe voluptatibus. Manius Curius vixerat cum Publio Decio qui deuouerat, ſe ideſt morti addixerat. & ex voto mortem obierat pro republica quarto conſulatu quinquẽnio: ideſt per ſpacium quinq; annorum ante eum cõſulem, ideſt antequam ipſe Manius eſſet conſul. Fabritius norat eundem ſcilicet Curium: & Corũcanus norat eundem qui iudicabant. Tum: ideſt partim & ſua: ideſt propria vita: tũ ideſt partim aut ſimul ex facto eius Decii: quem dico: ſcilicet ſe deuouiſſe eſſe aliquid pulchrum natura: atq; præclarum quod peteretur, ideſt expeti deberet ſua ſponte, ideſt propter ſe & ex ſua natura: & ꝙ optimus quiſq;, ideſt ois vir bonus ſequeretur ſpreta & contempta voluptate. Id autem eſt bonum honeſtum de quo in officiis late diſputatũ eſt. Igitur quæreris forſan: quorſum, ideſt ad quam intentionem cum multa diximus de voluptate: & reſpõdet Cato, quia non modo, ideſt non ſolum nulla vituperatio, ſed etiam ſumma laus eſt ſenectutis, ꝙ ea, ſcilicet ſenectus nullas voluptates deſiderat magnopere. Caret enim epulis & menſis extructis, ſcilicet oppipare, & poculis frequẽtibus & ergo caret vinolẽtia, ideſt ebrietate, & cruditate, ideſt indigeſtione: quæ prouenit ex nimia ingurgitatione ciborum, & inſomniis, ideſt in fantaſmaticis viſionibus his, qui cerebro laborant apparere ſolitæ. Sed ſi dandum, ideſt concedẽdum eſt aliquid voluptat (quoniam non facile, ideſt difficulter obſiſtimus blanditiis eius,)

Plinius P.D.D *Filius Mar. Liuius*

Quam ſerpentem multiplici lapſu, & erratico, ferro amputans coercet ars agricolarum, ne ſilueſcat far mentis & in omnes partis nimia fundatur. Itaque in eunte vere in iis quæ relicta ſunt, exiſtit tanquam ad articulos ſarmētorum, ea quæ gemma dicitur, a qua oriens vua ſe ſe oſtendit; quæ & ſucco terræ & calo re ſolis augeſcens primo eſt peracerba guſtu: deinde maturata dulceſcit: veſtitaq; pampinis nec modico tepore caret: & nimios ſolis defendit ardores. Qua quid poteſt eſſe, tum fructu lætius, tum aſpectu pul chrius? Cuius quidem non vtilitas me ſolum: vt an te dixi: ſed etiam cultura: & ipſa natura delectat. Ad miniculorum ordines: capitum coniugatio; religa tio: propagatio: vitium ſarmentorumq; ea quam di xi aliorum amputatio, aliorum immiſſio. Quid ergo irrigationes quid agri foſſiones? repaſtinationeſque proferam? quibus fit multo terra fœcundior? Quid de vtilitate loquar ſtercorandi? Dixi in eo libro: quem de rebus ruſticis ſcripſi: de qua doctus Heſiodus ne verbum quidem fecit: cum de cultura agri ſcriberet. At Homerus: qui multis, vt mihi videt̄, ante ſeculis fuit, Laertem lenientem deſiderium quod capiebat e filio: colentem agrum: & eum ſtercorantem facit.

poſtulat. ¶ Stercorandi, qd fit p ſtercus ſparſum ſupra. ¶ Quē de rebus ruſticis ſcri pſi. Cato. n. librū vnū d' agri cul. ſcripſit, q adhuc inuenit̄ & in eo tractauit de vi agri culturæ vtilitate ſtercorādi Vñ accuſat Heſi. poetā græ cum, q de agricultura ad fra trē perſam ſcripſit librū, quē ἔργα καὶ ἡμέραι inſcripſit qd in carmine Georg. inſeruit. Quid faciat lætas ſegetes: hoc eſt quo ſidere terram. in quo nullā fecit mentionē de ſtercorādis agris, quod eſt in arte agriculturę potiſſimū. ¶ Doctus, in eo qd dixit do ctus momordit eū. ¶ Ne ver bum quidē: notanda eſt hæc locutio. quod cum ponit̄ me ſemp quidem eſt tertium, vt nunc ne verbū quidem. ¶ At Homerus: adhuc ne diceret aliqs ſpro Heſi. q ad illud tempus non erat vſus ſterco rationis: & ideo de eo nō di xit: cōmemorat Homerum

fulcrorũ e pulis & harundinibus vt loci fert natura. ¶ Ordi nes: verſus. ¶ Coniugatio: connexio. multæ ſunt ſpecies vi nearum inquit Varro aliæ humiles & ſine capicis. aliæ ſubli mis, & iugatæ quarū nomina duo pedamenta & iuga: qui bus ſtat recta vinea dicuntur pedamenta. quæ trāſuerſa iun guntur iuga ab eo quoq; iugatæ uineæ. ¶ Immiſſio, exten ſio, & diffuſio per iuga & tabulata. ¶ Repaſtinationes, reno uationes: paſtinum dicit Columela eſt ferreum ſiue ligneū inſtrumentum biſurcum quo uites panguntur: ideſt ſingun tur, ide paſtinata uinea dicta, & repaſtinata quæ iam exhau ſta iterum foditur & pangitur. ¶ Boetius, ex aſcra uico ad heliconem boetiæ montem ſcripſit Heſiodus ad perſen fra tem de agricultura libros duos & opera inſcripſit & dies. ¶ Vt mihi uidetur, Heſiodus tñ ſcribit ſe trāmiſiſſe in eubo cam inſulam ad poeticam certamen eo tempore quo claſis græcorum in aulide ad bellum troianum profectura cōue nerat, ergo multo ante Homerum fuit qui bellum troianū poſtea cecinit. ¶ Lenientem conſulatem mitigantem Vlyſ ſe filio cupiditatem

de ea re mentionem feciſſe in odiſſæa: ut paret de Laerte Vlyſſis parte. Sed in magna dubitatione fuit: & eſt tam apud latinos q̃ apud græcos qs fuerit ante Home. an He ſiodus. & ideo nunc dicit Cato ut mihi uidetur, ut inquit Euſebi. quidam Homerum & Heſiodum temporibus fuiſ ſe aiunt, quibus Vlyſſis partem Laertem. Deſiderare: abſen tiam, ut ante diximus.

MAR. PHIL. ¶ QVam. ſ. uitē extendum & explitatem ſe per ramos multiplici & uario lapſu. ¶ Amputās: ſuperflua demē & pu rā redens. Vñ dicunt purum aurū. i. purum. ¶ In ois actus qd eſt pluralis numeri. ¶ Partius eſt & alia regula q noia in ris noiatiuo potius in is q̃ in es faciunt accuſatiū pluralem. Vel oia noia quæ in genitiuo plurali in ium faciunt. ¶ Ineū te: incipiēte hic nouo uere: qa dr̄ nouum; adultū, & pceps. ¶ Exiſtit: eminet: ab extra & ſiſto. ¶ Articulos: digitos, qui ſi cut digiti flectunt̄. ¶ Gēma, q̃ oculos ramorum dicunt: qñ in vere incipiūt apparere, ut Virg. in Geor. ii. Nā quæ de me dio trudunt ſe cortice gēmæ. ¶ Succo terre. de calore ſolis: qa ab his oriunt̄ cuncta duobus, ut inqt Oui. ¶ Peracerba: īmatura. Vñ uocant̄ ophaces uuæ quæ nondum maturę ſūt & uinū ophacium. ¶ Pāpinis: palamitibus. ¶ Fructu lætius, aſpectu pulchrius: bñ maritauit hęc uerba qa fructus læti ficat hoies: pulchritudo mutet ut pulchra mouēt oculos. ¶ Cultus: ars ipſa colēdi. ¶ Adminiculorū, ualorũ & cānarũ (Ampu tans) (Gemma.) (ophaces Vua)

ASCē. ¶ QVAM. ſ. uitē ſerpentē. i. compreſſe ſe extendentē: ut fa ciunt ſerpētes. ¶ Eſt aūt hic ſerpentē participiū. lapſu multi plici. in uarias ptes, & erratico. i. incerto & uagabundo ars agricolarum amputās. i. reſecans ferro coercet ideſt conſtri git & coibet ne luxuriet: & ne ſarmentum. i. palmes ipſe ſil ueſcat. i. fiat ſilueſtre aut ſilueſter: & ne fundat̄ nimia in cēs ptes. Itaq; ineunte uere. i. qñ eſt principium veris: exiſtit. i. ſupſtes eminet in iis q̃ ſunt relicta tanq̃ ad articulos ſarmē torũ. i. q̃ſi ad digitos palmitū: ea quę dr̄ gēma: ad ſimilitu dinem gēmaꝝ quæ pminent in digitis hoiumra qua gēma vua. i. botrus ſeu racēmus oriones oñdit ſeſe. i. ſeipſam, quæ vua augeſcem & ſucco. i. bono & naturali humore terræ & calore ſolis, eſt primo peracerba. i. valde acerba guſtu: aut i: guſtu ſi eſt nomen: aut dum guſtat̄ ſi ſupinū eſt. deinde ipſa vua dulceſcit maturata. i. poſtquā eſt matura effecta: & ueſti ta. i. coopta pāpinis. i. frōdibus vitium: nec caret tepore mo dico. i. tpato calore & defendit p pāpinos. i. a ſe arcet nimi os calores ſolis. Qua: i. vitena ſic diſpoſita, qd pōt eſſe: tū. i. ſimul lætius fructu. i. pp fructū. tum. i. ſimul pulchrius aſpe ctu. q. d. nihil, utpote: cuius non ſolū utilitas ut dixi, añ: ſed ēt cultura: & ipſa natura q̃ ſponte q̃dā pducit & dellectat me. Ordines adminiculorũ. i. uallorũ aut perticarū quibus ſu ſtentant̄. cōiugatio capitū. ſ. duarū vitium inter q̃s medius eſt hoi trāſitus: religatio ſup. vitiū: propagatio. i. extēſio p creationis: & ea q̃ dixi, amputatio aliorū. i. aliquorũ ſarmen torū. i. purgamentorū vitium aliorũ immiſſio. i. inclamatio. Quid ergo pferā irrigationes per imiſſas aq̃s in pdia: aut prata: aut ſilia loca: qd ſup. pferā foſſiones agri & repaſti nationes. i. radicū aptiones ad repaſionem quodā modo fu

turã:qbus.ſ.rebus terra ſit multo fœcũdior. Quid loquar de vtilitate ſtercorãdi.i.mitendi ad romos nudatas ſimũ. Ego dixi in eo.libro quẽ ſcripſi de reb⁹ ruſticis: de qua Heſiodus doctus.ſ.poetane verbũ quidem vnũ fecit cum ſcriberet de cultura agri:cuius opus latine dici põt opera & dies. At Homerus q fuit multis ſeculis ante.ſ. Heſiodum:vt videt̃ mihi.qđ bene additur quia ſunt qui aliter ſentiant: vñ.A.Gellius li.xvi.de Homero & Heſio. inter oẽs ferę ſcriptores cõſtitit ætatem eos egiſſe: vel iiſdem fere tẽporibus: vl̃ Homerũ aliquãto maiorẽ: vtrumq tñ ante romã conditam vixiſſe: facit Laertẽ patrẽ Vlyſſis leniẽtem.i.mitigantem deſideriũ quod capiebat e filio.ſ.ſuo Vlyſſe : q poſt bellũ troianũ qđ decem annos durauerat: alteros decẽ in errore viarũ fuit: colentẽ agrũ & ſtercorãtẽ.i. ſimo & ſtercore puriorem facientem eum.ſ.agrũ.

nem alicuius literę. ¶ Inſitiones: impoſitiones ſurculorũ de vna arbore in aliam. ¶ Et ſenectus eſt natura loquacior: re vera ſenes ꝓpter experientiã multarũ rerum & copiam. ¶ Eã ſenectutem. ¶ Vindicare, liberare. ¶ Mar. Curius: ſubiicit exemplũ præclarũ: vt probet maximã agriculturam eſſe uolupcatem. Cuius enim præſtantiſſimus ciuis Romanus præclariſſimus fuit imperator, q paruo contẽtus erat. Triumphauit de ſamnitibus ſabiniſq Pyrrho: & poſtea in villa ſua contẽnens diuitias maxima cum paupertate viuere voluit: a deo q ſemel eſt inuẽt⁹ in foco apud ignẽ coquentẽ rapas, q̃ res ſamnitum peruenit ad aures: & ad ipſam q̃ primũ magnum põdus auri miſerunt qđ neglexit: vt patet in textu. ¶ De Pyrrho: q pro Tarẽtinis militauit: vt diximus. ¶ Triumphaſſet, eſt.n. triumphus honor victoriæ habitæ: q fiebat cũ curru & equis albis: cũ maxima laude: & cũ clangentibus tubis, & oĩ genera muſicorũ: victori romã reuerenti, quẽ duplicẽ eſſe diximus. ¶ Cuius, Curii. ¶ Villã. domũ & habitationes ruſticanam dictam a vehendo: q illuc vehitur quicqd in tota rure colligit̃, aut dictam Vallis quib⁹ circũdatur, & differt a rure. qa rus eſt ipſe ager in quo eſt villa. ¶ Contẽplans: q̃ſi quãdam religionem, quia nihil in eo erat ſplẽdidi: cũ magnificæ villæ antea fuiſſent. ¶ A me.i. a rure & villa mea, qa erant vicini prædiis & villæ, & ẽ modus loquẽdi, quo multũ vtitur. ¶ Admirari, cũ laude uirtutis. Continentiã, qui paruo cõtentus: & diuitias vili pendebat. ¶ Eſt aũt continentia quam cupiditas cõſilii rõne regitur: vt inquit Cicero & eſt ſpecies temperantiæ.

Nec vero ſegetibus ſolum, & pratis, & vineis, & arbuſtis res ruſticæ lætæ ſunt. Sed pomariis etiam, & hortis: tum pecudum paſtu, & apum examinibus, florum omniũ varietate. Nec cõſitiones modo delectãt, ſed ẽt inſitiones, quibus nihil inuenit agricultura ſollertius. Poſſum perſequi multa oblectamenta rerũ ruſticarũ: ſed ea ipſa quæ dixi ſentio fuiſſe lõgiora. Ignoſceris aũt, nam & ſtudio rerum ruſticarum prouectus ſum & ſenectus eſt natura loquatior, ne ab omnibus eam vitiis videar vendicare. Ergo in hac vita. M. Curius cũ de ſamnitibus triũphaſſet: & de Pyrrho cõſumpſit extremum tempus ætatis: Cuius quidem villam ego contẽplans (Abeſt enim non longe a me) admirari ſatis non poſſum, vel ipſius hominis continentiam,

PETR. MAR. ¶ Segetibus: frugibus. ¶ Arbuſtis: maritis vineis. eſt aũt arbuſtũ ordo arborũ ad maritandas vites. & arbuſtare agrum eſt illum conſerere arboribus. Arboreta inquit Gelius ignobilius verbum eſt. arbuſta celebratius. ¶ Lætæ: habitũ dantes, & fertiles. ¶ Pomariis, arboreis fructibus. pomaria dñr loca pomiferis arboribus diſtincta. nec nõ pomorũ repoſitoria. ¶ Paſtu: cibatione in his locis quæ aratro nõ tangunt̃. & ſic tãgit oĩs rei ruſticæ partes. hẽt illa ſ. quidẽ cultum agrorũ & vineardũ pecuariam. & villaticas paſtiones iter quas apes gallinæ & cætera id genus aialia. ¶ Examinibus: cetibus: et ſobole. ¶ Conſitiones: cõplantationes, & ſeminationes: a conſero .i. terræ admoneo & ſemino. ¶ Sollertius: ingenioſius, acutius. Inſitionem ingt Plinius caſus docuit ad hũc modũ. Agricola ſedulus caſam ſepius muniẽto cingẽs quo minus putereſcerẽt ſudes limen ſubdidit ex hedera. at ille viuaci morſu apprehenſe ſuã ex alieno fecere vitam apparuitq truncum eſſe ꝑ terra. ¶ Perſequi: narrare. ¶ Studio: amore & cura. ¶ Prouectus, extẽſus & elatus. ¶ Natura: & ſuaſpõte & peculiari q̃dam ſorte. ¶ Vitiis: mendis & malis qualitatibus. ¶ Vindicare: liberare: atq aſſerere. ¶ De ſamnitibus: populis incolẽtibus ſamnium. curius dẽtatus cõſul auctore Liuio ſamnitibus ceſis & ſabinis qui rebellauerãt victis, & in deditionem acceptis bis in eodẽ magiſtratu triũphauit: qui cũ delectũ hẽret eius q̃ ciuitatus non rñderat bona vẽdidit. pyrrhũq vicit & Italia expulit. ¶ Villã: ruralẽ domum quę fũdo rñdere debebat modus hic ꝓbatur ingt Plinius vt neque fundus villam quęrat. neq villa fundum. quo in genere ceſoria caſtigatio erat minus arare q̃ verrere. ¶ Contemplans cõſpiciens: conſiderans. ¶ Cõtinentiam: frugalitatem & temperantiam. Manii qdem Curii dicit Plinius poſt triũphos nota concio eſt perniciosum intelligi ciuem cui ſeptem iugera nõ eſſent ſatis.

MAR. PHIL. ¶ NEC vero nunc tangit illa quatuor gña agrorũ quæ diximus. ¶ Segetib⁹: e terris a ſerẽdo vel a ſemine: vt inqd Virgi. Maro. Quid faciat lætas ſegetes. ¶ Et pratis: q̃ dicta ſũt quaſi parata: qđ ſine opere parata ſunt: qbus nihil põt nocere, & ſunt ſine labore agricolarũ. ¶ Vineis: vineæ a vite dictæ ſunt ſicut & vineta. ¶ Pecudũ paſtu: ingt Varro de lingua latina ad Ciceronem, & ſtandi fundamentum pars a quo dr̃ in ædificiis area pares magnus & q negocium inſtituit pedẽ potuiſſe a pede pecudẽ appellarunt. ¶ Examinibus: apũ collectionibus, & ſigñat etiam linguam illam mediã bilancis, & ſubtile iudiciũ alicuius rei. Apes dictæ ſũt a pedibus: quod ſine pedibus naſcãt̃, vel quod adinuicem teneant ſe pedibus, ad ſimilitudinẽ racemi vuarum. ¶ Conſitiones: ordines plantarũ, quos faciunt ſemp ad imitatio

ASCEN. ¶ NEC ve res ruſticæ ſunt ſolum lætæ ſegetibus.i. frugib⁹ adhuc in herbis & vineis arbuſtis qbus adhærẽt vites. Sed etiam pomariis.i. in qbu pomi creſcunt, q poma ferunt, & hortis.ſ. arboribus ad volupcatẽ conſitis. Tum.i. inſup paſtu.i. paſcuis aut paſtione pecudũ. Et ex manibus apum.i. nouis fœturis in morẽ vuarum dependentium, aut euolantium apum, & varietate oĩum florum. Nec modo.i. & non ſolum cõſitiones.i. in ordinem & ſationes multarum arborum ſimul delectant.ſ. ruſticũ ſenem, ſed etiam inſitiones.i. impoſitiones ſurculorũ in alienam arborem: quibus agricola nihil inuenit ſollertius.i. ſolidus & plenius in arte & induſtria. Poſſum perſequi, quia morũ ſenum qui gratuli ſunt præſertim in his rebus quibus oblectatur pluſculis verbis Calo de ruſticorum voluptate egit: ideo prolixitate veniam precatur: dicens ego poſſum perſequi multa oblectamẽta rerum ruſticarum ſed ſentio ea ipſa quæ dixi fuiſſe longiora.i. prolixiora & diutius q̃ erant duraſſe. Autem pro ſed. ignoſcentis, ideſt veniam dabitis: nã ego ſum ideſt ſimul prouectus.i. ad ſenium productus, aut in loquẽdo vltra q̃ conſtitueram: vectus ſtudio rerum ruſticarum, & ſenectus eſt loquacior.ſ. aliquanto quã par eſt: natura.i. per naturam vbi ablatiuus natura non regitur vi exceſſus, quia non eſt ſẽſus quam naturã ſed vi cauſæ efficientis, quia natura loquacem facit: ne videar uendicare.i. immunem prædicare eam ſcilicet ſenectutem ab oĩbus uitiis Ego quia tam delectabilis eſt agricultura. Marcus Curius eum.i. poſtquam triumphaſſet de ſamnitibus & de Pyrro rege re Epirotarum conſumpſit extremum tempus ætatis in hac uita.ſ. ruſticana, cuius ſcilicet Marci Curii ego cõtemplans uillam: ideſt domum in agro. (Nõ enim eſt uilla urbs aut oppidum aut caſtrum ſed domus ruſtica.) Enim pro quia uilla Marci Curii non abeſt longe a me, ideſt a domo mea: non poſſum ſatis admirari: uel continẽtiam ipſius hominis.

Marginal notes, left margin: Seges Virg. pratum Vinea Varro. Examen Apes Q ño inſerũtur arbores

Marginal notes, right margin: De Pyrrho Quõ triumphabatur apud Ro. Villa Rus Continẽtia. Cicero

¶ Diſciplinam

PET MAR. ¶ DISCIPLINAM: moderationē illius ætatis, & vitæ normam cōcinnato: ſic cognominato a forma capillorū atq; concinnis, lege hiſtoriam apud Liuium libro quarto: ¶ Occupationem: inuadentem. ¶ Accerſebant: aduocabant. ¶ Miſerabilis: infelix & digna miſeratione: quaſi dicat minime. ¶ Cultione: exornatione, atq; cultura. ¶ Officio: honeſta actione neceſſaria in primis vitę. ¶ Saturitate: habundantia. ¶ Et cultum, venerationē diuini numinis: Xenophon in œconomico agens de rei ruſticæ dotibus dicit: e fructibus ipſius partium viuimus, partim deorū aras extruimus. ¶ Hæc: quæ ad victum ad delectationē pertinent hi capiunt, qui genium non defraudāt ſuum. & naturali atq; honeſta voluptate tenentur & ducunt. ¶ Redeamus in gratiā: amorem & reconciliationem. ne bellum & a nobis penitus indictum videatur. tribuam igitur illa aliqd. ſeruetur tamen modus fruendæ voluptatis. ¶ Boni: iuſti & ſtudioſi. ¶ Aſſidui: diligentis atq; ſolertis. eſt ſiquidem fimum vel optimum fundis pes ipſius domini & oculus. ¶ Cella penaria: ea pars villę quæ res cælat & cuſtodit ad annuum vſum. & dicit promptuariū, cōditoriumq;, vnde promus & condus dicti. penus inquit Gellius variis generibus dictū: & varie declinatum eſt. nam & hoc penus & hæc penus & huius peni & penuris. & penoris veteres dictauerunt, quæ ad edendum bibendumq; in dies ſingulos prandii aut cœne cauſa parantur penus non: ſunt, ſed ea potius quæ huiuſce generis longe uſionis gratia contrahuntur & reconduntur ex eo q nō impromotu ſint ſed intus & penitus habeantur penus dicta ſunt. ¶ Locuples: opulenta, copioſa.

MAR. PHIL. ¶ TEMPORVM, cum antea multæ magnificæ uillæ factæ eſſent, quaſi theatra. ¶ Ad focū: ecce quod diximus ſupra: *Focus* focus. n. dicitur, ubi fouetur ignis. *Ignis* Ignis autē eſt ipſum elementum: ut fer ſine igne focum. ¶ Non enim: præclarum reſponſum. ¶ Tantus animus, qui multa contēnebat: pauca uero deſiderabat: quod idem legitur de Fabritio: ut paruoq; potentē Fabritium: & bene tantus animus: qui enim eſt qui auri auiditatē non habeat *Virg.* Virgi. Quid non mortalia pectora cogis auri ſacra fames. ¶ Acies pugna: ſignificat autem tria, & oculi uiſionem, & culteri acumen: & ſtructos milites ad pugnam. *pecunia* ¶ Pecunia, eſt enim a pecoribus dicta pecunia, eo q antiquorum vniuerſa ſubſtantia in pecoribus conſtabat. ¶ A meipſo, hoc eſt ab oratione mea agricolendi, quia iam ingreſſus erat in contemptionem diuitiarum. Dicit ne recedat a meipſa. & ſubiungit nobilitatem agriculturæ in qua præclaros hoīes fuiſſe cōmemorat, & uocatos ad ſenatoriā dignitatem. & ſubiungit exēplum de Lucio Quintio Cincinnato: hic autem agriculturę inuigilabat, & cum Romani maxima annonę caritate laborarent, erat, quidam Romanus clariſſimus frumēti eo tēpore maximam habens copiam: & ipſam uulgo diſtribuens cogitauit patriam occupare: & fieri dominum romæ, alliciendo animos illorum: dono frumenti: quod ut cognitum eſt a ſenatoribus: quam primum. L. Quin. Cincinnatum dictatorem creauerunt, qui tunc erat ruri: & quādo fuit ei nuncia/

vel temporum diſciplinam. Curio ad focum ſedenti magnum auri pondus ſamnites cum attuliſſent, repudiati ab eo ſunt. Non enim, aurum habere pręclarum ſibi videri dixit: ſed, eis qui, haberent aurum imperare. poterat ne tantus animus non iucundam habere ſenectutem? Sed venio ad agricolas, ne a me ipſo recedam. In agris erant tum ſenatores, ideſt ſenes. Siquidem. L. Quintio cincinnato in agro aranti nuncitatum eſt eum dictatorem eſſe factum, cuius dictatorem iuſſu magiſter equitum. C. Seruilius hala. Sp. Melium regnum appeten, em & ocupantem interemit. A villa in ſenatum accerſebantur. Curius & cętari ſenes. Ex quo qui eos accerſebant, viatores nominati ſunt. Num igitur eorum ſenectus miſerabilis fuit qui ſe agricolatione oblectabant? Mea quidem ſententia, haud ſcio an vlla beatior eſſe poſſit, neque ſolum officio, quod hominum generi vniuerſo cultura agrorum eſt ſalutaris, ſed delectatione, quam dixi & ſaturitate copiaq; omnium rerum que ad victum hominum & cultum etiam deorum pertinent. Et quoniam hęc quidam deſiderant, in gratiam iā cum voluptate redeamus. Semper enim boni aſſiduiq; domini referta cęlla vinaria, olearia, mellaria & penuaria eſt: villaque tota locuple eſt, abūdat porco: hędo: agno: gallina: lacte: caſeo: mele.

tum arabat: & dimiſſo aratro venit Romam & dictatoriā accepit dignitatem, & illum quem diximus diuitem, ſcilicet Spurium Melium regnum affectantem per magiſtrum equitum Caium Seruiliū ad ſe vocare fecit, & ſi ire negaſſet ipſum trahere vi vel interimiret, vnde cum ad eum venit fugere cœpit, quem perſecutus interfecit: & domū eius vt inquit Pli. ſolo æquauit. vnde locus ille æquimelium dicitur & hoc facit in ſecunda dictatura. ¶ Magiſter equitum, quem vulgo dicūt el ſeneſcalco de campo, hic vero proximus erat dictatori & pręfectus erat regēdis equitibus. ¶ Occupatum, præuētum antequam fuga euaderet. ¶ Et cæteri ſenes: vt Lucius Quintius cincinnatus. ¶ Officio, beneficio, & honeſtate. ¶ Salutaris: quia inde viuunt homines. ¶ Ad cultū deorrum: propter ſacrificia vitulorum & agnorū & aliarum rerum quæ diis fiunt. ¶ Quoniam hæc: inſtat contra guloſos: & probat q in ſenibus eſt volupeas ſenſuū: vt in guſtu & uiſu. ¶ In gratiam redeamus: pacem faciamus cum volupptate de qua male diximus, & litem cum ea habuimus, redire enim in gratiam eſt contrariū illius quod diximus indicere bellū. *Redire in grām* ¶ Aſſiduiq;: ideſt diuites. *aſſiduus* Nam aſſiduus diuitem ſignificat & diligētem & attentū & tūc dicitur ab aſſiduo qd eſt inſto alicui rei. Id autem ex ad & ſedeo: & diuitem ſignificat: & tunc ex aſſe & do das componitur quaſi q aſſem det. ¶ Referta: a farcio cis, quod eſt impleo. *Referta* ¶ Cęlla, generale nomen uinum addidit uinaria: ideſt cælla ubi ſtat uinum quod vulgo dicitur cællarium. ¶ Olearia: ubi oleum. ¶ Penuaria uero ubi ſunt omnia neceſſaria ad uictum ut panis, caſeus, carnes ſalitæ, candele. ¶ Locuples: omnibus bonis plena, ſed proprie locuples dicitur: qui multa prędia poſſidet: & poſſidet locos & poſſeſſiones, dictus a loco plenus quaſi locorum plenus. *Locuples* ¶ Porco: honeſtius per ſingularem atxit, & eſt intellectio. vt hoſtis habet muros: & eſt alius color q dicitur articulus. ¶ Caſeo, qui a coacto late dictus eſt.

ASC. ¶ VEL diſciplinam, ideſt inſtituta & mores temporis. ſ. illius. Cum ſamnite. ſ. legati attuliſſent Curio ſedēti ad focum: & ut uolunt rapam coquenti magnum pondus auri: ipſi cum repudiati. i. non recepti cum eorum pudore. Dixi enim non uideri ſibi pclarum ſupple eſſe habere aurum, ſed imperare eis qui haberent aurum. Poterat ne tantus anim9 hīc. ſenectutē non iucundam. q. d. minime: immo iucundiſſimum habere oportuit. Sed venio, ideſt redeo ad agricolas ne recedam a meipſo. Senatores .i. ſenes & maiores natu qui ad ſenatum romanū ſpectabant & erat patres conſcripti erant tū, ideſt eo tempore in agris. Si quidem nūciatū eſt Lucio Quintio Cincinnato aranti in agro eum eſſe factum dictatorem: cuius dictatoris: ideſt cum dictator eſſet (q ſummus erat magiſtratus: ita vt ex dictamine arbitrii ſui faceret quæ bona viderentur ſine alterius conſilio aut prouocatione) iuſſu: ideſt manu dato. Caius ſeruilius hala magiſter equitum q ab eo dictus: interemit Spuriū Meliū appetentem & volentem occupare regnum: ſcilicet in romanos poſt exactos reges iā liberos. Curius & cæteri ſenes quos ſenatores vocamus accerſebantur. i. aduocabant: tunc

Iam hortũ ipſi agricolę ſuccidiam alteram appellãt: Tum conditiora facit hæc ẽt ſuperuacanei operis aucupium atq; venatio. Quidde pratorum viriditate: aut arborũ ordinibus: aut vinearum, oliuetorũ ve ſpecie dicã: breui expediam. Agro bene culto nil poteſt eſſe nec vſu vberius, nec ſpecie venatius: ad quẽ fruendũ non modo non retardat: verum etiam inuitat: atque allectat ſenectus. Vbi enim poteſt illa aetas aeque caleſcere: vel apricatione melius vel igni: vel viciſſim vmbris aquis ve refrigerari ſalubribus? Habeant igitur alii ſibi arma, ſibi equos, ſibi haſtas, ſibi clauam: & pilam ſibi narationes, & curſus, nobis ſenibus ex luſionibus multis, talos relinquant, & teſſaras. Idipſum aũt vt libebit, quoniam ſine his beata eſſe ſenectus poteſt.

ſ villa.i. ædibus ruſticanis in ſenatũ.i. locum ſenatorum: ex quo.i. ex qua cauſa: miniſtri publici qui acceſſebãt eos ſunt no;ati: viatores: a via.ſ. media quã peragebãt. Num.n. num qd igit ſenectus eorum qui obleſtabant ſe cultione agri.i. agricolatione ſeu agricultura fuit mirabilis.i. afflictata: ra vt ſit miſeranda. q. d. minime: ſed potius beata: vnde addit q̃dem.i. certe mea ſententia.i. quãtum ego ſentio qualitercunq; alii ſentiant haud ſcio: an villa.ſ. vita poſſit eſſe beatior Neq; ſolum ſup. beata eſt officio.i. propter officium tam ſalutare: q.i. quia cultura agrorum eſt ſalutaris vniuerſo generi hominum: oẽs enim ex ea viuimus, ſed etiã delectatione.i. propter delectationẽ quam dixi: & ſaturitate & copia.i. abũdantia oium rerum quæ ptinent ad victum hoium: & ad cultũ deorum. Et quoniam proſequitur reliqua agrorum bona his iucundiſſima: q frugali obleſtantur vita dicens.

Et quoniam quidem.ſ. ſenum deſiderant hæc.i. huiuſmodi obleſtamenta redeamus iam cum voluptate in gratiam.i. non repellamus eum: ſed ſuſcipiamus dummodo talis eſt. Enim pro quia: cælla vinaria.i. vbi vina cælantur: & penuaria ſupple cælla: vbi penus.i. puiſſio unius anni in uſum priuatum reponiĩ domini.i. hieri. aut patris familiaris: boni.i. prouidi & aſſidui.i. diuitiis aut potius cõtinuo illic reſidẽtis eſt ſemper referta.i. oppleta gaza agreſti: & tota uilla.i. domus ruſticana eſt locuplex.i. opullenta. Nã abundat porco: hædo: agno: gallina, lacte: caſeo: melle.

PET. MAR. SVCCIDAM: idest rẽ quotidianis uſibus in primis neceſſariã qualis eſt ſuccidia.i. caro ſuilla ſale condita. & unctum ut nõ ſemper eundum ſit ad lanienam menſam. ſed ad carnatium. ſuccidia inquit Varro a ſuibus cędendis. nã id pecus primũ occidere cœperũt domi. Conditiora: ſapidiora. & gratiora. Superuacanei: habũdantis & ſucciſiui laboris. & induſtriæ. cum.ſ. neceſſariis rebus ruſticis factum eſt ſatis. Ordinibus: diſtinctionibus oculos paſcentibus & obleſtantibus. Specie. forma, decore. Vſu, vtilitate: ac fructu. Allectat: attrahit. allicit. Aeque: ſimiliter & pariter. Apricatione: tẽpore loci aprici. & ſolibus. aprica dicuntur tepida loca ſoli expoſita: & uento non obnoxia: & apricari eſt talia loca conſectari. & aprici ſenes his locis gaudentes & fruentes. Viciſſim, mutato tpe.i. æſtiuis caloribus. Salubrius tutius citra periculum ualitudinis. Talos: talarium ludum. Talus eſt os in pedis articulo quadratum forma. ſed altera parte concauum, altera uero planum. ad cuius ſimilitudinẽ dicuntur tali quibus in alueo lo ludebantur olim. nunc rarus. eſt eorũ uſus. & rari eos nouerunt. quatuor tãtũ habet latera talus. puncta uero hæc ſunt unũ tria quatuor & ſex. duo & quinq; deficiũt. Teſſera: etiã cibus dicitur græcis, noſtri quadrantalia nominauerunt tales figuras, quoniã ex omni parte quadrata ſunt: qualia ſunt inquit Gellius quadrata undiq; quæ cibos illi nos quadrãtalia dicimus: imperitum vulgus talos nõ diſcernit a teſſeris latera ſex habentibus. ſed mirum nõ eſt quãdo & eruditorum cateruæ halucinatę ſunt interdum. Vtrum an. & ſic placuerit relinquere talariũ ludum ſenioribus, quaſi dicat nil refert utrum concedant an non: qm grauis & honeſta ſenectus talis obleſtatione caret facilime. Beata: felix, & in nullo in minuta aut manca.

MAR. PHIL. Succidia. HORTVM appellant alterã ſuccidiã.i. pnã quia debent habere duas pernas, ideſt ſuccidias agricolæ, vnam in carnibus ſalitis percinis & potiſſimum in lumbis porcorum quos pernas dicunt. Altera in hortis & in oleribus quibus maxime viuunt: dicta aũt eſt ſuccidia q paulatim ſuccidunt: ideſt incidunt: hanc vero Nonius ſucceſſionem neceſſariam appellauit & tam fœmine quam neutro declinauit & dixit lardum ſignificare. Conditiora: ſapore meliorem habenti a condio condiui conditum. Superuacanei: quia qñ eſt opus laborandi tunc nõ dicunt venari & aucupari ſed qñ ceſſant ab ope. Nec vſu: ad vſum & vtilitatem. Vberius: bñe maritauit hęc verba: Vber autem & ſubſtãtiuum eſt: & mãmam ſignat & adiectiuũ; vt hic & hęc & h̃ vber: vt atq; vbere glebæ. Specie: aſpectu: a ſpicio cis: antiquo verbo quo nũc per cõpoſitionẽ vtimur. vnde inſpicio: a quo etiã auſpicium dictũ ab aue ſpeciẽda. Allectat: attrahit frequentatiuum ẽ aballicio. Apricatione: ipſa ſtatione loci aprici. Eſt. n. locus apricus ſine frigore & gaudens ſole. Salubrius q magis ſanitati cõducat. Arma.i. humeris dependentia dicta ſunt: ſiue ab arcendo vt inquit Varro q a his arcemus hoſtes: & eſt repertitio. Tale & illud eſt Plauti in curculione. Sibi ſua habeant arma reges: ſibi diuitias diuites: ſibi honores: ſibi virtutes: ſibi pugnas: ſibi p̃lia dum mihi abſtineant inuidere. Talos: taxillos. Teſſeras genus eſt ludi cũ lapilis quadratis intinctis aliquibus maculis aureis: hinc etiam dicunt ipſum ludum alearum & ſchacorum teſſeras. Vnde etiam aliqua ædificia cum iſtis lapilis quadratis ornata & inſignita appellant Teſellata.

Margin: Nonius; Vber; Auſpiciũ; Arma; Teſſera; ASCẼ.

IAM: ideſt in ſuper ipſi agricolæ appellant hort: ſcilicet holerum. (Nam voluptatis gratia cõparatos hortos pluraliter tantum dicimus) alteram ſuccidiam: ſcilicet per namque ſucciditur a porco cum parte crutis: hoc eſt holeribus, ita vt ex parua ſuccidia uiuunt. quia lardum ſeu ardum holeribus adhibitum epulas habent. Tum ideſt inſuper aucupium.i. captura auium, & venatio: ideſt ſectatio ferarum operis etiam ſuperuacanei, ideſt non pertinentis ad officium ruſticanum quia poterit eſſe bonus agricola etiam ſi non ſit auceps vel venator: facit hoc modo dicta conditiora, ideſt ſapidiora quia non eſt præſtantius condimentum q̃ fames. Quid dicam de viriditate pratorũ, aut ordinibus arborum: aut ſpecie: ideſt ſpecimine, aut aſpectu decoro vinearum & oliuetorum: ego expediam.i. abſoluã breui ſcilicet oratione. Nihil poteſt eſſe nec vberius: ideſt fœcundius vſu: ideſt quantum ad vtilitatem: nec ornatius ſpecie: ideſt quantum ad aſpectum: agro bene culto: ad quem fruendum: ideſt ad cuius fruitionem ſenectus non retardat. Verũ etiam inuitat allectat ſupple quem libet ſenẽ. Enim pro quia: vbi poteſt illa ætas: ſcilicet ſenecta caleſcere aut coaleſcere melius ſupple quam in agro vel apricatione: ſcilicet expoſitione ſui ad ſolem incumbẽtem: vel ignis ſcilicet dum ſuditum non eſt. vel viciſſim ideſt e contrario per viciſſitudinem temporum: vt pote dum calores vigent coaleſcere (vnde pcederet ſi legatur caleſcere: nam non caleſcimus vmbris) ideſt fouerit: & corroborare: vmbris vel aquis ſalubribus: ideſt ſalutem afferentibus. Igitur alii.i. iuniores habeant ſibi Arma: habent ſibi æquos: haſtas: clauã: & pilam. habeant ſibi uenationes & curſus. relinquant ex multis luſionibus.i. luſibus uoluptatis gratia comparatis nobis ſenibus talos & teſſeras.i. ludum talorum & teſſerarum: qui ſine defatigatione exerceri poteſt. Sed idipſum.i. ludere taxillis & teſſeris utrum lubebit.i. delectabit ſenes aut placebit ſenibus quaſi dicat dubito, quoniam ſenectus poteſt eſſe beata ſine his. Et ita ne grauis auctor leuia approbare uideatur: hoc additum eſt.

Multas ad res perutiles xenophontis libri ſunt quos
legite quæſo ſtudioſe vt facitis, q̃ copioſe ab eo agri/
cultura laudatur in eo libro: quid eſt de tuenda re fa
miliari qui œconomicus inſcribitur! atq; vt intelli/
gatis: nihil ei tamen regale videri: q̃ ſtudium agri co/
lendi. Socrates in eo libro loquitur cum critobulo:
Cyrum minorem regem perſarum præſtantem inge/
nio atq; imperii gloria: cum lyſander lacedemonius
vir ſummę virtutis veniſſet ad eum ſardis: eiq; dona
a ſociis attuliſſet: & cęteris in rebus comem erga ly/
ſandrum atq; humanum fuiſſe: & ei quendam con/
ſeptum agrum diligenter conſitum oſtendiſſe: cum
autem admiteretur lyſander: & proceritates arbo/
rum: & directos in quincuncem ordines, & humum
ſubactam atq; puram: & ſuauitatem odorum qui af/
flarentur e floribus: tum eum dixiſſe. Mirari ſe non
modo diligentiam: ſed etiam ſollertiam eius: a quo eſ/
ſent illa dimenſa & deſcripta: & ei Cyrum reſpōdiſſe.
Atq ego iſta ſum dimenſus: mei ſunt ordines, mea de
ſcripto. Multę ēt iſtarum arborū mea manu ſunt ſatę.

PET. MAR. ℂ TVENDA: curanda cuſtodiēda & augēda. ❡ Fami
liari: domeſtica pertinente ad familiā. ❡ Regale: dignū rege
ac per hoc honeſtiſſimum: & magnificentiſſimum. ❡ Cyrū
minorē: ad differentiam alterius Cyri cuius pediam octo
voluminibus ſcripſit idem Xenophon. qui ſub minore Cy/
ro militauit. ❡ Studium: cura diligentia. ❡ Summę virtutis
eximię fortitudinis, & belli
cæ laudis de qua dictū eſt a
me olim in cōmentariis offi
ciorum. ❡ Sardis: in numero
multitudinis vrbs fuit lydię
vnde ſardiani dicti. accipiēs
lyſander inquit Plutarchus
Cyrum ſardis veniſſe vt in
eius colloquium veniret eo
profectus eſt. ❡ A ſociis lace
dæmoniis qbus fauebat Cy
rus contra athenienſes in eo
bello quod peloponneſia cū
dictū eſt. ❡ Comē: benignū:
❡ Humanum: facilē, beneuo/
lum & promptū. humanitas
dicitur amor erga homines
& ſtudium. philantropiam
appellāt græci, ſed miror Ci
ceronem appellaſſe hūc Cy/
rum regem perſarum & prę
ſtantē imperii gloria cum le
gitimus perſaꝝ rex non fue/
rit. ſ; Darii regis filius. & ar
taxercis frater, qui hæredi/
tario iure ſolium obtinuit regium. Cyrus autem viuo patre
lydiæ præfuit. & patre vita defuncto regnū occupare co/
natus ope paryſatidis matris fretus & ſociis lacedemoniis
in prælio cecidit: & temerarii impetus pœnas luit. opinor
Ciceronē ſecutum eſſe aſſentationem Xenophontis. qui bel
lo interfuit & Cyri anabaſim: ideſt aſſenſum ad deturban/
dum regno fratrem deſcripſit. lege hiſtoriam apud Plutar/
chum in artaxerxe. Xenophon œconomico celebrans in
omni genere virtutis & laudis Cyrum dicit: ad eundem dē
quondam lyſander cum donis miſſus a ſociis belli vt ipſe
poſtea cuidā hoſpiti ſuo apud megara narrauit deductuſq;
ab eo in pomarium quod ſardibus habebat. cū vidiſſet or/
dinem arborū in quincūcem diſpoſitarum & reliqua. ❡ Cō/
ceptum: cōcluſum. Xenophon paradyſum dixit. latine po/
marium vel viri darium appellaꝰ. ❡ Cōſitum: plantis diſtin
ctum. ❡ Diligenter: eleganter: & artificioſe. ❡ In quincuncē
diſtantiā quinq; vnciarum ſiue pedum. pentacha dicūt græ
ci. In diſponēdis arboribus inquit Plinius arbuſtiſq; ac vi/
neis quincuncialis ordinū ratio vulgata & neceſſaria non
perflatu modo vtilis verum & aſpectu grata quo quomo/
do intueare in ordinem ſe portigente verſu. Columella li.
iiii. ſic ſcribit. Minimū eſt quinq; pedum interordiniū. ſeptē
maximum. nō nulli tamē oēm vitē per denos pedes in quin
cuncē diſponū vt more noualiū terra tranſuerſis aduerſiſq;
ſulcis pſcindaꝰ. Fabius Quintilianꝰ in. viii. ſic ſcribit. Quid
illo quincunce ſpecioſius qui in quācunq; partē ſpectaueris
rectus eſt. ſed protinus in id quoq; prodeſt ut terre ſucum
æqualiter trahant. ❡ Subactam: mollitam. maceratam. reſolu
tam ligonibus. ❡ Puram: mundam: nitidam ſqualore omni
abacto. ❡ Afflarentur: aſpirarent, exirent. ❡ Solertiā: acumē
ingenii. & peritiam in tali cultu & arte. ❡ Dimenſa ad nu/
merum & modum poſita. ❡ Deſcripta: deſignata, & diffini
ta ſuis metis. ❡ Satæ: plantatæ.

MAR. PHIL. ℂ AD multa res: quia quaſi ad oēm inſtitutionē humanæ
vitæ ſcripſit uolumina. iſte autem athenienſis fuit Socratis
diſcipulus: qui inter alia de cyris ſcripſit de maiore & mino
re. ❡ Oeconomicus. i. de re familiari. οἶκος domus νέμω di/
ſtribuo. ❡ Inſcribitur. intitulaꝰ. ❡ In eo libro. ſ. œconomico
❡ Critobulo: noīe proprio q boni ſit conſilii dicto. i. conſi/
lium. ❡ Præſtāti ingenio: & ablatiuo & genitiuo in locutio
ne vti poſſumus: vt ſumma virtute, & ſūmę virtutis Virg.
& talē ablatiuum Ser. appellat ſeptimum caſum: vt & pul
chra faciat te prole parentem. ❡ Lyſander: iſte venit lega/
tus ad Cyrum nomine lacedæmoniorum: qui tunc erat ſar/
dibus ciuitate præclara aſiæ: quæ hæ ſardes. diuer. declina
tur. ❡ Vir ſummæ virtutis.
Atqui inquit Aemilius pro
bus q magnā reliquit ſui fa/
mam magis felicitate q̃ vir/
tute partā. ❡ A ſociis: lacedæ
moniis confœderatis. ❡ Co/
men. i. benignum & ſuauem
vt hic & hæc comis & hoc
come: inde comes comitis.
❡ Proceritates: eminencias:
❡ In quinc. hoc eſt in ſpacius
quinquentiarū & p ſepara/
tionē vnius arboris ad alte/
rā in ordinē poſitę, vñ nota
q vncia tā ponderādarū q̃
menſurādarū rerū & termi/
nꝰ. ❡ Humū ſuba. & pu. hoc
eſt exaratam. ❡ Dixiſſe, ſup/
ple loquitur So. ❡ Solertiā:
acutam & ſubtilē artem &
ſubtilitatem ingenii. ❡ Di/
menſus paſſiuæ ſignificatio
nis eſt nunc. & actiuæ pau/
lopoſt: vt Atqui ego illa oīa
ſum dimenſus: metior tiris.

ASCE. ℂ MVLTAS ad res: cōtinuo pſequitur laudes agricul/
turæ etiā aliorū teſtimonio dicens. libri Xenophontis phi/
loſophi perutiles. i. valde vtiles ad multas res referri ſunt
ſup. laude agriculturæ: quos libros quæſo legite ſtudioſe vt
facitis. Quam ideſt quantum copioſe: ideſt abunde lauda/
tur ab eo agricultura in eo libro: qui eſt de tuēda. i. tute gu
bernanda re familiari, ideſt domeſtica: qui inſcribitur: ideſt
cuius titulus in fronte ſcriptus eſt œconomicus. q. d. copio/
ſiſſime. Atq; vt intelligatis nihil videri ei tam regale: ideſt
tam pertinere ad regalem maieſtatem quam ſtudium agri/
colendi. Socrates ille princeps philoſophorum moralium
loqtur. i. loqui inducitur in eo libro cum Critobulo, ideſt
cum eo viro cui a bono conſilio nomen eſt inditum. loqui/
tur dico Cyrum minorem: ideſt iuniorem aut poſteriorem
regem perſarum præſtantem ingenio atq; gloria imperii;
cum lyſander lacedæmonius: ideſt lacedæmoniorum impe
rator vir ſummæ virtutis, ideſt in quo erat ſumma virtus
veniſſet ad eum ſardis, ideſt ad eam ciuitatem, vbi Creſſi
regia fuit. eſt aūt ſurdus accuſatiuus pluralis: & attuliſſe ei
dona a ſociis. loquitur in quam Cyrum fuiſſe comeū. i. ami/
cabilem & benignum atq; humanum erga lyſandrum & . i.
pariter & in cæteris rebus &: ideſt inſuper oſtendiſſe & quē
dam agrum conſeptum ideſt circunſpectum, & vt dicunt
circummuratum: & conſitum ſupple arboribus diligenter
Aūt pro ſed: cum lyſander admiraretur proceritatis arbo/
rum. i. q eſſent proceræ. i. altæ & rectæ & ordinem arbo/
rum directos: in quincuncem. i. ſpacium quinque vnciarum
non ponderis: ſed menſuræ, & humum. terram in qua con
ſitæ erant ſubactam. i. laboratam & puram, ideſt mundam
& miraretur ſuauitatem odorum: qui odores efflarentur:
ideſt per modum flatus emitterentur e floribus: loquitur in
quam eum, ſcilicet lyſandrum dixiſſe. Tum: ideſt tunc ad
Cyrum ſe imitari non modo diligentiam. ſ. in colendo: ſed
etiam ſolertiam eius a quo eſſent illa dimenſa & deripta,
& loquitur Cyrū reſpondiſſe ei. Atqui ſuple miraris ego
dimenſus ſum iſta quæ miratis: ordines arborum ſunt mei:
ideſt a me inuenti & excogitati. deſcriptio: ideſt in ordinem
hunc diſpoſitio eſt mea, ideſt a me facta: & multæ etiam
iſtarum arborum quas tu admiraris ſunt ſatæ mea manu.

Agricul turæ laus ex ſocrate

Tum lyſandrum intuentem eius purpuram, & nitorem corporis, ornatumque perſicum multo auro multiſq; gemmis: dixiſſe. Recte vero te Cyre beatum ferunt: quoniam virtuti tuæ fortuna coniuncta eſt. Hac igitur fortuna frui licet ſenibus: nec ætas impedit, quo minus & ceterarum rerum, & in primis agri colendi ſtudia teneamus vſq; ad vltimum tempus ſenectutis. M quidem Valerium coruinum accepimus ad centeſimum annum vitam perduxiſſe: eum enim eſſet exacta iam ætate in agris, eoſq; coleret, cuius inter primum, & ſextum conſolatum, ſex & quadraginta anni inter fuerant. Itaq; quantum ſpacium ætatis maiores noſtri ad ſenectutis initium eſſe voluerunt: tātus illi curſu bonorum fuit: atq; eius extrema ætas in hoc beatior, q̃ media quod auctoritati plus habebat, laboris vero minus apex autem ſenectutis eſt auctoritas: quanta fuit in. L. Cecilio Metello: quanta in Attilio calatino, in quem illud elogium vnicum plurimæ conſentiunt gentes: populi primarium, fuiſſe virum notum, eſt eius carmen inciſum in ſepulchro. Iure igitur grauis: cuius de laudibus omnium eſſet fama conſentiens: quem virum. P. Craſſum nuper pontificē maximū: quem poſtea Marcum Lepidum eodem ſacerdotio preditum vidimus: Quid de Paulo, aut Africano loquar: vt iā añ de maximo:

PET. MAR. ¶ NITOREM ſplēdorē. ¶ Virtuti: naturali excellētie & peculiaribus ingenii dotibus. Fortuna: bonorū externorū affluentia. & regium gemma. ¶ Hac fortuna: tali felicitate rerumq; copia ho. feliciſſimarū. ¶ Studia: curas. & exercitationes. ¶ Coruinū: ope auxiliaris corui ſic cognominatum. lege apud Liuium li. vii. ¶ Exacta ꝑfecta & ſenili. M. Valeriū Coruinū inq̄t Liui⁹ id. n. illi deide cognominis fuit ſū/mo fauore populi tris & viginti natū annos conſulē re/nūciauit dictator. T. Māli⁹ Torquatus. collega Coruino de plebe. M. Popilius lenas datus eſt. ¶ Curſus honorum: magiſtratuū. & ciuiliū dignitatum. ¶ Auctoritatis æſtimationis & dignitatis. ¶ Apex: ſumitas: cumulus: faſtigiū. Apex inq̄t pōpeius q eſt ſacerdotum inſigne dictus ab eo q̄ cōpr hendere vinculo antiqui apere dicebāt. ¶ Auctoritas: æſtimatio de. L. Cecilio Metello lege apud Pliniū li. vii. ¶ Elogiū: eſt teſtificatio meritorū, & ſniæ: atq; iuditii ratio & cē. ¶ Vno ore i cōcordi iuditio. & opinione. lege hoc elogiū apud eundē in ſecundo de finibus. ꝓuerbium eſſe oñdit Sene. xi epiſtolarum his verbis. In tāta iudiciorū diuerſitate referendam bñ merentibus gratiam oēs tibi quod aiunt ore affirmabūt in hoc tata diſcors turba cōſentiet.

¶ Primariū: quaſi principem ciuem & nulli romanorum virtute ſecundum: tales viri dicebantur & optimates: & principes. Grauis: honeſtus. auctoritate plenus. nobilis: glorioſus: & inclytus. ¶ Conſentiens: concors & eadem. ¶ Fama: communis opinio. & teſtificatio. ¶ Quem virum, ideſt in uita priuata publicaq; excellentiſſimum. ¶ Paulo: patre Africani minoris. ¶ Africano: qui ſuperato Hannibale carthaginem redegit ad tributum. ¶ Maximo, Q ui. Fabio qui Hannibalem cunctando fregit, & ſummam auctoritatem conſecutus eſt.

MAR. PHIL. ¶ ORNATVM perſicum: vno verbo expreſſit q̄cq̄d dixit Xenophon in eo. li. ¶ Gemmis: hoc intereſt inter gemmas & margaritas q̄ margaritæ ſunt pertuſæ & albę gemmæ vero diuerſi coloris & integrę. ¶ Et cęterarū rerū: & rei familiaris & militaris. ¶ Marcum q̄dem Valeriū Coruinū: ponit exēpla de latinis ne minoris exiſtimationis videantur latini q̃ græci. Coruinus enim præclara familia romanorū: quæ coruina dicta eſt, appelllatur: quæ miraculo quodam eſt nata. Nam olim cum q̄dam romanus cum vno Gallo pugnaſſet: Coruus quidam auxilio fuit romano: & illi Gallo maximo impedimēto cum alis & vnguibus: adeo. vt romanus ille Gallum ſuperauit: vnde Coruinus ille dictus romanus eſt: a quo familia coruina eſt cognominata. ¶ Eeoſq; coleret, arando, ligonizando: vt de cincinato diximus. ¶ Cuius. M. Valerii, ne paruæ auctoritatis vir videretur: laudat ipſum a dignitate & eſt genus intercurrens. ¶ Quantū ſpacium. ſ. quadraginta ſex: anni quia ab hoc ſpatio annorum xlvi. nſi maiores voluerunt eſſe principiū ſenectutis. ¶ Fuit in curſu honorū: & in hac ſenectute maxime habitus eſt auctoritatis, in qua etiā beatior fuit quod dicit. Atq; huius. ſ. M. Valerii. ¶ Media: ſcilicet ætas. ¶ Plus laboris: labor enim differt a dolore, vt noſter inquit Cic. in tuſcu. quæſtionum. Labor eſt quædam functio animi vel corporis grauioris operis vel numeris, Dolor aūt motus aſper in corpore alienus ſenſibus. ¶ In quem. i. attilium calatinum. ¶ Eulogium: bene dictum io bene λεγω dico quod. ſ. dicebaſt Popu. Roma. primarium fuiſſe. ¶ Virū: certe maxima laus: qui. primarius Popu. Roma. diceretur conſenſu oium ciuium: hic vero eſt ille de quo inquit Pli. & dux aduerſum carthagineſes miſſus maximus & munitiſſimis ciuitatib⁹: ętna: drepano. lilibeo: hoſtilia prælia deiecit: pachinum cepit: totamq; ſiciliā ꝑuagauit. paucis nauibus magnā hoſtium claſſem duce Hamilcare ſuperauit. ¶ Carmen: epithaphium quod erat tale. Attilius cala. vir primatius Popu. Romano. oibus conſentientibus. ¶ Grauis: venerabilis. ¶ Pontificem: vel a ponte ſublicio ligneo: qui eſt vbi ſacra fiebant vt diximus: vel a ponte qui ſit quidam pons ad diuina. ¶ Paulo Aemi. patre tuo. ¶ Africano: auo tuo ¶ De maximo. Qui. Fa. Maximo: de qb⁹ ſupra dixim⁹. Eulogiū pontifex

ASCE. ¶ TVM ſupple loq̄tur aut dicit Lyſandrum intuētem purpurā. & nitorem corporis Cyri & ornatū perſicum: ideſt quē perſarum reges ſibi adhibet videlicet multo auro: & multis gēmis: ideſt lapilis pretioſis: dixiſſe vero ideſt ad veritatem & nō falſo ſupple omnes homines ferunt. i. predicant te beatum.

Quoniam ſo. ſ. beatæ vitę (dicerem de regno obtento niſi Cato aliter interpretaretur) eſt coniuncta virtuti tuæ. Igitur quia ob id fortunatum cenſuit Cyrum q̄ voluptate illa ruſticana frueretur: licet ſenibus frui hac fortuna, nec ętas impendit ſ. nos quo minus. ideſt vt teneamus vſque ad vltimum tempus ſenectutis ſtudia & cæterarum rerum: & in primis, ideſt pręcipue agricolendi. Nos quidem accepimus Marcum Coruinum pręclarum illum romanum perduxiſſe vitam ad annum centeſimum. Enim pro quia, cum eſſet ętate iam exacta, ideſt ad finem vſq; acta in agris: & coleret eos: inter cuius conſulatum primū & ſextum interfuerunt ſex & xl. anni. Itaque, ideſt & ita quantum ſpacium ætatis ſcilicet. xlvi. annorum maiores noſtri, ideſt progenitores res & priſci Romani voluerunt eſſe ad initiu ſenectutis, tantus curſus honorum fuit illi, aut vt alii legūt tam in curſu honorum ille fuit. Atq; ętas eius, ideſt coruini, extrema ideſt vltima fuit beatior q̃ media: i hoc q̄ habebat plus auctoritatis. Vero pro ſed minus laboris. Autem, pro ſed, apex ideſt ſummitas aut ſummus titulus ſenectutis eſt auctoritas. Quanta, ideſt o quanta auctoritas fuit in Lucio Cecilio Metello: quanta in attilio Calatino in quem plurimę gentes cōſentiunt, ideſt conſenſu approbant, illud eulogium ideſt bene dictum & prędicamentum laudis unicum, ideſt ſingulare ueʒ ipſum fuiſſe primariū uirum populi. Notum eſt carmē, ideſt epithaphium eius inciſum in ſepulchro. igitur iure dictus eſt in eo carmine grauis. de cuius laudibus eſſet fama omnium conſentiens. Quem, ideſt qualem uirum uidimus Publium Craſſum nuper pontificem maximum: quem, ideſt qualem uirum uidimus poſtea Marcum lepidum prędictum eodeʒ hoc eſt maximo ſacerdotio, qua ſi dicat prętantiſſimum quid loquar de Paulo, aut Africano: aut de maximo: ſcilicet Quinto Fabio, iam ante ſcilicet memorato, Auctoritas ſenectutis apex

¶ In

PET. MAR. ¶IN ſententia: prolatione opinionis & iudicii tam in priuatis negociis q̄ publicis. ¶Nutu: ſigno capitis, & oculorū. vnde nuere dicimus ſigno aliquo voluntatē oſtēdere: & abnuere: atq; renuere. necnō nutus & renutus. ¶Auctoritas: æſtimatio: grauitas. ¶Honorata: honoribus functa & honeſtata. ¶Pluris: maioris momēti & æſtimationis. ¶Voluptates: oblectationes: & cōmoda iuuenilis ętatis iucunditate ſenſuū lętæ. ¶Fundamētis: initiis grauibus: & cōpoſita ineuntis ætatis via & rōne. ¶Conſtituta: fundata inchoata & roborata. vñ dixit Virg. Adeo a teneris cōſueſcere multū eſt, nam frequens vſus quaſi callū ducit & alteram efficit naturam. quapropter ipſæ virtutes dicuntur habitus. i. diſpoſitiones & q̄litates non facile mutationē admittentes. ¶Efficitur: concluditur & euenit. ¶Aſſenſu: applauſu. & approbatione. ¶Miſerā: infelicem. dānabilem. ¶Orationē: verbis cauſantibus vitia ſenectutis. cū fluxi mores noſtādi ſint qui languidā. & importunā effecerunt ſenectutem. tamq; penit⁹ labefactarunt. ¶Auctoritatē: æſtimationem & dignitatem. ¶Superior: vegeta & iuuenilis. ¶Fructus auctoritatis. i. ipſam auctoritatē & apicem ſenectutis quæ honore quouis digna eſt & cultu, eſt ſiqdem grauis & honeſtus ſenex quaſi oraculū ciuitatis. ¶Honorabilia. honorē præ ſe ferētia, i. præmium ſenilis maieſtatis. Leuia atq; cōmunia: vilia & vulgaria cum ſint maxima conſumate ſiqdem virtuti præmium honore maius dari nō poteſt. vnde Ariſtoteles agēs de magni animi viro dicit. Maximū id aſſeruerint oēs eſſe quod diis ipſis tribuimus. & quod maxime hoies q ſunt in dignitate affectant. quodq; dari præmium ob res pulcherrimas ſolet, talis aūt eſt ipſe honor. hoc eſt. n. bonorꝝ maximum externorꝝ. ¶Salutari: honorari ſalutationibus. ¶Appeti: deſiderari. ¶Decedi: honorati ceſſione loci & viæ. ¶Aſſurgi: honeſtati: nudatiōe capitis. & aſſurgētis corpis flexu. Deduci: cēſeri comitatu & aſſectatione honeſtorum iuuenū cum inuiſitur curia templū. & cætera id genus loca ad quæ deducunt̄ ſenes graues domūq; honeſtiſſime reducunt̄. ¶Conſuli: interrogari de rebus dubiis qđ prudētiam arguit ſenilem hęc etenim virtus vſum reqrit, & ideo rara eſt in iuuenibus. ¶Optime morata: optimis moribus & inſtitutis ornata & cōformata. ¶Honeſtiſſimū: honorificentiſſimum. ¶Tantum tribuit̄: tm̄ honoratur ipſa ætas. ¶Ludis: panatheneis in q̄bus olea coronabant̄ victores: Iunonii ludi celebrabant̄ argis præmium erat myrthea corona & æneum ſcutū. lycei in arcadia i honorem iouis. pręmiū vas æneum. herculei & iolaui thebis, p̄miū tripes ex ære.

cere. ¶Efficitur: cōcluditur. ¶Oratione. i. verbis laudatione & iactatione de ſe ipſo cum non veneretur ꝑpter ignauiam ſuam & poſtulat venerari per canos & rugas. ¶Quia non cani: capilli albi. ¶Rugæ: cōtractæ cutes. ¶Sed honeſta: hoc eſt cū virtute & continentia. ¶Superior. i. preterita. ¶Videntur: cum non ſint leuia atq; cōmunia: ſed ſingula atq; præcipua. ſ. & ſalutari: vt ſummo mane ire ſalutatū ſenes demum ſuam ſi aliquid velint: habeantq; de quo Iuuenal fecit mentionē: vt mane ſalutatū & cætera. ¶Appeti: aditi conſilium. ¶Decedi: dare locū ipſis in oibus locis. ¶Aſſurgi: cū prætereunt ipſi iuuenes aſſurgere debitam reuerentiam & votis & geſtu ꝑſoluere feſtinēt. ¶Deduci: de domo ad tēplum comitari. ¶Conſuli: petere ab eis conſiliū. ¶Quæ: oīa hæc prædicta. Lyſandrum: de quo diximus. Tribuitur: ex pectationis & æſtimationis datur. ¶Nuſquam. q̄ lacedæmone. ¶Memorie ꝓditum eſt, ſcriptum & manifeſtum & mandatū memoriæ. ¶Ludis tempore ludorum.

quorum non in ſententia ſolum: ſed etiam in nutu reſidebat auctoritas: habet ſenectus honorata præſertim, tantam auctoritatem; vt ea pluris ſit: q̄ omnes adoleſcentiæ voluptates: ſed in omni oratione mementote eam me laudare ſenectutem, quæ fundamentis adoleſcentię conſtituta ſit. Ex quo id efficitur: quod ego magno cum aſſenſu omnium dixi, Miſeram eſſe ſenectutem, quæ ſe oratione, defenderet. Non cani, non rugę repente auctoritatem afferre poſſunt: ſed honeſte acta ſuperior ętas fructus auctoritatem prębet extremus: hęc enim ipſa ſunt honorabilia, quę videntur, leuia, atq; communia, ſalutari, appeti, decedi, aſſurgi, deduci, reduci, conſuli, quę & apud nos & in aliis ciuitatibus: vt quæq; optime morata, ita diligentiſſime obſeruantur. Lyſandrum lacedęmonium, cuius modo mentionem feci, dicere aiunt ſolitum, lacedęmone eſſe honeſtiſſimum domicilium ſenectutis. Nuſquam enim tantum tribuitur ętati; nuſquam eſſet ſenectus honoratior. Quin etiam memorię proditum eſt, cum Athenis ludis quidam in theatrum grandis natu veniſſet; in magno conſeſſu locum ei a ſuis ciuibus nuſquam datum:

ASC. ¶QVORVM auctoritas reſidebat nō ſolū in ſentētia quam pronunciabāt: ſed etiā in nutu: quo innuebant quæ facta velint. Senectus ſi non oīs præſertim honorata habet tantam auctoritatem vt ea. ſ. auctoritas ſit pluris, ideſt maioris vtilitatis & pluris æſtimanda q̄ omnes voluptates adoleſcētię. Honorata: nō autē contempta quæ omnino grauis eſt. Sed in omni oratione: q͞a ſenectutem laudat: ne quālibet laudare putetur reſtringit laudationes ſuas ad bonorum duntaxat ſenectutem dicens. Sed o Scipio: & Lęli (ad eos. n. loquit̄) memētote me laudare in omni. i. tota oratione mea eam ſenectutem: q̄ ſit conſtituta. i. confirmata fundamentis adoleſcētiæ, ideſt quæ ab adoleſcentia cœpit cōſtitui. Ex quo. i. ex qua cā efficitur id quod ego dixi cū magno aſſenſu oīum: vcʒ ſenectutem eſſe miſerā: quæ defenderet ſe oratione. i. verbis & nō factis. Cani. ſ. capilli non poſſunt afferre repente auctoritatem: nō ēt rugę: ſed eas ſupior. i. iuuenilis & virilis acta honeſte ꝓbet extremos. i. ſummos fructus auctoritatis. Hæc. n. ipſa quæ videntur leuia. ſ. parui momenti: vlʒ ſalutari a multis: appeti i ſocietatē multorum: decedi. i. de via cedi & locū concedi: aſſurgi a ſedentibus dum pertranſitur: deduci a domo in forū: reduci a foro in domū: conſuli. i. cōſiltū peti: ſunt honorabiliora: q̄ & apud nos & i aliis ciuitatibus: vt quæq;. ſ. ciuitas eſt morata. i. moribus inſtituta optime: ita obſeruantur diligentiſſime. Aiunt. ſ. fere oēs Lyſandrum illū lacedæmoniū cuius feci modo. i. paulo ante mētionē ſolitū dicere honeſtiſſimum Domiciliū ſenectutis eſſe lacedæmone, ideſt ſparta ciuitate (vrbs enim lacedęmone dr̄: & ciues eius lacedæmonii ſeu ſpartiatæ.) Enim pro ge: nuſq̄ ſup. alibi tribuitur tm̄ q̄tum in lacedæmoniorū vrbe ætati. ſ. grādiori, & nuſq̄ eſt ſenectus honoratior. Quin etiā proditum eſt. i. proro datum eſt: vt in longū conſeruetur memorię: cum q̄dā grandis natu. i. ſenior veniſſet atheñ. ideſt apud athenas ludis. i. in ipſis ſpectaculis aut t͞pe ludorum: locū ei nuſq̄ datum in magno cōſeſſu. ſ. vbi plurimi ſimul ſedebant: ſuis ciuibus. i. conciuibus hoc eſt athenieñ. Cum enim ipſe non eſſet princeps non poterat athenieñ. dicere ſuos ciues: ſed conciues. Ideoq; credam hoc mendum vt ſit ciuibus pro conciuibus ſcriptum.

MAR. PHIL. ¶IN ſententia: ideſt in explicatione mentis ſuæ in cōcilio quid faciendū: & quid non faciendum eſſet cum habebant aliquid in ſenatu deliberare: & oēs ſenatores ſuā ſniam dicebant. ¶Nutu: ſigno capitis annuentis alicuius faciendæ vel nō faciendæ rei. Id aūt differt ab annuo: & nuto: nā nutare eſt capite annuere. ¶Nuere vero labro vel nare: nictare oculis. ¶Honorata: non autem cōtempta q̄ oīno grauis eſt. ¶Sed in omni oratiōe, i. in omni meo ſermone: vñ notaq; ponit modū cōparandæ auctoritatis q̄ quidem auctoritas: vt diximus: eſt ſnia imitatione digna ſine rōne: hoc eſt ratio, i. cū non quæritur in ea: vt ſolebāt de Pythagora di-

Nuto. Nuo.

Cum autem ad lacedæmonios acceſſiſſet: qui cum legati eſſent in loco certo conſederant: conſurrexiſſe omnes illi dicuntur: & ſenem illum ſenſum recepiſſe. Quibus cum a cuncto conſeſſu plauſus eſſet multiplex datus: dixiſſe ex iis quendam Athenienſes ſcire quæ recta eſſent: ſed facere nolle. Multa in noſtro collegio præclara. Sed hoc de quo agimus in primis: quod vt quiſq; ætate antecellit: ita ſententię principatum teneat. Neq; enim ſolum honore antecedentibus: ſed iis etiam qui cum imperio ſunt maiores natu augures anteponuntur. Quæ ſunt igitur voluptates corporum cum auctoritatis præmiis comparandæ? quibus: qui ſplendide vſi ſunt ii mihi videntur fabulam ętatis peregiſſe: nec tanquam inexercitati hiſtriones in extremo actu corruiſſe.

PET. MAR. ¶ CERTO: cōſtituto & aſſignato honoris gratia. ſiquidem ſedebant diſtincte. nō promiſcue. ¶ Noſtro collegio: augurū cetu. & corpore. cuius magna erat in omni re agenda auctoritas: habebanturq; augures Iouis interpretes: ¶ Primatum: principatum. & primum locum in dicēda ſententia. ¶ Honore: dignitate aliqua & magiſtratu. ¶ Antecedētibus: maioribus. & ſupioribus. & tales prætorii aut cōſulares appellabātur. appellationemq; ſortiebantur ab honore quem habuerant & impio, vt tribunitii: quæſtorii, ędilitii, dictatorii, cēſorii. ¶ Cum imperio eſſent: ipſo magiſtratu fungerētur. ſed proprie cum imperio eſſe is dicebāt apud antiquos cui nominatim a populo dabatur imperium. Cum poteſtate eſſe is qui a populo alicui negotio præponebatur. Merum imperium is habebat, qui ad animaduertendum: facinoroſos homines gladio vtebatur. Mixtū vero imperium cui ect iuriſdictio in danda bonorum poſſeſſione. Magiſtratus eſt qui in poteſtate aliqua ſit. ¶ Maiores natu: ætate ſuperiores. ¶ Auctoritatis: æſtimationis & dignitatis. ¶ Splendide magnifice. & honeſtiſſime functi ſunt talibus præmiis & fructibus. ¶ Fabulam ætatis: rectū curſum vitæ degendæ vt hiſtriones in fabularum partibus nituntur ſeruare decorum & maxime in extremo actu vt plauſum referant. & commendationem. Seneca in epiſtolis dicit, vides aliquem gloriari ſenectute longa. quis illam ferre potuiſſet ſi contigiſſet centeſimum implere. Quomodo fabula, ſic vita nō quā diu, ſed quam bene acta ſit, refert. Nihil ad rem ptinet quo loco deſinas, quocunq; voles deſine: tantum bonam clauſulam impone. Si mores vocat licet immatura ſit: licet me dii i præcidat ætatem pceptus longiſſime fructus eſt. Nam vt poſſidonius ait vnus dies eruditorum plus patet q̄ imperitorū longiſſima ætas. ¶ Inexercitati: rudes & ſine vſu hiſtrionicæ artis quæ humanos actus imitatur & refert. ¶ Corruiſſe: cecidiſſe i amiſiſſeq; nomen veri hiſtrionis & mimi. cum in quinto actu fabulæ aberrauerit qui cura vel maxima tractandus eſt & induſtria. vnde celebratur illud Diogenis. cui cum diceretur ſenex iam effectus quieſce a laboribus reſpondit. quid ſi in ſtadio currerem oporteret ne prope metam curſum remittere an magis intēdere. quapropter idem Cicero pręcipit in officiis: vt languorem fugiant ſenes atque deſidiam.

MAR. PHIL. ¶ AD Lacedæmonios: legatos: ſcilicet qui eodem ſpectaculo erāt apud athenas. ¶ A cuncto: vniuerſo coniuncto: quaſi coniunctus dictus cunctus eſt: totus vero a tot quamuis habeat primam longam: & vnius corporis plenitudinem ſignificat. Omnis vero vniuerſalem: ſed iſta ſæpiſſime confunduntur. Virgili. Omnemq; reuerti per troiam. Stati. Et totos imponam ordine nepotes. Virg. Statius ¶ Cōceſſu: athenienſium. ¶ Plauſus: ſignum approbationis & commendationis cum percuſſionibus manuum datum: lacedæmonios benefeciſſe: & ipſi tamen non faciebant: & laudando lacedæmonios vituperabant ſeipſos. ¶ In noſtro: romano: ſemper enim cum græcis latina coniungit, ne latini quidem græcis viderentur eſſe minores. ¶ In primis: ante omnia. ¶ Sententiæ: explicationis mentis ſuæ in conſilio. ¶ Honore: aliqua dignitate præcedentibus. ¶ Sed hiis qui cum imperio: ideſt qui ſunt imperare in ciuitate, vt ſenatores & conſules & dictatores: non autem quod hoc loco intelligitur pro officio militari: imperatores enim appellabantur quos dicunt capitaneos: & exercitui præerant: & ſinguli ab aliqua re geſta: vel ab exercitu, vel a ſenatu hoc nomine nuncupantur. ¶ Maiores nato: ſeniores augures. ¶ Voluptates corporis, vt cibi & potionis. ¶ Fabulā: ideſt comœdiam per ſimilitudinem loquitur, quia ſicut comœdia in actu eſt diuiſa, ita ætas noſtra in actu tum puerítiæ: tum adoleſcentiæ & cætera. ¶ Inexercitati: quia nullas exercitationes habuerūt in recitandis comœdiis: vnde in fine: ideſt in vltimo actu. ¶ Corruerint: ideſt defecerint nimium defatigati. Exercitatus autem ab exercito differt in hoc: q̄ exercitatus qui eſt expertus: & exercitationem & peritiam habuit alicuius rei dicitur. Exercitus eſt defatigatus, vt Virgilius: Nate iliacis exercite fatis. ¶ Hiſtriones: enim ſunt actores comœdiarum dicti ab hiſtro quodam: qui primo cœpit recitare: & de thuſcia Romam dictus fuit.

Exercitatus — Exercitus — Virg. — Hiſtrio

ASCĒ. ¶ CVM autem ſenior ille acceſſiſſet ad lacedæmonios: qui tum forte legati illic agebant. Vnde dicit: qui cum eſſent legati conſederant, ideſt ſimul ſederant in certo, ideſt illis aſſignato & deputato loco, omnes illi, ſcilicet legati athenienſes dicuntur conſurrexiſſe: ideſt ſimul ſurrexiſſe & recepiſſe illum ſenem ſeſſum, ideſt ad ſedendum: vt ſit ſupinum a ſedeo, niſi ſit legendum in conſeſſu. Quibus ſcilicet lacedæmoniis cum plauſus, ideſt applauſus in ſignum commendationis: multiplex, ideſt copioſus eſſet datus a cuncto, ideſt ſimul omni, quaſi coniunctio: conceſſu, ideſt multitudine conſedentium: aiunt ſupple: quempiam, ideſt quemuis vnum ex his ſcilicet lacedæmoniis athenienſes ſcire quæ eſſent recta: ideſt decentia: vt poteſciebant honeſtum & decorum eſſe aſſurgere, & locum cedere grandioribus: ſed nolle facere: quæ res apud Valerium Maximum & in apothegmaticis Plutarchi latius habetur. Multa ſupple fiunt: aut ſunt præclara in noſtro Romano: aut ſenatorio collegio: Sed hæc de quo agimus: ſcilicet ſenectuti aſſurgere eſt ſupple præclarum in primis, q̄ vt quiſq; antecellit ætate, ita teneat principatum ſententiæ, ſcilicet dicendæ, hoc eſt cum rogantur ſenatores, antiquiſſimus quiſq; primus ſententiam dicit. Neque enim ſolum anteponūtur augures maiores natu, ideſt ſeniores antecedentibus honore, ideſt his qui in aliquo maiore ſunt honore, ſed etiam iis qui ſunt in imperio: ideſt qui habent auctoritatem imperandi vt conſules & dictatores. Igitur quæ voluptates corporum ſunt comparandæ, cam præmiis auctoritatis quam ſenectus affert, quaſi dicat nullæ. & ita vult dicere, beatiorem ſenectutem q̄ adoleſcentiam: quia tametſi non magnopere delectatur voluptatibus, habet tamen auctoritatem qua illis longe præſtent. Quibus: ſcilicet præmiis auctoritatis: qui ſunt vſi ſplendide, ideſt præclare aut glorioſe, ideſt videntur mihi peregiſſe: ideſt ad finem vſq; egiſſe. & ita feliciter vixiſſe, vt qui comœdiā aut tragœdiam peregerunt omnes partes earum feliciter egiſſe, & in agendo perplacuiſſe videntur, peregiſſe dico, Fabulam. ideſt tāquam fabulam, vt comœdiam ſeu tragœdiam aliquam ætatis, nec corruiſſe, ideſt diſplicuiſſe. (Sicut ſtare dicūtur dum placent:) aut collapſi eſſe ab arte, qua in principio vſi fuerant, in extremo actu vbi ſummum eſt periculum, quia tunc fatigati ſunt actores & populus ſatiatus aut nodum fabulæ intelligent aufugit tāquam Hiſtriones, ideſt actores qui perſonati agunt: inexercitati, ideſt minus experti. At ſunt moroſi: & cætera. Obiicit vt purget ea quę ſenibus obiici ſolent vitia dicens.

¶ Moroſi:

At ſunt moroſi: & anxii:& iracundi:& difficiles ſenes
ſi quaerimus etiá,auari: ſed haec morum vitia ſunt:nõ
ſenectutis. At moroſitas tñ & ea vitia quę dixi habét
aliquid excuſationis:non illius quidem iuſtę: ſed quae
probari poſſe videatur: conténi ſe putát:deſpici, Illu-
di praeterea in fragili corpore odioſa oís offenſio eſt:
quae tamen oía dulciora fiunt & bonis moribus & ar-
tibus Idq; tum in vita:tum in ſcęna intelligi poteſt ex
his fratribus qui in adelphis ſunt:quanta in altero du
ritas:in altero comitas. Sic ſe res habent:vt enim non
omne vinum,ſic non omnis aetas vetuſtate coaceſcit.
Seueritatem in ſenectute probo:& eam ſicut alia mo
dicam :acerbitatem nullo modo:auaritia vero ſenilis
quid ſibi velit nõ intelligo. Poteſt enim quicquá eſſe
abſurdius.q̃ quo minus viae reſtat eo plus viatici quę
rere:'Quarta,reſtat cauſa:quae maxime atq; ſollicitam
habere noſtram ętaté videtur: appropinquatio mor-
tis : quae certe a ſenectute non poteſt longe abeſſe,

PET. MAR. ¶ MOROSI: difficiles in modo viuédi:nec facile cõté
ti ſorte pſenti moroſi dicũtur qui rectum & decétem nõ ha
bent in moribus modum eorumq; mores multi ſunt & va
rii, ſic & verboſi appellãtur , quorum verba nimia ſunt &
obtũdétia. Anxii:queruli, moeſti, ſollicitudine varia labo/
rantes, & corporis atq; animi cruciatu. ¶ Difficiles: aſperi,
intractabiles. ¶ Morũ vitia:
errata quae parit mos vari/
us: & prauum vitae íſtitutũ
nec non ignorantia decori.
quod qui ſeruat his vacat vi
tiis quibus imperitorũ vita
labora. ¶ Probari : probabi/
lis videri ac per hoc laudari
potiuſq̃ vitio verti. ¶ Conté
ni:ſperni, negligi. ¶ Fragili:
debili & affecto. ¶ Offenſio:
laeſio nocumẽtum. violatio.
¶ Dulciora: mitiora . & tole
rabiliora . ¶ Bonis moribus
emẽdatiori vitę íſtituto . &
arte qua mores ad rectũ di/
rigũtur. & corrigũtur . haec
ars prudẽtia dicitur . forma
videlicet ipſius honeſti & cu
ſtodia decori , conſiderare
oportet inquit phs ad quae
nos propenſiores ſumus . nã
alii ad alia ſumus natura p/
diues. & ad contrarium oportet nos retrahere. longe ſiqdẽ
a delicto abeũtes ad ipſam demũ perueniemus mediocri/
tatem . vt hi facere ,conſueuerunt qui obliqua ligna diri/
gunt ad normam. ¶ Idq;.i.fieri mutationem morum & iſti
tutorum. ¶ In vita: in communi modo viuendi. ¶ In ſcaena:
re ficta vt comoedia quę mores humanos imitatur. & ciuilẽ
refert vitam. necnõ per ſe fert theatralem pſtum . & vulga
rem eruditionẽ. ¶ Ex his fratribus:exemplo eorum fratrum
quos Terentius inducit in adelphis, quorũ noía diuerſos
oñdunt mores, qui tñ mutati ſunt . nã demeas lenita aſperi
tate atq; importunitate factus eſt Mitio: virtutes certe ac
vitia in nřo locanř arbitrio. & ſibi quiſq; dat mores . natu/
ra ipſa nos inchoat: ſed prudentia & vſus abſoluunt .'quod
niſi ita ſe haberet dicit Ariſtoteles non eſſet opus docente,
ſed oẽs boni fierent aut mali . oẽs habitus ex actibus ſimili/
bus fiunt, quorum differentias habitus ipſi ſequũtur . Non
dat natura virtutem ait Seneca.ars eſt bonum fieri: virtus
nõ cõtingit aío niſi inſtituto & edocto. ¶ In altero :demea.
¶ Diritas : aſperitas. rigor vitae ſeuerioris. Comitas affabili
tas: benignitas: indulgentia: humanitas qua praeditus erat
mitio. ¶ Non oís aetas:non oís qualitas & natura hoís ſit
aſpera & moroſa in ſenectute : ſed illa tãtũ cuius praua fue
rũt ſtudia, & mores, ¶ Coaceſcit : amara fit & aſpera vt ace
tum in quod degenerat aliquãdo vinũ . ¶ Seueritatem: gra
uitatem prudenti ſenectute dignã. ¶ Probo:laudo & proba
bilem aſſero. ¶ Modicã: temperatã vt modum nõ excedat.
¶ Acerbitatem: diritatem moram & aſperitatem. ¶ Abſur
dius:alienus a 'praeſcripto rõnis atq; prudentiae . ¶ Viatici
auxilii ad cõficiendum iter . viaticum id dicitur quod via
toribus neceſſarium eſt .proſecutus etã inquit Plinius in epi
ſtolis viatico ſecedentem. ¶ Reſtat: ſupereſt. reliqua eſt. rema
net. ¶ Cauſa: ratio. ¶ Augere cruciare . ¶ Sollicitam: pertur
batam & quaſſatam.

MAR. PHIL. ¶ AT ſunt moroſi : antipophora facta a Cato . ex pſona
illorũ adoleſcentulorum qui audiebãt: moroſus autem dř q
variis moribus contrariis & peruerſis inſtructus eſt & fa
ſtidioſus: & nulla re cõtentatur: & mõ ait: mõ negat. ¶ An
xii: moleſti: ab angore. ¶ Iracundi : in oíbus indignationem
hñtes. ¶ Difficiles: quaeruli cum quibus nemo viuere põt: Auarus
cuius contrarium eſt facilis. Etiam auari: ab aueo & aere qđ Teren.
auidus ſit aeris . Vnde Teren. Quanto ſeniores ſunt : tanto

auidioris. Et Ho. Et inẽtis miſer abſtinet: ac timet vti: vel q Hor.
res oís timide gelideq; miniſtrat. Dilator ſpe longius iners
auiduſq; futuri. Difficilis q̃rulus laudator tpis acti. ¶ Non
ſenectutis: quia ſi ſenectutis eſſent: in omni quidem ſenectu
te eſſent: quod non eſt in omni ſenectute : vt paret in exem
plis. ¶ At moro. & adhuc vult excuſare illa vitia quae dicũ/
tur eſſe in ſenectute :quãuis
nõ ſint ſenectutis: ſed morũ
ſint: & ſubiungit aliquas ex
cuſationes debiles . Eſt enim
excuſatio reprehenſionis &
culpę diminutio: ſed quae ex
cuſatio. ¶ Conténi: in cõtem
ptu filiorum eſſe : qm̃ nõ fit
quod iubeat . ¶ Deſpici: non
venerari a filiis cuius cõtra/
rium eſt ſuſpici: haberi in ho
nore. ¶ Illudi : quorũ illuſio
grauiſſima eſt ſenibus . ¶ In
fragili corpore: i vulnerato
digito ſi quis tãgeret. ¶ Mo/
ribus bo. & bonis addidit :
quia mos eſt verbũ meſum:
& bonꝰ & malus ſicut nobi
lis & illuſtris . ¶ Artibus.i. di
ſciplinis virtuoſis . ¶ In adel
phis: in comoedia Terẽtii q̃
adelphi dicitur.i. fratres , qa
duo fratres i ea diuerſis mo/
ribus inducũtur . Demea durus : & Mitio benignus & co/
mis. ¶ In altero.ſ. Demea ¶ Duritas: ita legũt multi: ſed No Duritas
nius mar. diritas legit: hunc textum allegãs: & dicitur diri
tas a deorũ ira miſſa . ¶ Comitas : benignitas : ¶ Sic ſe . con/
duſio aetatis ſenilis . ¶ Coaceſcit: acetũ fit quod aſu dicunt.
¶ Seueritatem: veritatem ſequentẽ ¶ Seuerus : grauis : matu Seuerus
rus : quaſi ſequens verũ dictus . ¶ Abſurdius: inaudibilius ſi
ne loco. ¶ Quo minus viae: ad foſſam mortis: per ſimilitudi
nem viatorũ dicit, q ſi longius ab vrbe irent . & magnum
viaticum ferrent: eſſet quid abſurdum & vituperabile : ſic
ſenes qui nõ multum diſtant a morte: eſt abſurdum habere
& plus quaerere q̃ oportet, & ſufficiens ſit ad paruũ ſui tem
poris ſpacium peragendum: ſed illud verum eſt Teren. di/
ctum. Id enim vitium, commune omnium eſt quod nimiũ
ad rem in ſenectam intenti ſumus . ¶ Quarta reſtat cauſa:
ordinem ſequitur: quo diuiſit in quo praeuiſum docilem &
attentum reddit auditorem . ¶ Augere: taedio & moleſtia
afficere. ¶ Quae certe: confitetur ita eſſe ſed poſtmodum re
ſpondet dicens.

¶ AT ſup. dicet q ſenes ſunt moroſi.i. nimis exactorũ & ASCE.
difficilium morũ & anxii.i. ſolliciti aut moleſti & iracũdi.i.
ad irã procliues & difficiles.i. q̃ruli, aut inexorabiles & nul
li cõcedentes, & ſi q̃rimus.i. pſtudius rimamur : ſunt ẽt aua
ri, ſed inquit Cato haec vitia ſunt morũ.ſ. eorum qui tales
mores habét nõ ſenectutis : quia poſſunt eſſe ſenes & talia
non hẽe vitia. Attamé moroſitas & ea vitia.ſ. reliqua quae Vitia ſe
dixi hñt aliquid excuſationis : non quidem illius excuſatio nectutis.
nis iuſte.i. exacte & iuſtificantis: ſed q̃ videatur poſſe proba
ri.i. approbari: & recipi quia ſenes putant ſe conténi.i. ne/
gligi: & deſpici.i. vilipẽdi: & illudi.i. ludibrio haberi. Eſt er
go auxeſis: qa plus eſt deſpici q̃ conténi : & plus illudi q̃ de
ſpici. Pręterea oís offenſio eſt odioſa.i. moleſta: vt interpre
tatur valla in corpore fragili quale eſt ſenibus. Quę tñ oía
fiũt dulciora.i. mitiora in bonis moribus & bonis artibus:
& id põt intelligi tum.i. ſimul in vita.ſ. cõmuni hoíum : &
tum.i. ſimul in ſcaena.i. in actu comoediarum: ex his fratri/
bus.ſ. demea & mitione: qui ſunt in adelphis comoedia illa
terentiana, ab adelphis.i. fratribus denominata : q̃ta duri/
tas ſup. ſit in altero: vez demea. & quãta comitas.i. facilitas
& benignitas atq; affabilitas ſit in altero videlicet mitione
Res hñt ſe ſic diſcrimen in eis . Enim pro quia,i. quẽadmo/

dum non oē vinū coaceſcit.i.fit acetū & acre vetuſtate,ideſt p vetuſtatē: ſic nō ois ætas coaceſcit.i.fie acris: acerba: & rigida vetuſtate. Ego pbo.i.approbo ſeueritatē.i.pſecutio nem veritatis in ſenectute & ea.i. ſenectutē pbo modicā.i. ſi ſit modica: ve alia.ſ.pbo ſi ſint modica: qa apprime vtile eſt in vita vt ne qd nimis. Acerbitatē ſup.probo nullo mō.

ꝙ mors aut eſt negligenda aut optanda: quia aut aīa viuit aut moritur: ſi viuit mors eſt optāda:nam certum eſt tranſi re ad meliorē locum & ad æternitatem & felicitatē quan tum ex cōditione & eſſentia & natura aīæ:& cum Deus ſit iuſtus vnicuiqꝫ animæ dat quod ſuum eſt. Animæ vero ē æternitas: ergo dat rei æternitatē & locum vbi æuo frua/

O miſerū ſenem: qui mortem cōtēnendam eſſe in tā longa ætate nō viderit: quæ aut plane negligenda eſt ſi omnino extinguit animum aut etiam appetenda:ſi aliquo eum deducit vbi ſit futurus æternus. Atqui ter tium certe nihil inueniri poteſt. Quid igitur timeā? Si aūt non miſer poſt mortem aut beatus etiam futu rus ſum? quāquā quis eſt tam ſtultus quāuis ſit adole ſcens cui ſit exploratū ſe ad veſperum eſſe victurum? Quin etiam ætas illa multo plures quam noſtra mor tis caſus habet. Facilius in morbos incidunt adole ſcentes:grauius ægrotant: triſtius curantur. Itaqꝫ pau ci veniunt ad ſenectutem:quod niſi ita accideret me lius & prudētius viuerēt. Mens.n.rō & conſiliū i ſeni bus eſt:q ſi nulli fuiſſent;nullæ oīno ciuitates fuiſſent.

Vero p ſed. nō intelligo: qd ſibi velit auaritia ſenilis.i.ni pro qa:q̄ro ſup.an quicquam pōt eē abſurdius.i.auditu in dignius q̄ quærere eo.i.tāto plus viatici.i. ſuſtentamenti viæ i aut ad onera viaꝫ por tāda adminiculi pſeriim nō mariuquo.i.quāto minus re ſtat.i. reliquū eſt peragendū Quarta: purgat quartū ob iectum dicēs. Quarta eā vt augere.i. comprimere ſolli citudieꝫ:q.i.hic noſtram.i. ſenilē ætatem ſollicitam. re ſtat ſup.purgāda aut refutā da, videlicet appropinqua tio mortis. quæ.ſ.mors non pōt certe abeſſe lōge a ſenectute: vbi notabit puer omnia a ſum compoſita datiuo gaudere præter abſum: cui frequen tius ablatiuum damus.

PET. MAR. ℂO MISERVM:ſtolidū,bardū & lata culpa,craſſa ꝙ ignorātia laborātē.ea ſiquidem ignorat quę cuiqꝫ vel hæ beri:& tardo nota eſſe pnt:experiētia ſubinde demonſtran te veritatē.¶ Plane:certe. ¶ Omnino: penitus. ¶ Extinguit: delet, enecat, redigitqꝫ in nihilū ex hallucinanti & plūbeo epicuri ingenio. Appetenda:votis oibus optāda cum rem optimam polliceatur æternitatē.ſ.animorū. & iucundiſſi mam libertatem corporeæ cuſtodiæ fractis vinculis. ¶ De ducit: emittit: & comitem ſe præbet ad gloriā. Aeternus: perpetua quiete præditus: & delectatione, ſi corporea con tagione vacauerit,hæc vera ſententia eſt, & catholica ¶ At qui: profecto. ¶ Non miſer.i.nullum ſentiens malum ſi peni tus morte extinguimur quod vaniſſimum eſt: & abſurdiſſi mum.hac hæreſi quāuis dogmati ſtoico addictus labora uit aliquādo Seneca, ſic enim ſcribit in cōſolatione ad mar tiam. Mors oium dolorum ſolutio eſt: & finis,vltra quem mala nra non exeunt,q̄ nos in illā trāquillitatem in qua an teq̄ naſceremur iacuimus reponit, mors nec bonū i nec ma lum eſt hæc ille.qd aūt de ſtatu animorū recte i & chriſtia ne philoſophantibus tenendum ſit ſacræ literæ pſcribunt,q bus tota mente inhærendum eſt. ¶ Beatus: felix: & æterna trāquillitate ac diuina fruitiōe donatus. ¶ Stultus impro dens & inani opinione corruptus. ¶ Exploratū: certum fit mum indubitatū. ¶ Caſus: infortunia: & nidos calamitatis & ruinæ. ¶ Facilius ppter vehementiā affectuū. & vitæ in temperantiā. ¶ Grauius: aſperius & periculoſius pp inobe diētiā i & effrenas cupiditates: & æſtus libidinū. ¶ Triſtius difficilius laborioſius. ¶ Ita accideret i paucos videlicet ve nire ad ſenectutē. ¶ Melius: honeſtius & iuſtius. ¶ Pruden tius: circūſpectius: & rōnabilius prudētia ſiqdem vitæ ma giſtra: & bonorū i atqꝫ malorū delectum habens eſt virtus ſeniorū quos longus edocuit vſus:quapropter iuuenes fa cile ſciam ſibi parant: ſed non prudentiā. ¶ Mens prudētia: rerū humanarū cognitio. ¶ Ratio diſcurſus mentis & præ teritorū cum futuris cōnexio. ¶ Conſiliū i exacta conſulta tio deliberatio & electio. ¶ Nullæ ciuitates: ciuiles cœtus ordinē vitæ ſeruantes, & ſanctis legibus obtemperantes, quæ nil aliud ſunt q̄ ſermones ab aliqua graui mente pro uidaqꝫ prolati.vnde nomi appellabantur a græcis appella tione deducta a mēte. & apud latinos a lego deligo & dele ctum habeo,etenim lex non appellatur ſed deprauatio quæ delectu caret. & a ratione non conſtat

MAR. PHIL. ℂO MISERVM ſenē: deide ſubiicit argumētū hoc mō:

tur ſempiterno:aliter nō eſ ſet iuſtus. Iuſtitia.n.eſt vni cuiqꝫ tribuere quod ſuū eſt: & vt ait Iuſtinia. iuſtitia eſt cōſtans & perpetua volūtas ius ſuum vnicuiqꝫ tribuēs: ſi vero morit anima: mors eſt oino negligenda: qa nō ſen tiet amplius aliquem dolo rem: morbū:aut moleſtiam. Ex quo vult concludere ꝙ mors nō eſt timēda: nec ma lum qdem eſt:ſed optāda & bonum:qa poſt mortem ne mo ſit miſer:aut oino beat & æternus eſt futurus. ¶ At qui tertiū: hoc eſt qd non ca pit aliquod medium hoc pa cto i aut viuit aut moritur: qa neceſſe eſt i ꝙ aut viuat: aut moriatur. ¶ Quid igitur:concludit quod diximus. ¶ Quid igitur timeam: quaſi dicat nihil eſt quod timere poſſim i ſi aut non miſer:quia ſi oino interit aia nihil ſentit: & nō ſen tiendo non poteſt eſſe miſer: quia nullam poteſt ſentire mi ſeriam i hanc vero partem optime exponit Cic. in lib. tuſcu. queſtionum. ¶ Aut beatus etiam futurus ſum i quaſi dicat, ſi viuit anima illuc poſt mortē proficiſcitur: vbi æuo frua tur ſempiterno & felicitatē adipiſcitur: ꝙ autem mors op tanda ſit & nihil ſit ea præſtantius i miraculoſa mors duo rum filiorum ſacerdos argiuæ iunonis apud agros expo nit i mos autē erat argiui ſacerdotis ad iunonis tēpla pro ficiſci quotannis iunctis bobus i & forte fortuna cū peſtilē tia illic maxima per aliquod tēpus antea fuiſſet i & omnia pecora conſumpſiſſet: boues.nō reperiebātur ſolēniæ: ita ędilis & bieo ſacerdotis filii ſub mater euntes iugom ad iu nonis templa duxerunt: tunc iuno religionem probans: & mirificam eorū fidem detulit matri: vt qd vellet audacter poſceret: ꝙ nullā pateretur ab ipſa repulſam.inquit illa: vt quid ſciret dea vtile mortalibus ipſa præberet. Die vero ſecunda ſacerdotes illi iuuenes cōperti ſunt mortui:qua pro te pbatum eſt nihil morte præſtantius: quod Hero. inquit in prio hiſto. ¶ Sic exploratū: pro certo habeat & modus lo quēdi apud Cic. frequētiſſimus i a hunc modū. ¶ Spero:cōfi do: & exploratum habeo: iam ſemper creſcit oratio. ¶ Ae tas illa.ſ adoleſcentiæ q̄ noſtra ſenilis. ¶ Facilius:quia habēt maiorem materiam ad morbos:vt ſanguinem: vt humorē quibus morbi nutriuntur: & in ſenibus non ita feruor ſan guinis:vt in adoleſcētibus eſt i nam ſicut ignis multis ligi nis melius ardet: ita morbus multo humore & ſanguine. ¶ Melius & prudentius q̄ ſenes eū melius viuerēt: in quibus eſt mens ratio & cōſilium i & per cōſequēs melius viuere tur. ¶ Ratio i cognitio diſcretionis. ¶ Cōſilium:deliberatio. ¶ Nullæ ciuitates: vt ſuperius dictum eſt.

ASCE. ℂO MISERVM ſenē qui nō viderit i tam lōga æta te q̄tam dixit mortē eſſe cōtēnēdam:ideſt nō formidādam: quæ.ſ.mors aut eſt plane, ideſt oino contēnenda tanquam nihil habens in nos poteſtatis: ſi extinguit oino animum, aut etiam eſt appetenda ſi deducit eum ideſt animū aliquo: ideſt i aliquem locum, vbi animus ſit futurus æternus. Qd ſi ethnico eſt perſuaſum quanto magis chriſtiano deberet mors eſſe in deſiderio i & ita i patiētia:vt dicat cum apoſto lo, deſiderium habeo diſſolui & eſſe cum Xpo. Atqui.i.enī nihil certe pōt inueniri tertium.i.medium. Nam aut extin guitur:aut nō extinguitur qlibet i morte aīus i ſi nō extin guit æternus eſt, ſi extinguitur nihil illi formidandum: ve rum nō

Iuſtitia

Biton & Acdilis ſacerdotis iunonis filii

rum nõ recte cõcludit Cato qa nõ ſequitur ęternus eſt futurus ergo beatus, & ita mors peccatorꝝ peſſima, Igitus qđ timeã: ſi aut nõ ſum futurus miſer: qa nullus futurus ſum poſt mortẽ aũt ẽt futurus beatus: q̃q̃ qs ẽ tã ſtult? q̃uis ſit adoleſcens cui ſit exploratũ.i.p certo cogitũ ſe eſſe victurum ad veſperũ.i.donec veſperus: aut heſperus oriatur. iuxta illud Nemo tã diuos habuit fauẽtes craſtinum vt poſſet ſibi polliceri, & illud. Quis ſcit an adiiciant hodiernæ craſtina ſummæ tpa dii ſupbi. Et ſi ad tpa reſpicere voluſmus ẽt illud. Vigilate qa neſcitis diẽ neqꝫ horã. Qui nẽt illa ætas .ſ. adoleſcẽtiæ habet multo plures caſus mortis qbus in mortẽ incidãt q̃ nſa.i.ſenilis pbet ſic. Adoleſcẽtes incidũt facilius i morbos & ęgrotãt grauius & curãt triſti?.i. difficili? i & ita pauci veni vt ad ſenectutẽ: ꝙ niſi accideret .i. niſi pauci ad ſeniũ puenirẽt i hoc ẽ ſi multi fierent ſenes viuerẽt .ſ. ab oĩbus melius & prudẽtius q̃ vbi tã pauci ſũt ſenes viuũt. enĩ p qa: mens: ratio & conſilium ẽ in ſenibus q .ſ. ſenes ſi nulli: ideſt nõ vlli ſi nõ fuiſſent vlli etiam nullæ omnino ciuitates fuiſſent.

Sed redeo ad mortem impẽdentem, quod eſt crimen ſenectutis! cum illud videatis cum adoleſcẽtia eſſe cõmune! Senſi ego tum in optimo filio meo: tum in expectatis ad ampliſſimam dignitatẽ fratribus tuis Scipio, omni ætati mortem eſſe cõmunem, At ſperat adoleſcens diu ſe victurum, quod ſperare idem ſenex nõ poteſt. Inſipienter ſpera. Quid enim eſt ſtultius: q̃ incerta pro certis habere, ac falſa pro veris! Senex ne qđ ſperet habet quidem. At eſt eo meliore conditione, q̃ adoleſcens: cum id quod ſperat ille, hic aſſecutus eſt. Ille vult diu viuere: hic diu vixit. Quã q̃ o dii boni, qđ eſt in hominis vita diu! Da enim ſupremum tempus: expectemus Tartheſiorum regis ætatem. Fuit enim, vt ſcriptum video, Argantonius quidam gadibus, qui octoginta regnauit annos: centum & viginti vixit. Sed mihi ne diuturnum quidem quicq̃ videtur: in quo eſt aliquod extremum: cum enim id aduenerit: tunc illud quod præteriit, effluxit, tantum remanet quidẽ, quod virtute, & recte factis ſis conſecutus. Horæ quidem cedunt, & dies: menſes, & anni, nec præteritum tempus vnq̃ reuertitur: nec qđ ſequatur ſciri põt. Quod cuiqꝫ tẽporis ad viuendum datur: eo debet contentus eſſe.

PET. MAR. Impẽdẽtẽ: imminẽtẽ. ppĩ quã, Q đ: mortẽ .ſ. impẽdere. Crimen vitium & malã ſortem. Senſi. expertus ſum: cognoui. Optimo: iuſtiſſimo. conſumatiſſimo. Fratribus tuis: qui patris æmiliũ pauli triumphalem gloriam ſua morte tẽperarũt erant. Aemilio inquit Plutar. quatuor filii. duo in optionem alarum familiarũ dati Scipio vs, ac. Fabius. duo etiam in ptãte retẽti quos ex alia vxore ſuſceperat. horum alter quinqꝫ diebus ante triũphũ eſt mortuus ſexdecim ãnos natus. alter duodeci tertia die a triũpho. Dignitatẽ: amplitudinẽ virtutis & gloriæ. Inſipienter: ſine rõne cõſilioqꝫ. incerta ſiquidem pro certis hřẽ ſtultitia eſt & imprudentia. Stultius: imprudentius, qm̃ vana opinione ducit & fallit. Eo: tanto. Cõditione ſorte. ſtatuqꝫ. Sperat optat ſenectutem veluti ppoſitum ſignũ & metãs. Aſſecutus. adeptus. Q uid eſt diu, quaſi dicat nihil, qm̃ vita q̃q̃ lõgiſſima ppetuitati cõparata: & æternitati veluti dies vnus & habetur. & eſt. Supmũ: vltimum ad qđ humana vita in quibuſdã pgreſſa eſt. Tartheſſus hiſpaniæ vrbs ad fretũ gaditanũ. de q & argãtonio dictũ eſt apud ſyllium. huius argantõii fabuloſæ ætatis meminit & Lucianus in macrobii. Vt ſcriptũ video: aput anacreõtem .ſ. & herodotũ gades inſula in freto qđ hiſpanos a mauris diſterminat. Extremũ: vltimum & finis. Id: extremum. Effluxit: tranſiuit euanuit cucurit. Q uod.i. remanet tm̃ nomẽ & fama virtutis & rerum virtute geſtarum. Cedũt abeunt. intingſtate viri monet columella tacito nã tempora greſſu Diffigiunt, nulloqꝫ ſono conuertitur annus.

MAR. PHIL. SED redeo: quia per trãſgreſſionẽ acceſſit ad laudem ſenectutis redit vñ digreſſum eſt. Impendentem: quaſi inſtãtem ad ruinam: ruinam impendo ſecũdę cõiugationis eſt. Minari ruinam: tractũ ab aliquo ædificio ruinã minãti impendere vero tertiæ cõiugationis eſt cõſiderare: vt Luc. Aium impendere veſtrũ. Senſi ego, pbat per exemplũ ppinquum filii ſui. M.C. Fratibus tuis: o Scipio. Pau. Aemi. huius. Scipio. pater poſt triumphum belli macedonici ſeptem poſt diebus duos filios amiſit. Ad ſperat. antipophora q rñdit dicẽs. Inſipiẽter ſpe, qa ſpãre eſt expectare bonũ futurũ incertũ qđ ducit. Quid. n. ſtultius: demẽtius. Senex: antipophora ꝙ ſenex non hẽt qđ plus vitæ ſperet. Cũ id .ſ. poſſet curate Diu vixit, ad illud referẽ: hic conſecutus eſt O dii boni admiratiue. Quid eſt. q.d. nihil eſt in vita humanius. Da diu. concede. Expectemus pbat per exemplum ꝙ in vita nihil ſit diu qđ ſempiternũ: q ad pl? vixerit, vixit qdem cẽtũ & viginti annis. Tharthesiorum: populi ſunt in hiſpania quæ eſt in occidẽtẽ, vbi eſt littus quod tartheſiũ dicit. Vt ſcriptũ: eſt a ſcriptoribus q de lõgæuis ſcripſerunt: veluti Lucian? qđ de longæuis ſcripſit. Argãtonius: gaditan?: a gadib? nomẽ propriũ, q̃ qdẽ gades in occidẽte ſunt vltra pmõtoriũ calpẽ, vñ ẽt mare gaditanũ. Diuturnum, diu viuere & ſempiternũ: eſt. n. cũ id extremũ, vt verbi gfa vltimus dies. c. & .xx. an. Illud qđ preterit .ſ. elapſi. & .c.x. an. Effluxit: euanuit, qa nõ vr vixiſſe. Tm̃ remanet: ſolum illud remanet & ſempiternũ eſt: quod eũ virtute factũ & cõſciẽtia bene actæ vitæ Horæ: ordo naturalis. Ex horis qdam fiunt dies ex his aũt menſes ex mẽſibus autẽ anni: hora vero græcum eſt & non ſolũ partẽ diei ſignificat: ſed partes ãni: vt ver: æſtatẽ: & pulchritudinẽ, añ ὡραῖον & aſpiratur i qñ autẽ regionem ſignificat caret aſpiratione. Dies: qui duplex eſt: naturalis & artificialis, vt ante diximus. Menſes: quidem dicti ab eo quo eſt μήνη quod ſignificat lunam, vel ab eo qđ eſt μὴν qđ græce idem eſt quod menſis latine, qui eſt lunæ curſus. eſt etiam annus, annorum tria ſunt gñа: lunaris annus: ſolſtitius & magnus. Quid cuiqꝫ: optimum documentum quod & ſancto Frã. dignum eſſet. & omni ſanctiſſimo viro.

Tartheſii

ASCẽ. SED radeo ad mortem impendentem .i. ad narrationẽ de morte impendente ſenibus. Q uod.i. quale crimen, ideſt malum eſt illud ſenectutis cum videaris eſſe commune cum adoleſcentia: quaſi dicat nullum. Ego ſenſi mortem eſſe cõmunem omni ætatis.i. ſimili in optimo filio meo M. Catõ ideſt ſimul in fratibus tuis o Scipio expectatis: ſcilicet a Popu. Roma. ad ampliſſimam dignitatem i ſed ambo Pauli. Aemilii patris adoptiui ipſis Scipionis filii mortui ſunt immaturi: aliter paulo ante triumphum macedonicum: alter paulopoſt. At.i. ſed dicetur ſupple ꝙ adoleſcens ſperat ſe victurum diu quod idem: ſcilicet ſe victurum eſſe diu ſenex non poteſt ſperare. Ad quod Cato. Inſipienter ſperat ſupple id adoleſcens. Quid enim eſt ſtultius q̃ habere incerta pro certis: & habere falſa pro veris: quaſi dicat nihil. Senex ne habet quid quod ſperet quaſi dicat aduerſarius, ſcio ꝙ non. Ad quod Cato. At ideſt ſed ſenex eſt eo: ideſt tanto vel iccirco meliore conditione.i. qualitate & fortuna vitæ conſtitutus: q̃ adoleſcens. cum ideſt quoniam aſſecutus eſt id: ſcilicet ſenium. quod ille: ideſt adoleſcens ſperat ſe aſſecuturum. Sunt tamen i qui vitæ cupidi dicant optalibus eſſe diu victurũ eſſe quemq̃ q̃ vixiſſe: ſicut gulæ proceres dicunt præſtantius laute cœnaturum eſſe q̃ cœnaſſe. Ille.ſ. adoleſcens vult viuere diu, hic.i. ſenex vixit diu, quã q̃ o dii boni quid eſt diu.ſ. durans in vita hominis .q.d. nihil: vnde eſt mezentii. Rhebe diu res ſi qua diu mortalibus vlla ex. Vixi &c. Et illud Iob. Homo nat? de muliere breui viuẽs tempore &c. Da.i. concede nobis ſupermum.i. maximum tẽpus vitæ. Expectamus ætatem regis Tartheſiorum ideſt illorum populorum hiſpaniæ. Fuit enim vt video ſcriptum,

Mors oſ ætati co muni

quidem.ſ.res Argantonius ſcilicet nomine Gaudibus:ideſt apud gades in vltimis locis hiſpaniæ, qui regnauit annos octoginta: vixit annos centum & viginti. Sed nihil videtur mihi ne quidem diuturnum i quo eſt aliquid extremum.i. vltimum. Cum enim:ſcilicet extremū aduenerit, tum illud quod præterit effluxit.i. ſubito elapſum eſt. Et quidem.i. certe illud ſupple manet tā tum quod ſis conſecutus.i. quod obtinuiſti recte factis .i. bonis operibus: vnde eſt illud Maronianum, Stat ſua cuiq; dies i breue & irreuo/cabile tempus Omnibus eſt vitæ & ſed famā extendere factis hoc virtutis opus. Horæ: videtur dicer: quod a diuo Auguſtino dictum ha/bemus, non referre quādiu, ſed qualiter quiſq; vixerit: cum incerta ſit ratio tempo ris. Horæ quidem cedunt ideſt recedunt a nobis aut ſuccedunt & dies ex horis, & menſes ex diebus, & an/ni ex menſibus: nec tempus præteritum reuertitur vn/quam: nec poteſt ſciri ſup.a nobis quid.ſ. tēporis aut re/rum ſequatur. Quiſq; debet eſſe contentus eo ideſt ea parte temporis: quod:ideſt quæ pars temporis datur, ſcilicet a deo & natura, & caſu: cuique ideſt cuilibet.

PETR MAR. ❡PER agenda:abſoluēda: & perficienda: placere in quo/cunq; actu.i. pte fabulæ ſatis ad cōmēdatiōnē: & plauſum. ❡Modo: dummodo laudatur cū agi primas: aut ſecundas non expectato ſiue in quo ſpectatorū plauſus excitat. ❡Sa/pienti: virtute præditoe qua viuit quocunq; tempore glo rioſe. nam qui ad virtutem etiam in iuuenta peruenit in ea que defungitur vita, ad vltimam ſenectutem perueniſſe pu tādus eſt. ❡Ad plaudite, ad vltimum finem fabulæ.i. vitæ preſtat in trāſlatione fabulari & hiſtrionica. ❡Bene: ſtudio/ſe. ❡Honeſte: laudabiliter & plauſibiliter. ❡Quā agricolæ.

A q nō dolēt ſed lætantur potius aduenīſſe æſtatē & autumnū quo fructus percipiunt laborum: ſic ſeniores auctoritatem naſciſcuntur q̄ſi apicem .i. inſigne. & honeſtamētum ſenectu tis: quapp talis ætas accuſanda nō. eſt ſed celebrāda potius. ❡Fructus ſenectutis: lucrum quod affert ipſa ſenilis ætas. ❡Partorum: comparatorum: & acquiſitorum. ❡Memoria: recordatione ſtudioſarum actionum: & rerum præclare ge ſtarum frequentia & abundantia. hæc ſunt animi generoſi præclara & ſumma bona. cætera cum multis communia. ❡Secundum naturam: naturalem ordinem ab intelligenti natura:ideſt deo ſublimi & glorioſo diſpoſitū. ❡In bonis, in numero bonorum diuina ſiquidem opera ſuum pondus habent ordinem atque menſuram. ❡Aduerſante: quoniam talis mors immatura videtur: & quaſi violenta. & ideo vo/catur a quibuſdam ante diem. ❡Vis: potentia: impetus. ❡Op primitur: ſuffocatur. & violenter extinguitur. ❡Sua ſponte: ſuapte natura. & quaſi voluntate. ❡Vi, conatu & extrinſeco impetu. ❡Conſumptus: debilitatus: extenuatus & diminu/tus.

MAR. PHIL. Hora. Inter bene & honeſte ❡NEq; enim: pbat p ſimilitudinem. ❡Per agenda, ad finē perducenda. ❡Fabula: comoedia vel tragoedia eſt diuiſa in/ .v. actus. Hor. Neu maior quinto neu ſit productior actu Fabula: quæ poſcivut & ſpectata reponi. ❡Probet laudetur a ſpectatoribus: qa nō ſatis erit: ſi in quocunq; actu aliquem egregium geſtum feceritis: ſiue in primo: ſiue in ſcūdo actu ex quo laudatur: ſed requiritur q in omni actu a primo vſque ad quintum ſit idem bonus: ſic & vita noſtra in quacūq; æta te fuerit: ſatis erit bene vixiſſe in ea. ❡Ad plaudite: ad finem

Neq; enim hiſtrioni, vt placeat, peragenda eſt fabu/la, modo in quocunque fuerit actu: probetur. Nec ſa/pienti vſq; ad plaudite viuendum, Breue enim tem/pus ætatis, ſatis longum ad bene honeſteque viuen/dum. Sin proceſſeris longius: non magis dolendum eſt, q̄ agricolæ dolent præterita verni temporis ſuaui tate, æſtatem autumnunque veniſſe, Ver enim tan/quam adoleſcentiam ſignificat: oſtenditque fructus fu turos, Reliqua tempora demetendis fructibus: aut percipiendis accommodata ſunt: fructus autem ſene ctutis eſt (vt ſæpe dixi) in partorum bonorum memo ria, & copia. Omnia vero quæ ſecundum naturā fiūt, ſunt habenda in bonis. Quid eſt autem tam ſecundū naturam q̄ ſenibus emori? quod idem contingit ado leſcētibus aduerſante, & repugnāte natura. Itaq; ado leſcentes mori ſic mihi videntur: vt cum aque multi tudine uis flammæ opprimitur, Senex autē, ſicut ſua ſpōte: nulla adhibita ui conſumptus ignis, extinguit.

qa illud eſt vtiliſſimum verbum in comoedijs vt Teren. Vos valete & plaudite: calliopius recenſui: vnde Hora. Donec, vos plaudite dicat. ❡Bene q̄tum ad copiā. ❡Honeſteq;, quā tum ad virtutē. ❡Sin pceſſeris: pulchrā ſimilitudinem dicit nō eſſe dolendum de præterita ætate: & comparat ætatem noſtrā quatuor temporibus anni. ❡Quā agricolæ dolent, quia non dolent: immo gau dent: vt ex floribus qui ſunt in vere ad fructus & matu/ritatem eorum perueniant quod dicit. ❡Ver in quo naſcū tur flores. ❡Oſtēdit per flo/res. ❡Partorum: bonorum memoria & copia: hoc eſt, conſcientia bene actæ vitæ. Eſt enim memoria, vt in/quit Cice. per quam animus reperit ea quæ fuerunt. A etates humorū

❡Omnia vero: concludit q mori eſt habendum in bonis omnia quæ fiunt ſecundum naturam ſunt habenda in bo nis. ❡Emori, eſt enim ſecun/dum naturam, ergo mori eſt habendum in bonis. ❡Quod idem ſcilicet mori. ❡Aduerſante: & re pugante natura. Non quidem vt mo ri vt contra naturam adole/ſcentibus: ſed cum in eis ſic calor & humor quibus cuncta ſuſtentantur & oriuntur: vt ab eis oriuntur cuncta duobus videtur difficilius mori: & ipſa natura repugnante, quod per ſimilitudinem oſtendit dices: vt cum vis flammæ ma/gnus ignis accenſus cum magna materia lignorum. ❡Aquæ multitudine, magna effuſione aquæ: ſic moriuntur adole/ſcentes in violentia aquę. Conſumptus: deficientibus lignis & combuſta materia lignorum.

❡NEq; enim fabula.i. comoedia aut tragedia eſt data hi ſtrioni.i. actori perſonato peragēda ſolummodo in fine.i. ſuprema parte: vt placeat.ſ. populo ſpectanti: ſed ſupple pro betur.i. approbetur in quocunq; actu.ſ. comedia fuerit ideſt etiam ſi non niſi in primo actu ſpectetur. Nec uidēdum eſt ſapienti ad ipſius hiſtrionis opprobationem uſque ad plau dite ideſt finem fabulæ. Aut legamus potius uiuendum ut ſit: nec uiuendum eſt ſapienti uſque ad plaudite.i. uſque ad finem uitæ ſupple ut probet: ſicut non eſt agendum hiſtrio ni uſq; ad finem fabulæ priuſquā probetur. Enim pro quia tempus uitæ breue.i. q̄uis breue, eſt ſatis longum ad uiuen/dum bene & honeſte. Sin.i. ſed ſi proceſſeris longius ideſt ul tra florem ætatis non magis dolendum eſt tibi: q̄ agricolæ dolent æſtatem, q; pro & autumnū ueniſſe, & hoc ſuauita/te.i. amœnitate temporis uerni.i. quod in uere eſt, præteri/ta.i. tranſacta. Enim pro qa: uer ſignificat tanquā adoleſcen tiam: & oſtēdit floribus ſuis fructus futuros: reliqua tēpora ſunt accommodata fructibus demetendis ideſt decidendis: aut percipiendis.i. utendis ſeu fruendis. Autem pro ſed fru/ctus ſenectutis eſt, ut ſæpe dixi memoria & copia.i. cōſcien tia bonorum.ſ. uerorum, quæ ſunt recte facta partorū ante ideſt in florenti ætate. Vero pro ſed omnia quæ fiunt ſecun dum naturam: ſcilicet non deprauatam ea ſunt habenda in bonis: ideſt inter bona. Autem pro ſed quid eſt tam: ideſt tā tum ſecundum naturam: quam ideſt quantum mori eſt ſeni bus: quaſi dicat nihil. quod idem ſcilicet mori contingit ado leſcentibus natura aduerſante & repugnante. Itaque, ideſt ita adoleſcentes uidetur mihi mori ſicut ſupple morit aut extinguitur uis flamæ: ideſt ignis tenuis cum: ideſt quando opprimitur: ideſt obruitur multitudine equæ. Senes autem ſupple uidentur mihi mori ſic: ut ignis conſumptus defici ēte combuſtibili extingitur ſua ſponte: & hoc nulla ui adhi/bita: ſcilicet extrinſecus.

A v c t. Nō eſt uidēdū uſq; ad plaudite fructus ſenectutis. Adoleſc. mors in natura re pugnāte. Mortem optat

❡Crudæ

Et quaſi poma ex arboribus:ſi cruda ſunt,vi auellun‑tur,matura, & cocta:decidunt. Sic vitā adoleſcentib⁹ vis aufert:ſenibus maturitas. Quę mihi qdē tā iucūda eſt:vt quo ꝓprius ad mortē accedā,eo citius quaſi ter ram videar videre,aliquandoq; in portū ex longa na uigatione eſſe venturus, omnium ætatū certus eſt ter min⁹. Senectutis aūt nullus certus ē terminus recteq; in ea viuit quod munus officij exeq & tueri poſſis,& tñ mortē cōtenere.Ex quo fit vt animoſior ēt ſenectus ſit,q̄ adoleſcētia & fortior, Hoc eſt illud quod Piſiſtra to tyrāno a Solone reſponſum eſt:cū illi quærēti, qua tandē ſpe fretus ſibi tā audacter obſiſteret:rñdiſſe di‑cit,ſenectute. Sed viuēdi eſt finis optimus,cū integra mente,cęteriſq; ſenibus,opus ipſa ſuum eadem , quę coagmētauit,natura diſſoluit:vt nauem,vt ędificium idem deſtruit facillime,qui conſtruxit.Sic hominē ea‑dem optime,quæ conglutinauit,natura diſſoluit. Nā omnis conglutinatio recēs ægre,inueterata facile:di‑uelitur. Ita fit vt illud breue vitæ relliquum:nec auide appetendum ſenibus: nec ſine cauſa deſerendum ſit,

PET. MAR. ¶ CRVDA:acerba immatura.⸿Vi:conatu violento.⸿Ma tura:perfecta & mitia.⸿Cocta:ſole macerata. ⸿Vis:violen‑tus īpetus morbi,& caſus.⸿Maturitas naturæ opportuni‑tas:& ſors ætatis a fine nō abhorrēs.⸿Aliqñ tādem ſupatis & finitis laborib⁹.trāſlatio a nauigantibus q ad portū dies noctesq; ſuſpirāt. ⸿Certus diffinitus,& conſtitut⁹.⸿Recte hōeſte. ⸿Mun⁹ officii, onus decoræ actionis q̄ ꝑſſæ de‑betur neceſſariis & amicis. ⸿Exeq: ſuſtinēdo peragere atq; ſubire. ⸿Tueri, ſeruare atq; tractādo cuſtodire:i ne cōtra offm̄ feciſſe:aut ab of‑ficio ceſſaſſe ob inertiā:i lan‑guorē atq; inopiā dicatur ſe nex ob idq; traducat torpi‑da ſenect⁹: atq; imbēis.⸿For tior:erectior & ꝯſtātior i oi piculo,& caſu. ⸿Optimus:i primis optādus cū optimas hēat cōditiones.⸿Integra: ſana rōne ac in nullo labefa ctata nec, nō ſenſibus incor ruptus q propriorū obiecto rū ſunt iudices. ⸿Coagmen tauit:ꝯglutinauit: cōpoſuit, coniunxit, conſtrinxit.⸿Ae‑gre:difficulter.& laborioſe. ⸿Nec ſine cā, legitima rōne moriēdi. & ſtoicorū ſñia ſe‑uerisſim⁹ Cato loquit̄, ſtoici ſiqdē præſentiū incōmodorū vel impēdentiū leuationem in morte ponebāt. vñ Laertius in zenōe citięo ſtoicorum pricipe dicit. Rationabiliter aiūt ſapientē ſeipſū educturū e vita & patriæ & amicoꝝ cā ſiue inter acerrimos dolores,aut mēbrorū mutilationes: i cura‑bileſq; morbos illi occubendū ſit.hæc Laertius. Idem Cice. agens de dogmate ſtoico in tertio de finibus inqt.⸿In quo aut ſunt plura cōtraria.aut forte videnī.huius officiū ē e vi ta extedere:ex quo a ppet i & ſapiētis eſſe aliqñ officiū exce‑dere e vita.cū beatus ſit: & ſtulti manere i vita cū ſit miſer. hæc Cicero academica libertate ſtoicā pſonam referens pro tpe aſſeruit. Sed qui recte philoſophant̄: & xpianæ verita‑tis p̄ſcripta ſeruant omnē cām inferendi ſibi mortē penitus excludūt, & Ariſtoteles philoſophorū facile priceps eos qui ſua ſponte morte incurrūt ignauos appellat & iniuſtos di‑ctū eſt de his in cōmentariis officiorum. Socrates apud Pla‑tonē in phędone ſic loquit̄. Dii curāt nos qui quædā illorū poſſeſſio ſumus. Siqs e mancipiis noſtris ſeipſum perimeret egre id ferrem⁹. pari rōne nō licet alicui iniuſſu dñantis in nos dei vitam deponere.hæc ille. Sed Cic. ſamii pythagoræ tm̄ meminit vt pſonæ ſeruet decorū ætate ſiquidē cenſorii Catonis italica philoſophia cui Pythagoras dedit auſpiciū vigebat i primis.vnde in quarto libro Tuſculanarum quæ ſtionum dicit.Pythagoræ aūt doctrina cum longe lateque flueret permanauiſſe mihic videtur in hanc ciuitatem.

MAR. PHIL. ¶ ET q̄ſi poma,alia egregia ſimilitudo eſt.⸿Sic vitam,ad aptat cōparationē.⸿Quæ.ſ.maturitas: & oñdit benignita tē moriēdi.⸿Iucūda: amœna & delectabilis cū fructu.⸿Vt quo,p ſimilitudinē nauigantiū loquit̄:cum ex longa nauiga tione iā incipiūt terrā videre in portū venire magnopere lætant̄,vt optata potiunt̄ arena: ſic nos ex longa vita inci‑pimus videre mortē.i.qetē & portū mortalitatis. Omnium ætatū certus ē terminus, vt infantiæ vſq; ad vii.annos pue ritæ vſq; ad.xii. & ſic p cæteras p̄ter ſenectutē quæ nō ha‑bet certū terminū vitæ, ſed ois hora:ois dies,ois mēſis pōt eſſe terminus vitæ ſue quæ qdē ſenectus incipit in.xlvi.an. ⸿Recte:cū virtute & iucūditate. ⸿Viuit̄ i impſonale eſt & in ſe hēt quādā generalitatē:vt itur in antiquā ſiluam.⸿Offi cii,ho neſtatis:& rei illi⁹ q debet effici. Et mortem ꝯtenere: nō timēdo ipſā, & plus ē cōtēnere q̄ vituperare:vt ait,Do,

⸿Animoſior, qa cū cogitat paruū tpis viuendi ſpaciū, nihil timet mori animus ſenis:& oē ſubintrat periculū:ſicut eſt il lud Virg. Vna ſalus victis nullā ſperare ſalutē. ⸿Et fortior qa fortitudo ē agreſſio periculoꝝ.⸿Hoc illud eſt i qd dixit ꝓbat p exēplum. fuit qdā Athenēſis vir pclarus noie Piſi‑ſtratus:qui lingua & eloquētia ſua & opibus oēs ſibi fauen‑tes fecerat Athenēſes adeo q tm̄ tēdebat ad iperiū:qd ſentiēs Solō in oibus rebus ei contrarius erat, & obſiſte bat audacter i vñ Piſiſtratus ab eo q̄ſiuit q̄ ſpe fretus id‑diceret:tū rñdit Solō,ſene ctute fret⁹ obſiſto tibi auda cter i q̄ſi voluiſſet dicere, tu me tuis militibus vis ſupare & ego te multitudie annoꝝ q̄ fretus neq; te:neq; milites tuos timeo:q qa oi no debeo mori cito, & tu ſi me interfi cis parū adimes viuēdi tpis ſpaciū. ⸿Illi q̄rēti. piſiſtrato ⸿Spe, bōi futuri expectatio ne,⸿Rñdit Solō. ⸿Senectu te.ſ.fretus. ⸿Cęteris ſenſi.ut auditu:guſtu, odoratu, ta‑ctu, & viſu. ⸿Ipſa ea.nā diſ‑ſol.corpus ſuū: corpus ipm hois:qd cū augmētauit & fe cit diſſolueř pōt.⸿Vt na.oñ dit p exēplū cōparationem. Cōglutinauit: cōpoſuit,cōſola uit a glutino dictū ē:hoc ē colla:hoc.n.græcū ē, illud vero latinū.vnde dr lingua græca notior q̄ latina. ⸿Recēs,quæ nuper ē facta cū maximo labore diuellit̄: ⸿Inueterata.ſ cō glutinatio,quæ iā diu eſt facta, vt in ſenectute:hæc oia ſtāt in ſimilitudine.⸿Illud breue vitæ reliquū:qd ē.ſ.ſenectute nec ſine cā deſerēdū:vt aliqs ſe occidat: vt multi inuēti ſunt pſertim apud antiquos, quorū multi ne venirent in manus hoſtiū gerentes venenū in annulis obibant mortē:i vt Hāni bal,q deinde(vt ē apud Homerū & apud Vir.in.vi.)infe‑ris dabant pœnas. Nā ſciendum eſt qd deus poſtq̄ corpus in vtero matris format:in ipſū mittit animā,tanq̄ in quoddā caſtellū gubernandum: & iubet vt recte cuſtodiat,donec ipſe reuocet. Vnde ſi datū cuſtodię caſtellum pderet:ſeq; metip‑ſum interficeret:rebellis eēt dei pditor, itaq; nōn ſine cauſa eſt ipſum caſtellū deſerendū,hoc ē ſine mādato imperatoris ſ.dei,quā rē tāgit Pitagoras. de quo nunc ait Cato ſic ho.

Conglutinare

Virg.

ASCE. ¶ Q Vod ſi virtutes ſũt pa/res inter ſe, neceſſe eſt vitia ẽt eſſe paria: cõ ſequẽtia rur/ſus bona, quia oppoſitorum eadẽ eſt diſciplina, ſed ꝓſup/poſitũ minus verũ, & ꝓbatio ei⁹ inualida cũ addit. Atq.i. ſed certe põt perſpici.i. perfe ẽte videri facilime virtutes eſſe pares nec meliorem eſſe viro bono .i. q̃ſit is qui vir bo/nus eſt dicendus, qđ nõ eſt dicendũ niſi Stoice dicamus ne/minem eſſe virum bonum: niſi oẽs numeros habeat bõitatis qualẽ Sto. neminem reperiet: nos tantũ vnum ſaluatorẽ no ſtrum: qa non eſt qui faciat bonũ non eſt vſq; ad unum. Et vnus eſt bonus Deus noſter. Sed eſt nemo ſit bonus prẹter. Deũ id nihil faciat ad inſtitutũ, eo aut modo quo hoies di cunt̃ boni, eſt alius alio melior, & ita uirtutes non ſunt pa/res aliquint hmõi adiectiua nõ reciperent cõparationem. Et reuera multæ ſunt q̃ ſi ꝓprie accipiãt̃ augeri nõ poſſint & tñ in ꝓprietatem cõparationem habẽt, vt iuſtus ſit is cui penitus deſit: aut ſupſit ad iuſtitiã: ſed ad ordinẽ, & poteſt pſpici nec tẽperantionẽ eſſe tẽperante.i. eo q vere eſt tẽpe/rans. Quia ſm Sto. ſi in aliquo minus tẽperas fuerit, nõ ſit dicendus tẽperans, ſi in illo nõ tẽperans, ergo tẽperantiſſi/mus, nec fortiorẽ forti, nec ſapiẽtiorẽ ſapiẽte. Verum in his dicemus, ꝙ ſi virtute ꝑditus tãtum ſit dicẽdus, cui numeri eiuſdẽ conueniunt neminem eſſe talẽ, nec tñ cõtinuo ſeq vir tutes eſſe pares, qa qcũq; habet virtutem aliquã ſm omnes numeros is dicẽduserit ea præditus, & bonus & ſtudioſus qa in nullo vitioſus, aliter non haberet oẽs numeros.i. & tñ põt fieri: aut alius habeat eoſdẽ numeros magis intẽſos, qui melior erit dicẽdus, & ita virtutes nõ erunt pares: vñ ſicut lignũ calefactum nõ põt nõ dici calidum, & tñ minus cali/dum ẽ quã ferrum candens, ita habẽs fortitudinem primo gradu nõ eſt nõ fortis, & tñ ẽ fortiſſimus. Auctor tñ nitit̃ probare ois numeros bonitatis eſſe in quolibet qui meritoq; dicẽdus ſit bonus, ſed non propterea probat quin auctiores numeros vnus habebat quam alius vt verbi gratia. In cælo nemo eſt quicquã habeat vitiutũ nec virtutes nec virtutum præmia in eodẽ obtinent gradu. Dicit aũt ſic. Et poteſt fa/cillime pſpici: nec ſapientẽ eſſe ſapiẽtem, quæ oĩa probant̃ ſic. An dicis virum bonũ qui cum poſſet lucrari.ſ. detinen/do impune.i. ſine punitiõe & poena ab iudice infligẽna de/poſitum.i. rẽ depoſitam domi ſuæ nullo teſte.i. clam oibus præter quã ſe & deponẽte reddiderit decẽ ponẽdo.i. libras auri, ſi idem.ſ. depoſitarius nõ fecerit idem.ſ. eandem rem, hoc eſt reſtitutionẽ in decem milibus põdo.i. libra.q.d. mi/nime dicendũ bonum.i. iuſtum, quod veriſſime dicat non, tñ continuo pariter bonos arguit. Nam fieri põt: vt qui de/cem ponendo amore dei & iuſtitiæ reddiderit plus mereat̃ q̃ qui mille, ſicut vidua quæ duo minuta in gazophilatium miſit, quia effectus non affectus remuneratur a Deo, dein/de boni viri non dicuntur tm̃ qui declinant a malo. ſed qui faciunt bonũ. Quo circa ẽt, ſi omnes iuſti indifferẽter decli nent a malo, ita vt penitus nihil iniuſti admittere velint, tñ non ſtatim erunt ęque boni, quia alius alio poterit plus bo ni, aut cum meliori caritate & gratia facere. Aut an dicis eum tẽperantem: qui cõtinuerit in aliqua libidine, & effu/derit.i. penitus expoſuerit in aliqua.ſ. alia, ut pote vehemen tior, q̃ſi diceret minime, & id vere, ſed ut prius.

Qui offẽ dit i uno factus eſt oium re us vt ſan ctus Iaco bus i ſua canonica

¶ Vna

OMN. BON. ℭVNA virtus conſentiens: virtus enim ſe ſemp ſibi conſi
ſtit,hoc eſt nunq̃ aſſentit vitio neq; alteri, ſed ſemp ſibi con
ſentit cum rõne,atq; cõſtans eſt.⸿Perpetua, aut quãuis ali/
quis tpe ſteterit:caſtus,poſtea in aliqua peccet libidine,non
dr̃ temperatus,q̃n caſtus non eſt.⸿Nihil addi põt,ergo cõ
paratiua nõ ſunt, & ſicut aliquid addi non põt, ſic ẽt aliqd
non diminui,q̃n ſi a virtute
deſiſtit,deſinit eẽ bonus hoc
modo ad liberalitatẽ quam
oportet. Sunt autẽ duo qui
pane indigẽt, famelic⁹ vnus
alter vero non:ſi illi qui non
eſt famelicus panem do,non
appellor liberalis. Nã quam
uis dederim cui oportet in/
digenti & quãtum oportet,
non aũt dedi quando opor/
tebat,deſino ab illa & illibe/
ralitate & virtute.⸿Nihil re
cto rectius,ſi enim aliqua li/
nea ſit quæ non minus recta
ſit, ſed alia rector , illa deſi/
nit eſſe recta q̃m aliquam ha
bet in ſe iniquitatem,quia li/
nea recta alia rectior fieri nõ
poteſt, quia prior recta non
eſſet,ſic etiam aliquis melior
nõ reperitur bono , ſequeret
aũt q̃ ille qui bonus dicitur ab aliqua bonitate deſiſteret,
ergo bonus nõ eſſet, igitur melior aliquis bono eſſe nõ po
teſt:quia virtutes pares ſunt, ergo facta quæ proficiſcuntur
ab ipſis debent eſſe paria, & vitia quæ fiunt contra virtutes
paria neceſſe eſt vt ſint, & eſt concluſio. ⸿A philoſophis
inquit, probat per auctoritatem philoſophorum q̃ pecca/
ta ſunt paria,intelligamus enim eſſe paria ad ſimilitudinẽ
peccatorum:hoc eſt cædes omnis æqualis eſt, ſic omnis libi
do æqualis eſt.⸿Inquit,aduerſarius ,hæc ſumis a philoſo/
phis præcepta,⸿Nec a leonibus:computat hoc dictum ac ſi
dicat:hoc eni volo vt dicas:⸿Socrates diſpu.iſto modo, ver
ba ſunt aduerſarii quem ſic Cicero introducit vt auditorib⁹
oſtendat hanc rationem non fuiſſe ſumptam niſi a doctiſſi
mo viro.⸿Doctum,ad ſententiam, ⸿Sapientem,omni vir
tute præditum,qui græce σοφος dicitur.

σοφος dr̃ ſapientes omni virtute præditus

vna uirtus eſt:conſentiens cum ratione & perpetua
conſtantia . Nihil huic addi poteſt:quo magis vir/
tus ſit: nihil denique demi ut virtutis nomen relin
quatur. Etenim ſi benefacta recte facta ſunt:nihil re/
cto rectius eſt:certe nec bono quidem melius quic/
quam inueniri poteſt. Sequitur igitur vt etiam vitia
ſint paria. Si quidem prauitates animi recte vitia di/
cuntur. Atqui quoniam pares virtutes:ſunt,recte fa/
cta quando a uirtutibus proficiſcuntur paria eſſe de/
bent. Itemque peccata , quoniam ex uitiis manant:
ſint æqualia neceſſe eſt:a philoſophis : inquit: iſta ſu/
mis : metuebam ne a leonibus diceres . Socrates di
ſputabat iſto modo: bene Hercule narras:nam iſtum
doctum & ſapientem uirum fuiſſe memoriæ tradi
tum eſt. Sed tamen quæro ex te (quando uerbis in
ter nos contendimus non punis) utrum potius de
bonis eſt quærendum,nihil : baiuli atque operarii,

do omnis par ſit. Facit autem quempiam ſibi occurrere q̃ç
diſſereris de paritate peccatorum a philoſophis ſumis Cicero
quaſi dicat admittenda propterea non ſunt q̃ incredilia,
dicunt philoſophi:cui irridens reſpondet Cicero timebam
ne peteres a me acciperem ne hæc a leonibus, quaſi dicat a
qbus commodius: & melius hæc accipere poſſum q̃ a phi/
loſophis, qui hæc ſciunt &
quotidiæ diſputant,habenti
bus aũt peritiam rei creden/
dum eſt. ⸿Socrates primus
is fuit qui dixit pares eẽ vir/
tutes, & paria vitia , & ſunt
aduerſarii verba.⸿Bene her/
cle: Ciceronis riſio.⸿Iſtum,
Socratẽ.⸿Doctũ, quantum
ad ſcientiam . ⸿Sapientem,
quantum ad mores: de qbus
vt ſupra diximus primus di
ſputare incepit.⸿Quid baiu
li,quaſi dicat quærendũ eſt,
qd docti ſenſerint, non quid
indocti. Baiulos auctore Põ
peio dicebant antiqui quos
nunc operarios vocamus , vn/
de adhuc operarii baiulari di Baiuli qui ſint
citur:ſed non eos baiulos in
telligimus quos gerulos no/
minauit antiquitas:q̃ onera
gerunt, græce βαστάζοντες dicuntur operarii vero ἐργάται,qui
diuerſa exercent opera.

ℭVNA, ideſt vna quæq; virtus eſt conſentiẽs cũ omni ra/ ASCE.
tion & perpetua conſtantia, ita vt is in quo virtus dicatur,
nihil vnquã faciet, aut ſaltem facere ꝓponit contra rõnem:
& id quoq; verũ:ſed in propoſito, & in facto ſunt gradus,
qui diſparia fiunt merita. Nihil poteſt addi huic.ſ.alicui vir
tuti,quo ideſt ut vel per quod ſit magis virtus, poteſt tamẽ
addi, vt ſit maior virtus, & deniquæ ideſt etiam ſi ad vlti/
mum penſitetur nihil poteſt demi hinc. ideſt ab hac, hoc eſt
quauis virtute vt nomen virtutis relinquatur.i.ita vt mane
at tamen virtus,immo põt intentio & feruor, ita & virtus
maneat nõ minus ꝓprie q̃ prius:ſed tamen minor . Verum
hæc theologi noſtri argutius diſputabunt. Et enim ſi bene
facta & cætera. Hoc argumentum in eodem hæſitet luto.
Nã eſto rectum & æquum nõ ſuſcipiãt,magis & minus ita
vt linea pedalis ſi modo ſit uere recta . non ſit minus recta
quã linea quadrupedalis. Non tñ continuo erunt pares,aut
paria recta,ſed pariter aut æque , Sic virtus quæ recta eſt,
non minus eſt recta in martha q̃ in maria , eſt tñ minor:ſed
hoc ſaxũ ſatis voluimus,ordo eſt . Etenim:ideſt certe ſi be/
ne facta ſunt recte facta , quia nihil eſt rectius recto, certo
nec qdem.i.nec etiam quicquam poteſt inueniri melius bo/
no,immo poteſt ſi melius ſit nomen præſertim. Igit̃ ſequi/
tur, vt etiam vitia ſint paria,quia vt dixi ex Ariſtotile. Op
poſitorum eſt eadẽ diſciplina , ſed quia idem tertio ethicorum
dicit q̃ tanta eſt offenſa, q̃tus qui offendit̃, quis neget cõtu/
melioſum in deũ,aut parẽtes maius hſe vitiũ, quam q in vi
liſſimũ quemq; hoiem. At qui.i.ſed certe :q̃m virtutes ſunt
pares,recte facta quando , ideſt quando quidem ꝓficiſcun/
tur a uirtutibus debent eſſe paria : videt̃ ſequela ſatis pro//
banda:ſed aſſumptum,ut dixi,inualidum eſt : & non conti
nuo bonitas facta a virtute naturali , ſed a gratia dei ipſm
acceptantis dependet . Itemq; ideſt & cõ ſimiliter peccata
q̃m manant .i. ꝓfluunt ex vitiis neceſſe vt ſupple ſint æqua
lia. In quis ſcilicet tu qui es plebius, aut inuidulus o Cice//
ro tu ſumis iſta a philoſophis vt pote Stoicis ad quod Cice
ro per irriſionem. Metuebam ne diceres q̃ ſumerem a leo
nibus. Et ſi dicis,q̃ So. diſputabat iſto mõ , hercle tu nar//
ras bene,ideſt conuenienter mihi. Nam traditum eſt memo
riæ:iſtum ſcilicet quem mihi obiicis So.fuiſſe virum do//
ctum & ſapientem. Sed tamen quæro ex te quando , ideſt

FRA. MAT. ℭVNA virtus & cætera:probat verum eſſe quod dixit ex
diſputatione virtutũ,quæ eſt habitus animi in naturæ mo
dum rõni conſentaneus, hæc virtus conſiſtit in faciẽdis &
non faciendis. Nunquam autem appetitui ſeruit: immo illi
ſemꝑ dominatur, & perpetuo cum rõne conſenti,per quam
homini prima cum deo cognatio eſt. Cũ vero Deus homi/
ni rõni dedit & rectam rationem dedit quæ eſt naturalis
lex,imperans nobis quæ facienda ſunt: & prohibens cõtra
ria. Eſt aũt bonus ſyllogiſmus , quo vnam eſſe virtutẽ & au
geri vel minui non poſſe oſtendit, hoc modo,ſi vna eſt vir/
tus cõſentiens cum rõne & perpetua conſtantia nihil huic
addi põt:relinqtur cõcluſio,ergo neque bono viro melior/
neq; forti fortior,neq; tẽperato temperãtior eſſe poteſt.

Syllogiſmum

⸿Demi,quicqd enim demeret̃ virtutis nomẽ tolleret̃ . ⸿Et
enim:bonum & rectũ cõuertuntur, quicqd autem rectũ eſt
rectius eſſe non poteſt vt linea quæ ſi recta eſt rectior fieri
non põt , & ſi hæc illa rectior duceretur:ſequeret̃ illam re/
ctam non fuiſſe eodẽ modo cum rectum & bonũ ſint idem
quicquid bonum eſt:eſſe melius non poteſt,q̃m ſi bono me/
lior eſſet,ſequeretur eum qui bonus eſt:bonum nõ eſſet, cũ
bonitas augeri,aut minui nõ poſſit . ⸿Atqui &c: Si pares
ſunt virtutes ut dictũ eſt, & quæ ex virtutibus opera oriun
tur paria ſint neceſſe eſt . Semper enim pars ſequit̃ totum.
Si autem venientia a virtutibus paria ſunt, & peccata quæ
veniunt a vitiis neceſſario ſunt æqualia . ⸿A philoſophis:
qd probauit rõnibus,id auctoritate confirmat omnia ſci//
licet peccata paria eſſe , ut ſicut oĩs cædes par eſt. ita libi//

an quid homines doctiſſimi ſenſerint: præſertim cum hac ſententia nō modo uerior, ſed ne utilior quidem hominum uitæ reperiri ulla poſſit. Quæ uis eſt enim quæ magis arceat hoies ab omni improbitate, quam ſi ſenſerit nullum in delictis eſſe diſcrimen: ſe æq; peccare ſe priuatis: ac magiſtratibus manus inferant? quamcunq; in domum ſtuprum intulerint: eandem eſſe labem libidinis? Nihil ne igitur intereſt (nam hoc dicit aliquis) patrem quis necet: an ſeruum? nuda iſta ſi pones: iudicari qualia ſint: non facile poſſunt. Patrē vita priuare ſi per ſe ſcelus eſt, ſaguntini: qui parentes ſuos liberos emori, q̄ ſeruos viuere maluerunt: parricidæ fuerunt? ergo & parenti non nunquā adimi vita ſine ſcelere pōt, & ſeruo ſæpe ſine iniuria non pōt

quando quidem nos contendimus inter nos verbis. non pugnis vtrum de bonis, ideſt quādo quæritur de bonis quærendum eſt potius quid ſenſerint baiuli, ideſt viliſſimi & rudiſſimi homines qui baiulandis, ideſt portandis mercibus & ſarcinulis victum tenuem vix vicatim lucrantur, vnde vulgo lucratores denariorum (gaigne deniers) dicuntur atq; quid aperarii mœchanice vulgo dicunt ſenſerint: an ſupple quærendum eſt.

OMN· BONI ¶ An quid homines doctiſſimi, quaſi dicat vnuſquiſq; ſuæ artis diſputator eſt optimus. ¶ Non modo vereor, hæc ſcientia non ſolum vera, ſed etiā vtilis: q; utile hominibus, vt parua ſana ſcelera & magna eſſe exiſtimaret, ¶ Si priuatis, ac ſi in magiſtratibus manus inferant, ſi quis dubitabit eſſe in homine nullū diſcrimen in verberendo hominem priuatū & ſe magnopere a peccatis abſtinet: magiſtratu autem eſt officium quod appellatur græce ἀρχὴ & perſonam gerentem officium quam, græci vocant ἄρχοντα eandem eſſe labem: ſiue matrona nobiliſſima, ſiue ancilla fuerit ſtuprū omnino erit æqualis libido. ¶ Nichil ne igitur, diſtinguit quod aliquando ſit honeſtum extinguere patrem, & hoc ſine ſcelere poſſe fieri, & aliquando ſcelus eſt nectare ſeruum. ¶ Nuda iſta: reſpōſum quod ſit iuſte occidere patrem, & ſeruum, ſi enim occidit ſeruum per furiam & patrem æquale peccatum eſt, quantum ad necem, inquid igitur nuda idē iſta interrogata, quæ facile nō iudicare poſſunt verum ſint parua niſi diſtinguam quomodo hæc cædes fieri poteſt.

Saggun tini ¶ Patrem priuare vita ſcelus per ſe, bene dicit q; aliquando licet occidere patrem ſine peccato. ¶ Saguntini: populi hiſpaniæ videntes ſe venturo in manus barbarorū & carthaginenſium: quorum tunc imperator Hannibal erat piram grandem in foro inſtruebāt: vbi ſe morti tradebant ſeniores uero filios ſuos explorabant, ut eos uita priuarent, Saguntini uero ſine culpa patres occiderunt, hoc autem ſecundum gentilium fidem licebat, quod minime Chriſtianis licitum eſt. ¶ Parricidæ fuerunt interrogatiue. ¶ Sine iniuria, nō poteſt, aliquando accidit quod ſeruus occidi non poteſt, niſi cum ſcelere, vt per furiam ſeruum necare nefas eſt.

FRA. MAT. ¶ AN quid homines. Quam quiſq; nouit artem in hac ſe exerceat inquit Cicero in tuſculanis quæſtionibus. ¶ Hac ſē tentia, hoc paradoxo, q; peccata omnia paria ſint in ſuo genere non ad diuerſa genera comparata. ¶ Nec vtilior: & q; utilior nō ſit mox oſtendit. ¶ Quæ vis, quę potentia. ¶ Arceat, prohibet. Trahitur autem a græcorum magiſtratu hoc verbum quem illi ἄρχον vocant, in cuius poteſtate eſt: vel cogere vel prohibere. ¶ Diſcrimen, differentiam vt idem ſit paruum peccatum & magnum ratione quam ſupra diximus, qui enim hoc intelligit & credit, is ab omni abſtinet peccato, q; ſi perſuaſum fuerit peccatum aliud alio maius eſſe, a maioribus tantum fortaſſe abſtinebunt nonnulli minora licentius quotidie perpetrabunt, quod non facient ſi hanc admiſerint propoſitionem æqualia: ſcilicet eſſe peccata. ¶ Si priuatis & cætera, multi abſtinent ab iniuria magiſtratibus inferenda, iidem vero priuatos paſſim lædunt quod illud grauius: hoc leuius credunt peccatum. Sed cum intelligent paria eſſe delicta, non minus priuatis parcent q̄ magiſtratibus, priuatus & magiſtratus contraria ſunt. ¶ Quamcunq; domum, ſiue diuitis, ſiue pauperis, ſiue nobilis: ſiue ignobilis. ¶ Nihil ne & cætera, obiectionem contra ſe format, dicere enim potuiſſet quiſpiam, ergo ſententia tua tantundem eſt patrem ac ſeruum occidere, non

eſt tantundem, vt inquit, quoniam accidit vt & parentem occidere ſine ſcelere liceat, & ſeruum non liceat, ¶ Nuda, iſta eſt Ciceronis reſponſio qui dicit æquale eſſe peccatū patrem ac ſeruum occidere: ſi eadem cauſa vterq; occidi tur per iram. Nuda ergo non adiecta cauſa, quę efficere poteſt, vt partem necare ſcelus non ſit, ſeruum vero occidere ſcelus. ¶ Patrem vita & cætera. Si inquit Cicero occidere patrem nulla adiecta cauſa ſcelus eſt, dic mihi ſcelus ne fuit Saguntinis parētes occidere ne in ſeruitute viuerunt, quaſi dicat ſcelus non fuit, neq; ſunt parricidę nominādi. Cauſa enim qua impulſi ſunt honeſta fuit, ſatius enim mori eſt q̄ libertatem amittere, turpiter viuere. ¶ Saguntini, hiſpaniæ ciuitas eſt ſaguntus a zacinthu cōdita eſt, adhiberi amnis exitum ſita, quam Hānibal cōtra fœdera populi romani diruēs ſecundi belli punici ſuſcitauit incendium. Nouem autem menſibus fuiſſe ſaguntini fame, machinis: ferro, verſa denique in rabiem fide immanem in foro excitarū rogum, tum deſuper ſe ſuoſque cum omnibus opibus ferro & igni conſumpſerunt, ſcribit hanc hiſtoriam Liuius libro trigeſimo primo ab urbe condita, parricidæ fuerunt, quaſi dicat minime fuerunt parricidæ, ergo &c. Sicut & Saguntini ſine ſcelere uitam parentibus ademerunt, ne fidem datam Romanis fallerent & illi in ſeruitute viuerent.

ASCE.

Saguntū ci. hiſpāie in ſecundo bello punico deleta

¶ QVID homines doctiſſimi, quaſi dicat neminē quod doctiſſimi, præſertim cum hæc ſententia non modo verior ſupple ſit, ſed legendum credo hac, vt ſit ordo. Præſertim cum non modo vlla ſententia verior hac ſententia, id eſt quam ſit hæc ſententia cenſes omnia vitia eſſe paria, & ob id pariformiter punienda. Sed ne quidem, ideſt non etiam (quamuis id potius videatur) vtilior poſſit reperiri. Probat vtilitatem, quia ab omni ſcelere indifferenter arcet dicens. Enim pro quia quæ uis, ideſt poteſtas aut auctoritas arceat magis homines ab omni improbitate quam ſi ſēſerint nullum diſcrimen, ideſt nullam differentiam eſſe in delictis: quaſi dicat nulla, & q̄ ſi ſenſerint æque. i. æqualiter (vnde ſcribendum eſt æque nō atque peccare ſi manus inferantur priuatis: ſcilicet magiſtratu ac ſi inferātur magiſtratibus. i. in officio publico exiſtentib9 vt conſulibus, prętorib9 ędilib9, &c. Et: quā ſi ſenſerit eādē labē libidinis eſſe in quācunq; domum: ſcilicet nobilem ſiue ignobilem: ſeu pauperem, ſeu diuitem intulerint, ſtuprum: quaſi dicat nulla. Verum quia nemo ſine crimine viuit, ſi hoc eſſet perſuaſum male ageretur cum multis a quibus nunc abſtinetur. Præterea multi de venia deſperantes damnarētur cum Cayn & iuda qui nunc veniam exorāt cum Petro & Paulo. Nihil ne igit. In ſolutione huius obiectionis multo ſanctus loquitur quā in ſuperioribus. Vult enim facta quę in ſe eſſent paria ex diuerſis cauſis & voluntatibus fieri imparia. quod quidem veriſſimum eſt, ſed ex eo argumentur vitia non eſſe paria. quia qui ex leuiori attentione peccat minus peccat. Vnde maius erat peccatum iudæorum ex malia & inuidia peccantium quam & Pylati principis ex ambitione, & timore. Sed ad ordinem, Igit nihil intereſt. (Nā aliquis hæc dicit aut dicet: ideſt obiciet mihi) an quis necet patrem an ſeruum. reſpondet, ſi tu potes iſta, ſcilicet occidere patrem & ſeruum nuda: ideſt ſine additione cauſæ & intentionis occidentiū ipſa non poſſunt facile iudicari qualia: ſint: ſcilicet an vitioſa, an non, quia utrunq; uitioſe & utrunq; citra uitium fieri poſſe arbitratur, unde addit, Si priuare patrem uitia eſt

ſcelus

ſcelus per ſe, ideſt a toto genere & ſimpliciter quacunque occaſione adiecta. Saguntini populi illi in hiſpania Romanis confœderati qui maluerunt parentes ſuos emori immo comburi liberos, ideſt tantiſper dum eſſent liberi, quam viuere ſeruos: ideſt in ſeruitute ſub Hannibale: fuerunt parricidæ: ideſt dicendi occiſores patrum, & tamen laudantur ab hominibus: tanquam benefecerint ac fortiter. Ergo vita poteſt adimi, ideſt demi & auferri, & ideſt etiā parenti ſine ſcelere, & ſi vita nō poteſt ſæpe adimi ſeruo ſine iniuria, vt pote quando nihil peccauit, aut etiam bonum opus fecerit, ut ſi tyrannum qui amicus erat domini occiderit: aut bonum ciuem qui inimicus eſt domi ſeruauerit.

Cauſa igitur hæc: non natura diſtinguit: Quę quando alteri acceſſit: id fit propenſius. Si vtriq; adiuncta eſt eadem cauſa: paria fiant neceſſe eſt. Illud tamen intereſt, quod in ſeruo necando, ſi id fit iniuria ſemel peccatur: in patris vita violanda: multa peccantur. Violatur is: qui procreauit: is qui aluit: is qui erudiuit, is qui in ſede hac & domo: atq; in republic. collocauit: multitudine peccatorum præſtat: eoq; pœna maiore dignus eſt. Sed nos in vita, nō q̄ cuiq; peccato pœna ſit: ſed q̄tum cuiq; liceat: ſpectare debem⁹.

OMN. BONI ¶ CAVſa igitur: non natura diſtinguit ſcelus, quia occidere patrem & ſeruum per furiam idem eſt: ſed ipſa cauſa diſtinguit: ꝙ aliquando licet occidere patrem ſine ſcelere: ſi etiam ſeruum, & aliquando ſeruus non poteſt necari ſine culpa commiſſa: vt demonſtrauimus, quo facto, quia ſponte ſua accidit tu inclinaris, illud facere poſſumus: ſcilicet morti patrem tradere vt fecere ſuperius nominati. Sagūtini, qui ſuos necarunt partes ſine ſcelere propter cauſam ſeruitutis futuræ in manus hoſtium. ¶ Si in vtraq; cauſa coniuncta, ſi vero necatur pater & ſeruus, eadem de cauſa vel per indignationem tūc illud par dicitur eſſe ſcelus, notando tamen ꝙ quem admodum interuenit occidendo patrem ſine ſcelere, ſic etiam contingit poſſe perire ſeruum peccato non commiſſo, quidam amore libertatis tyranno parabat inſidias cuius conſilii ſeruus: conſcius erat: tirannus intelligens hoc totis viribus inquirebat ille autem ne ſua conſpiratio gratia libertatis contracta in publicum deduceretur ſeruum mori fecit: quæ occiſio ſecundum mortalem opinionem delicto caruit. ¶ Illud: inquātū ad occiſionem ſerui & patris nihil intereſt ſed ad perſonam in qua eſt differētia in ſeruo enim vna ſola moritur perſona ſed in patre quatuor necantur pſonæ: ſcilicet creator: alumnus: præceptor: & honorator. ¶ Is qui erudiuit: Cato cenſorius voluit: ſuos docere filios, quo maiorem erga ipſum amorem gererent, ſolebat enim Alexander magnus dicere ꝙ non minus Ariſtotelem præceptorem quam Philippum patrem diligeret. ¶ Multitudinem peccatorum, multa peccata committuntur in perſona paterna: quæ in ſeruo fieri non poſſunt. ¶ Eoq; maiore, antiqui maiore ſupplitio parricidas afficiebant quam alios homicidias: ꝙ parricida in aculeo vna cum ſimia & ſerpente proiiciebatur in pontum. ¶ Sed nos, non enim ſpecto pœnam quæ datur peccantibus, quis enim ignorat ꝙ maior attribuitur pœna parricidæ quam homicide, ſed cædis nomen quam. animaduertere ſoleo quod quantum cuiq; animaduertere debemus, quantum cuiq; ſit eſt nemini licitum occidere, ratio quiſquis ſiue magnus, ſiue paruus necatus idem erit quoniam ſit contra licitum: non ſpecto pœnam qua peccatores afficiuntur.

parricida & homicida a quo differat

FRA. MAT. ¶ CAVSA igitur, peccata inquit cauſa diſtinguit nō natura. Idem enim ſunt natura peccata eiuſdem generis cauſa ſeparantur: quoniam non eſt ſcelus patrem occidere ſi iuſta cauſa eſt, & ſcelus eſt occidere ſi iniuſta cauſa eſt. Saguntinis non fuit ſcelus parentes occidere. Cauſa enim qua moti ſunt iuſta extitit, ſcilicet ne in ſeruitute illi viuerent. ¶ Quæ cauſa, ¶ Vltro: non accerſita a nobis: multi enim vltro cauſas malefici quærere ſolent: ne videantur ſponte peccaſſe: quod Seneca ait, vt facta cernantur animus non videatur. Vel vltro: hoc eſt cauſa ratiocinatiua non impulſiua. Eſt enim ratiocinatiua cauſa cum diligens & conſiderata faciendi aliquid & non faciendi cogitatio præcedit: Impulſiua vero quæ ſine cogitatione per quandam affectionem animi facere aliquid hortatur, ut amor, iracundia. ¶ Prompenſius prōptius: facilius. ¶ Si vtroq; & cætera. Si pater & ſeruus eadem cauſa necantur, vt ira, par ſcelus dicitur eſſe quantum ad cauſam ſpectat, & quemadmodum pater vt dictum eſt, ſine ſcelere occidi poteſt. Sic & ſeruus ſine ſcelere necari poteſt, vt ſi quis ſeruum occidat conſcium coniurationis in tyrannum, ne eam detegat ſi detecturum forte minetur. Satius eſt enim vnum perire quam multos quos tyrannus occideret cōiuratione intellecta. ¶ Illud tamen intereſt: inter cædem patris & ſerui quę ex eadem cauſa profecta ſit multum differt, non quātum attinet ad cauſam, ſed quantum ad euentum ſpectat, vt oſtendit. ¶ Semel peccatur: vna enim dumtaxat perſona necatur. ¶ Iniuria: iniuſte & aduerbium eſt. ¶ Multa quatuor ipſe dicit peccata. ¶ Qui procreauit: filius non debet illud patri eripere: quod ab eo ipſe accepit videlicet vitam. ¶ Qui erudiuit: erudire pater filios dicitur ſiue ipſe laborem erudiendi ſuſtineat, ſiue impenſam & alii curam mandet, eaque in te diligens ſit. Cato cenſorius filium ſuum ipſe erudiuit. Philippus Alexandrum filium ab Ariſtotele philoſophorum principe erudiri uoluit. Quantum vero iis, a quibus eruditi fuerimus obligati eſſe debeamus Alexander docuit qui dicere ſolebat ſe non minus Ariſtotelem amare q̄ patrem: ꝙ ab hoc viuendi, ab illo bene viuendi rationem & cauſam aſſecutus eſſet. ¶ Pœna maiore. Apud veteres grauiores pœne parricidis propoſitæ erant q̄ cæteris homicidis: lege Pompeia parricidæ nō gladio, neq; igni neq; vlli ſolemni alii pœnæ ſubiiciebatur: Sed inſuti culeo cum cane, gallo gallina aceo: & vipera, ac ſimia in vinum mare vel fluuium proiiciebantur: vt omnium elementorum vſu viui carere inciperent, & ipſis cælum ſuperſtitibus, terra mortuis auferretur: at vero homicidias lex cornelia vltore ferro tantum perſequitur. ¶ Sed nos, licet plus peccare videatur qui patrem occidit: quam qui ſeruum etiam ſi eadem cauſa ſit peccati: nos tamen inquit nō pœnam delictis propoſitam intueri par eſt. Sed quantum cuiq; liceat: nemini licet occidere. Si hoc ita eſt nulla cædes alia maior eſt, & quicunq; occidit tantundem peccat. Quia legem honeſtatis tranſgreditur: quātum cumq; tranſgrediatur, vt ſupra oſtenſum.

ASC. ¶ IGItur cauſa: quere quis occidatur: diſtinguitur iſta & non natura: quaſi dicat ex cauſa adiecta poſſunt quidam vitioſa eſſe quod quidē verum de his quæ nō ſunt vitioſa a toto genere. Quæ, ſcilicet cauſa quando acceſſerit vltro, ideſt extra, voluntatem facientis id quod fit propenſius, ideſt intenſius. Si, ſcilicet eadem cauſa eſt adiecta in vtroq;, aut vtriq; neceſſe eſt: vt ipſa facit ſupple fiant paria, id negaret peripateticus, quia grauius peccaret qui ex eadem libidine adulterium committere: quam qui ſimplice fornicationem: dummodo in fornicatione non putet adulterium. Tamen, inquit illud intereſt ꝙ in ſeruo negādo ideſt dum ſeruus necatur: ſi id fit iniuria, ideſt per iniuriam peccatur ſemel: quia in vnum tantum. Et in vitia patris violanda peccantur multa. Qui is: ſcilicet pater qui procreauit occiſorem: violatur ab eo, & is qui aluit: is qui erudiuit, & is qui collocauit eum in ſede ac domo, in republica, & ita præſtat ideſt exibet multitudinem peccatorum, & eo, ideſt propterea: aut tanto maiore pœna dignus eſt. Sed nos debemus ſpectare in vita non quæ pena ſit cuiq; peccato: ſed quantum cuiq; liceat. Id quoque verum, quia licet fur grauius puniatur quam adulter latius tamē eſſe furtum q̄ adulterium committere coram deo.

Quicquid non oportet ſcelus eſſe, quicqd non licet nafas putare debemus etiã ne in minimis rebus: etiã Siquidem rerum modum fingere nõ poſſumus: animorum modum tenere poſſumus. Hiſtorio ſi paulo ſe mouit extra numerum: aut ſi verſus pronunciatus eſt ſyllaba vna breuior: aut longior q̃ debeat: exibilatur & exploditur. In vita quę omni geſtu moderatior: omni verſu aptior eſſe debet, vt in ſyllaba te peccaſſe dices? Poetam non audio in nugis. In vitæ ſocietate audiam ciuem digitis peccata dimetientem ſua: q̃ ſi viſa ſint breuiora: leuiora q̃ poſſit oſtẽdi? cõ quicquid peccatur: perturbatione peccatur rationis atq; ordinis: perturbata autem ſemel ratione & ordine: nihil poſſit addi quo magis peccari poſſe videatur.

OMN. BONI ¶ QVIcquid non oportet ſcelus eſſe, dicunt inter ſe licere oportere: minus eſt enim oportere, quam licere hoc modo ſi quis furatur triticum indigentia, hoc dicit non oportere, non ſane oportet, licebat tamen furari vt viueret. Lacedemonii dicebant liberos depredari, vt callidiores efficerentur. ¶ Quicquid non licet, ſi fit aliquid contra licitum nefas eſt, ideſt committitur contra legem diuinam hoc modo: chriſtianorũ lex eſt, vt nullus occidatur, accidit vt ſeruum vel minimam perſonam interficiat, idem nefas eſt, ac ſi principem occidiſſet. ¶ Ne in minimis rebus verba ſunt etiam Cice. confirmantis, ꝙ etiam in minimis rebus nefas committit, ſicut in magnis, vt dictum eſt de ſeruo & principe. ¶ Si quidem modum rerum: reddit rationem: ſic idem nefas in minimis rebus: ſicut in maximis: quia ſi non poſſum fingere menſuram rerum in quibus peccamus, ſi ſeruum & vnum principem occidiſſem animo meo fingere nõ poſſem verum iſtorum dederit maiorem mortem, ſicut ſi occiderem ſeruum & regem: eos amplius in vitam reuocare non poſſim, at bene furiam & motum animi mei tenere poſſum: hoc vero nõ ſecus minus inepta videbitur ratio quod quia a nobis perempti non amplius fingi poſſunt: & formari poſſunt, vt viuant, ſed bene quoniã eos occidimus, & quia furia interfecti ſunt memoriæ tenere poterimus, ergo animi furor reſpuendus eſt, hiſtrio qui ſolet imitari verba recitantis, ſi in geſtibus paululum errauerit in faciendo geſtum, aut in pronunciando vnam ſyllabam breuem pro longa continuo deridetur a ſcæna, quanto magis homines in vita peccant, & in minimis expellando. Hiſtriones appellati ab hiſtro tuſco, qui dicuntur etiam ludiones, quos græſſus. ¶ Exibilatur, cum ſibilis expellitur. ¶ Exploditur: dipellitur. ¶ In vita, adaptat ſimilitudinem. ¶ Omni verſu: vocant μιμους. ¶ Mouit extra numerum faciendi ge aptior, ideſt quacunq; re debes moderatior in vita quam in ſyllabis, vt in ſyllaba ſi peccaueris non debes paruifacere, vt dicas peccaui ridendo, vidẽdo tanquam peccaſſe in minima ſyllaba. ¶ Poetam non audio, fictionis nullam: congruitatem non audit: quanto minus in vita ſociali, qui menſurant peccata ſua digitis, ac ſi ſcanderent verſus dicendo. Ego ſolum cum Ancilla ſtuprum feci, paruum eſt hoc ſcelus, & memorant quod peccata facta ſunt, quæ grauia & quæ leuia: aut inter ſe meriti ſolent perturbationem reis cum peccatur: aliqua ratio probatur, quæ eſt malorum & bonorum diſcretio ¶ Ratione, qua efficitur homo. ¶ Ordine: qui facit hominẽ differre a belluis. ¶ Nihil poſſit addi, hæc eſt formoſa concluſio quod peccator aliqui peccat cum perturbatione rationis & ordinis. Illud autem peccatum quod perficitur a perturbatione rationis æquale eſt: quoniam quicquid perturbata mente efficitur par eſt ſcelus: cum ſcelus aliquod fieri non poteſt, niſi cum perturbatione rationis vt dictum eſt.

peccata eſſe paria

FRA. MAT. ¶ QVIcquid non oportet, non conuenit facere ꝙ nõ neceſſe eſt facere. multi cum faciant quod oportet, non peccant vt ſi quis ne fame moriatur triticum illi furetur qui abundat: & quantum ſatis eſt ad depellandam famem, idẽ facere non indigendi minime licet: oportet ego facere cum neceſſe: eſt: licet cum poſſumus quidem facere, ſi volumus. ¶ Etiam ne in minimis, rebus, verba ſunt aduerſarii quærentis num idem intelligitur ſcilicet ſcelus eſſe quicquid non oportet: & nefas putandum quicquid non licet etiam in minimis rebus. ¶ Etiam: eſt reſponſio Ciceronis dicentis idem intelligi etiam in minimis. ¶ Si quidem rerum modum, ratio eſt cur idem intelligatur vt maximis & in minimis rebus. Quoniam cum peccauimus afferre modum peccatis non poſſumus: vt ea corrigamus. Nam quæ facta ſũt reprehendi poſſunt. At vero animum tenere poſſumus & frenare antequam peccemus, ergo imaginari & concipere animo non poſſumus quemadmodum rebus afferamus; hoc eſt quo pacto res conſtituamus & corrigamus: vel certe hoc ait, quia ſunt multi qui ſciunt animum ſuum perturbatione aliqua inuadi & occupari: ac nullum deinde in rebus modum ſeruare poſſunt. ¶ Animorum modum, vt nunquam iraſcunt: nunquam alia perturbatione occupentur. ¶ Hiſtrio & cætera. hiſtrio inquit dum alicuius perſonam & vocem exprimit vel in geſtu vel in pronunciando, vel paulum errauerit, aut ab oibus deridetur, aut eiicitur, quanto minus qui errauerit in vita & etiam in minimis rebus, peccauerit ferendus eſt: hiſtrio dictus ꝙ primum ex hiſtria venerit: vel ꝙ is qui e tuſcia miſſus eſt hiſtrio appellaretur, ludionem veteres dixerunt μιμον απο του μιμεισθαι: hoc eſt ab imitando græci vocant. ¶ Extra numerum: hoc eſt ordinem vel legem ſibi impoſitam, atq; perfectionem quam ſeruare ei conuenit, numerus enim pro profectione rei accipitur: & aliquid ſuis numeris conſtare dicitur, ideſt perfectum abſolutumque eſſe. ¶ Longior aut breuior: barbariſmum fecerit: & ex breui longam: contraq; ex longa breuem pronunciando reddiderit. Exhibilatur, deridetur. Id enim exhibilo ſignificat tranſitiue poſitum. Intranſitiue vero ſibilum facio. ¶ Vt in ſyllaba, quaſi dicat non debes dicere ſi in re parua peccaueris tuum paruifaciendem eſſe peccatum: vt hiſtrionis. Si forte in ſyllaba pronuncianda aberrauerit. ¶ Poetam non audio & cætera argumentum eſt a maiori ad minus. Si poetam fere non poſſum errantem in poematibus ſuis & fabuloſis rebus (quæ nugæ ſunt & fere nullius ponderis: multominus ciuem ferum in communione vitæ peccantem. ¶ Digitis dimetientem: expendentem & connumerantem digitis, vt fieri ſolet, ſua peccata hoc modo, ſemel vitium intuli Pamphilæ: ſemel illum verberaui: illud grauius eſt hoc leuius, hoc enim facere ſolemus: vt in digitis peccata noſtra connumeremus & ponderemus. ¶ Breuiora & cætera verba retinuit ſimilitudinis: de poeta enim locutus eſt, qui longioribus aut breuioribus peccat ſyllabis. ¶ Cum quicquid. Non eſt differentia in peccatis cum ex eodem quaſi fonte omnia manant: videlicet ex perturbatione, Quæ ſecundum Zenonem eſt irrationalis ad præter naturam animi motus ſiue appetitio abundans, cuius genera ſunt dolor, Metus: Concupiſcẽtia: voluptas ſub ſingulis autem generibus multæ ſunt ſpecies. Quoties ratio perturbatur: & ab aliquo affectu vincitur, peccat homo & trãſgreditur lineas honeſtatis. Eſt autem optima concluſio. Quoties aliquid peccatur, perturbatiõe rationis peccatur: peccatum autem quod proficiſcitur a perturbatione rationis æquale eſt. vera eſt ergo propoſitio: paruam eſſe vt magnam culpam.

A lum te nõ poſſumus ante quã peccemus

ASCE. ¶ ET NOS debemus quicquid non opportet ſupple fieri eſt ſcelus, & quicquid non licet eſſe nefas: etiam quicquid non licet quidem ideſt non etiam in minimis rebus. Si quidem, ideſt quia certe nos non poſſumus fugere modum, ideſt menſuram rerum: quæ ex natura eſt: ſed poſſumus tenere modum animorum, ideſt intentionum & volũtatum noſtrarũ. quibus aliquid facimus. Si hiſtrio: ideſt mimus aut actor fabularum: & qui geſtu corporis victum quę rit, ſi

ὅτι πάντες οἱ ἄφρονες μαίνονται

Omnes ſtultos inſanire. Ego vero te non ſtultum, vt ſæpe: non modo improbum, vt ſemper: ſed dementem quoque: & inſanum rebus addicam neceſſariis.

rit, ſi moueris paulo aut paulum extra numerum: ideſt rithmum & modulos tibiæ, aut ſi verſus eſt pronunciatus breuior aut longior vna ſyllaba ſupple quam ſit, ipſe exſibilatur, ideſt cum ſibilo & riſu eiicitur, & exploditur, ideſt concuſſis manibus in deteſtationem eius exigitur. Explodere eſt cõtrarium eius quod eſt applaudere. Applaudimus enim cum erectis manibus aſſenſum & laudem damus, explodimus quem concuſſis manibus eiicimus, vnde componitur ab extra & plaudo mutando au in o. Et tu dices te peccare in vita, quæ debet eſſe moderatior in geſtu, ideſt agitatione corporis; & aptior omni vſu peccare vt in illa ſyllaba ita vt ſi in minimo deliqueris explodendus ſis. Ego non audiam poetam ideſt verſificatorem, dimetientem peccata, ideſt errata ſua digitis, ideſt ad ſcanſionem factam in digitis: quia digitis calcemus & aure in nugis ideſt in rebus friuolis nihil ad ſanctitatem vitæ facientibus, vt poetæ in fabulis, hoc eſt ſi non recipio excuſationem poetæ vbi ſe parum peccaſſe dicit. Audiam, ideſt audire ne debeam ciuem dimitientem digitis peccata ſua in ſocietate vitæ, ideſt ponderantem quantum quodlibet ſit peccatum commiſſum in ſocietate vitæ, quaſi dicat minime. ſed ſtatim exploditur: & paria eius vitia cẽſebo. Quæ, ſcilicet vitia ſi viſa ſunt breuiora: ideſt minus duraſſe, qui, ideſt quomodo poſſint videri leuiora. Cum, ideſt quoniam quicquid peccatur perturbatione rationis, atque ordinis quem Deus in vniuerſo conſtituit: vt pulcher in libello de ordine diſſerit diuus Auguſti. Autem per ſed ratione ſemel perturbata & ordine ſupple ſemel pturbato, nihil poſſit addi quo videatur poſſe peccari magis ideſt intenſius ſed poſſit, quoniam etiam in perturbatione eſt gradus, quia minus perturbatur qui non niſi cum proſtituta velit peccare quã qui etiã cum ſancta moniali.

¶ Quartum paradoxum.

OMN. BONI

Omnes ſtultos inſanire, præpoſuit titulum more ſuo qui græce ſic reſonat ὅτι πάντες οἱ ἄφρονες μαίνονται ideo vero de patre ſuo claudio ſic dicere ſolebat pater meus incipit morari inter homines prima producta inſanire ſignificat moror latine primam corripit; ſed aliam habet primam longam, ad huius autem paradoxi ſententiam quorundam vocabulorum differentiæ notandæ ſũt. Stultus appellatur ille qui habet hebetem & obtuſum ingenium. Stolidus dicitur ille qui nec fatur nec quid alii fantur intelligit. Inſanus autem eſt ille qui in furias incidit. Demens vocatur qui totam mentem integram non retinet. Amens autẽ plusquã demens, quomodo amẽs eſt ſine mente. Vult autem Cice. probare ſtultum eſſe inſanum, ad quam quidem approbationẽ exemplum Clodianum inducit, contra quem hoc paradoxum excogitatum fuit. Clodius ciuis generoſus de gente patritia natus omni flagitiorum genere præditus volens Ci. de vrbe Ro. expellere ſe vni plebeiõ minori natu adoptauit quo tribunus ple. caretur. Lex enim erat quod nemo niſi plebeius tribunus procreari poſſet. Cum eſſet tribunus cõſulibus duobus ſceleratis hominibus Piſone & Gabinio, Tullium de vrbe recedere coegit. Cice. in præſenti ſcientia pernicioſi Clodii oſtendit inſaniam, vt per ſequentia declarabitur. ¶ Omnes ſtultos inſanire, ideſt ſtoici dicunt. ¶ Ego vero: ordo, adiungam te non modo ſtultum: ideſt obtuſum. ¶ Vt, ſæpe quia ſæpe Clodi ſtultus erat. ¶ Improbum dicimus abſque vitio: improbum vero q vitia amplectitur. ¶ Dementem: ac ſi dicat deorſum amẽte. ¶ Rebus neceſſariis, argumentis eris probo te dementem & inſanum.

Stultus

Stolidus

Inſanus

Demens

Amens

FRA. MAT.

STultos omnes inſanire. Græcus Titulus eſt ὅτι πάντες οἱ ἄφρονες μαίνονται: hoc a Socrate acceptum diligenter Stoici retinuerunt, Qui eſt enim animus in aliquo morbo hoc eſt in motu perturbato, non magis eſt ſanus q̃ id corpus, quod in morbo eſt. Ita fit vt ſapientia ſanitas ſit animi, inſipiẽtia quaſi in ſententias quædam. Vnde exiſſe e poteſtate dicuntur qui effrenati feruntur: aut libidine aut iracundia. Inſaniæ nomẽ mentis ſignificare ægrotationẽ & morborum & ægritudinem animi. quã veteres appellauerunt inſaniam. hic autem locus egregie a Cicero. libro tertio, tuſculanarum quæſtionum tractus eſt cum aut omnes, autem perturbationes animi morbos a philoſophis appellatas, negare q illos quemquã his morbis vacare, qui autem in morbo ſunt, ſanos non eſſe, & omnium inſipientum animos in morbo eſſe. Omnes igitur inſipientes inſanire: ſanitatem enim animorum poſitam in tranquillitate quadam conſtantia quæ cenſebant, & his rebus mentem vacuam appellarunt inſaniam: propterea quod in perturbato animo ſicut in corpore ſanitas eſſe non poſſit. Quemadmodum autem ſuperiore paradoxo in Marcum antonium inuectus eſt: ita hoc in Pub. Clodium inuehitur. Qui Ciceroni acerrimus hoſtis fuit, ſic autem immoderate vixit vt ſæpe rempublicam perturbauerit: & quod Cicero, inquit in epiſtolis, non pluris fecerit bonam deam quam tres ſorores quas violauit, vt autem Ciceronem opprimeret fontio cuidam & plebeio & minori natu contra leges ſeſe adoptandum præbuit. Tribunus autem plebis factus: & Gabinum ac piſonem conſules nactus homines nefarios & Ciceronis inimicos eum ex vrbe eiecit. Sed hæc ſic nota ſunt vt recitari a nobis opus minime ſit. Clodius igitur reprehenditur & ſtultiſſimus eſſe oſtenditur. Quoniam in morbis eſſet plurimis. hoc eſt animi perturbatis moribus & affectibus, quos morbos dicunt philoſophi: vt ſupra oſtenſum eſt. ¶ Omnes ſtultos inſanire, ſcilicet dicunt ſtoici. ¶ Addicam, cõuincam vnde addictus quiſpiam dicitur: hoc eſt obnoxius & adſtrictus alicui. Horatius. Nullus addictus adiuuare in verba magiſtri: ſtultus eſt hebeti ingenio obtuſo. Idem & ſtolidus vocatur, fatuus vero eſt qui inepta loquitur, inſulſus eſt corde & animo, inſanus eſt qui mentis & rationis perturbatione labitur in furorem. Demens integram mentem & rationem non retinet. Amens vero penitus a mente & ratione excidit: Et ſtultitia quidem modis quatuor cognoſcitur. Aut cum non venerit in mentem quod oportet, aut ſi venerit non tenere: aut bonum conſiliũ dimittere: aut malum admittere. ¶ Rebus neceſſariis veris & indubitatis argumentis.

Omnesin ſipientes in ſanos eſſe

Demens eſt ſine ratione

OMnes ſtultos inſanire paradoxon hoc ſic græce proponitur. Oti pandes hoi mori appinifſonati: pferũtur autem quia a ante t facit ipſum ſonare vt & quod vt i & ai vt e ſonant ſic. Oti pandes hi mori appinoſſonde, ideſt q omnes ſtulti inſaniunt: aut imprudẽtes ſunt. Nã oti idem eſt q, pantes, ideſt omnes, hi articulus eſt. mori. id eſt fatui: ſcribitur autem moros pro fatuo per omega nam per omicron mors eſt appiniſſonde, ideſt ſine prudẽtia ſũt. Nam a priuatiua eſt particula, pinyte prudentia: & pinytos prudens, vnde appiniſſo ſine prudentia ſum & inſanio. Volunt autem in Clodium dictum eſſe quæ a milo a Cicerone defenſus occidit. Iuuenalis tamen eum, vt pricipem homicidarum taxat dicens ſatyra ſecunda. Si fur diſplicet verri aut homicida miloni. ſed ne prolixior ſim. Ordo eſt. Præponunt ſtoici ſupple aut dicunt pro themate. Omnes ſtultos inſanire: ideſt imprudẽtes & inſane mentis eſſe. Ego vero o Clodi dico ſupple te nunc non modo ſtultum: ideſt inſipienter vni rei inherentem: hebetem & obtuſum: vt ſæpe ſupple fuiſſe, & non modo improbum vt ſemper ſupple fuiſti. Sed quoque, ideſt etiam dementem ideſt peruerſæ mentis. & inſanum, ideſt ut non ſanum furentem, qui me aut quemuis alium ſapientiæ præditum ſtultitia tua expugnare conaris.

ASC.

ſenatus nomen in republica nō erat:Prædonum ille concurſus,& te duce latrocinium in foro conſtitutū: & reliquię coniurationis a Catilinæ furiis : ad tuum ſcelus furoremq; conuerſę,nō ciuitas erat. Itaq; pulſus ego ciuitate nō ſum:quæ nulla erat, accerſitus in ciuitatem ſum:vt eſſet in republica conſul:qui tum nullus fuerat,eſſetq; ſenatus qui tum occiderat:eſſet conſenſus populi liber:vt eſſet iuris & æquitatis,quæ vincula ſunt ciuitatis repetita memoria. At vide q̄ iſta tui latrocinii tela contempſerim. Iactam immiſſam a te nefariam in me iniuriam ſemper duxi:tamē perueniſſe ad me nunq̄ putaui:niſi forte cū parietes diſturbabas,aut cum tectis ſceleratas faces inferebas: meorū aliquid ruere:aut in vrbe de flagrare,arbitrabare. Nihil enim meū eſt neq; cuiuſq̄ quod auferri: quod eripi,qđ amitti pōt. Si mihi eripuiſſes diuturnā

OMN. BONI — Syllogiſmus

Senatus nomen:non erant ſenatores. Et latrocinium multitudo latronum. Et reliquæ:Clodii erant de cōſpirā/tibus cū Catilina, ideo reliquiæ illius a Clodium reuerſæ ſunt. Itaq;:hæc concluſio ſyllogiſmi q cum multititudine tronum expulſus ſit. Non de ciuitate electus fuit. A ccerſi/tus:oſtendit infamiam & ſtultitiam huius hois,qui putās p bere malum Ciceroni:bonū illi tradidit. Cice.n.reuerſus eſt Romā cū magna gloria Metello cōſule adeo q ad il lius aduentum tota cōcurrit Italia:tunc oia & iura & boni reuocati ſunt qui ciuitatē eſſe ciuitate fecerunt. Qui tum:tēpore tuo illi erant homines vitioſi quos diximus. Conſenſus populi eſſet li/ber:qua ex re in vrbē Tulli⁹ accerſitus eſt: quia populus clodianę perniciei ſubiectus erat & libertatē priſcam nō tenebat. Iuris:ordo de me/moria iuris & æquitatis:quæ vincula ſunt ciuitatis repeti/ta eſt memoria. Ius eſt i ſcri/ptis & ſine ſcriptis æquitas iuris mitigatio. Tui latro/cinii:voluit dicere tribuni tui: ſed propter ſcelera inquit la/trocinii. Nefariam,quæ fuit contrafas. Perueniſſe ad me nunq̄ putaui:cogitabam iniuriam iactā a te in me:ſed nūq̄ ſit ad me peruenerit exiſtimabam:ac ſi dicat. non curabam de tuis viris:quod idem dixit Diogenes cū eſſe monitus a quodā q iuuenes corinthii deriderent:eum,dixit ſit:iſti de rident ſed non derideor:qa ſuas deriſiones contēno & ſper/no. Niſi forte:ironice cōceſſio facta,vt declaret ſtultitiam ipſius:& mala q̄ Ciceroni fecit Clodius vaſtans veſtes, do/mos:& pdia Ciceronis, eum tūc ōi pugnis & verberibus af/ficere putabat. Refertur ad illud parietes perturbabas. De flagrare,quantum ad ſcelerata facere. Nihil enim meum,generalis ſententia:quā Biantē commemoraſſe in primo pa/radoxo cōfeſſus eſt. Neq; cuiuſq̄ bonorum aufert:per fraudem eripi per vim:amitti negligentia. Bias enim rńdit cuidā admonenti vt aliquid de ſuis rebus aſportaret. Omnia mea mecum porto. Si mihi eripuiſſes:oſtendit ſtultitiam Clo/dii:qui putās bona diripere Ciceroni reſtabat ad incendendas ędes,quæ bona nō ſunt,bona quidem animi,quæ pro/prie nuncupantur bona,a Clodio eripi non poterat.

Dioge/nes

Byantis dictum

FRA. MAT.

SEnatus nome:quia omnia enim vnius arbitrio vel paucorum vt Piſonis,Gabinii,Clodi gerebant. Prædonum concur/ſus,qui huc atq; illuc ad cædes rapinaſq; diſcurrebat. La/trocinium:latronū multitudo. Et reliquio &c. quicquid ſupfuerit ex nefaria coniuratione catilinæ, quā Cicero extinxerat,ad Clodiū cōfluxerat: quaſi dignū catilinam ſuc/ceſſorē. A catilinæ furiis:ſemper ſic de catilina loquitur Cicero:vt furore agitatū dicat:quippe qui pnicem patriæ macinari potuerit:& in orbtione cōtra eum ad Quirites ſic inquit. Tande aliqñ Quirites catilinam furentem audacia:ſcelus anhelantem:peſtem patriæ nefarie molientem:vobis atq; huic vrbi ferrum:flamāq; minitantem, ex vrbe vel eiecimus vel emiſimus,vel ipſum egredientē proſecuti ſu/mus. Non igiť &c. Concludit nō me ciuitate eiectſti ſicut gloriaris:nā ciuitas non erat cum leges nil in ea valerent, cum iudicia iacerent:cōpulſis magiſtratibus forum pdones & reliquiæ catilinæ te duce occuparent. Sed accerſitus in ciuitatē pulſus ex ciuitate minime. Sed reuocatus ſum ab exilio in ciuitatem,cœperat enim ciuitas eſſe reiectis im/probis,& in ſuum locū reſtitutis boni. Pulſo Cicerōe tm̄ violentia & armis Clodius valebat: vt oēs haud mediocriter terrentur:ex quo afficiebatur,vt nō mediocre eſſet Ciceronis deſiderium. Vniuerſa igitur ciuitas hoc vnum ſtude/bat:vt Cicero reſtitueret. Pompeius itaq; bonorum multitudine tandē collecta coactus et ex vicinis italiæ locis non paruis auxiliis Clodiū foro expulit,ciues ad ferēdā legē de Ciceronis reditu conuocauit. Tulit Titus Annius Milo. Nunq̄ fertur tantus cōſenſus Populi Romani de aliqua re fuiſſe,neq; tm̄ ſtudium totius italiæ:q̄ ob hoc ipſum romā cōfluxerat. Conſul:bonus & integer lentulus ſpinther Qui in reuocādo Cicerone præcipuam nauauit operam. Nullus erat:nulli erāt conſules Romæ. Nā Piſo & Gabinius ſcelera homines & im/probi non erant conſules habendi,nō enim cōſulebant reipublicę quā diripiebant & labefactabant. Occide/rat,nam furore Tribunitio territi boni aufugerunt. Liber:qui prius timore aſtrin/gebat. Iuris: quod ſcriptū eſt & multifariam diuiditur: ae boni & æqui ars a celſo diffinitur. Aequitatis, bonum & æquum ſunt emēdatio legis qua aliqd omiſſum erat,pp vniuerſale:lex enim vniuerſaliter dicēs:& quod plrimum eſt cōplectens emen/datione aliqñ indiget,q non exſc ſcripto. Sed ex ſapientis interpratatione pficiſcitur. Recte itaq; inquit ius & ęquitatem vincula eſſe ciuitatis. His enim ſublatis ſtare ciuitas non pōt. At vide tu latrocinii tui tribunatus,qui latroci/nium potius appellādus eſt. Iactam:ſenſus eſt: exiſtimaui voluiſſe qdem te:& cogitaſſe me iniuria afficere & tale in me contorſiſſe:ſed corpus meū non attigerunt. Qm̄ quicquid in me egiſti contempſi. Virtus enim mea lædi non potuit. Biantis ſequitur ſententiā,qui bona ſua oia in ſe ipſo poſita exiſtimabat. Et diogenis qui admonitus a quodam q a corinthiis iuuenibus derideretur: Sic reſpondit: αυτοι καταγελωσι μου, αλλ' ουκ εγω καταγελωμαι. Ipſi derident me ſed non derideor. Parietes:domus meæ:quam incēdit & demolitus eſt Clodius cum prius direpta eſſet. Quo autē ſolum quoq; aufert: & templum libertatis in area dedicauit,bona o ia quæ aut in domo aut in villis fuerūt publicata ſunt. Auferri,fraude. Eripi:vi. Amitti, negligentia. Meorum,nihil enim meum erat quod auferarri poterat. Si mihi hæc eripuiſſes:hæc mea ſunt: & auferri mihi non poſſunt. Quę ſi tamen eripi a te potuiſſent iniuriam mihi a te factam conſiterer. Sed eripi neq; a te neq; a quoquam poſſunt:non igitur facta mihi iniuria eſt.

Pōpeius ab exilio Ciceronē reduxit

ASC.

ℭ ET Humilis, & fracta eſt ſeruitus, Nolite ſinere, ideſt p mittere nos ſeruire cuiquã, vult ipſe in tali oratione vindi/care. i. morte vindici ſibi acquirere, quaſi vindicta prætoria libertatem. Minime in quid Cicero. Enim pro quia; quid. i. ad quid adiũgit niſi vobis vniuerſis quibus & poſſumus & debemus ſeruire, ſic enim vult mutare dominum & non vult eſſe ſimpliciter: quod tum velle debebat Craſſo: hoc autem locus corruptus eſt:& ob id a commentario præter miſſus nos vero ſiquidem, ideſt certe ſi ſumus animo excel ſo & alto & exaggerato, ideſt accumulato virtutibus:nec de bemus nec poſſumus ſupple ſeruire. Tuo craſſe dicito te poſ ſe: quoniam quidem potes:& ne dixeris debere quo modo quiſquam nihil debet niſi quod eſt turpe non reddere. ſeu hæc hactenus incraſſum dicta. Ille in quem cœpta eſt hęc oratio, videat quomodo poſit eſſe imperator: cum ratio & ueritas conuincat ipſum ne liberum quidem eſſe quod mul to minus eſt quam in liberos habere imperium, & hæc in. Cicero paradoxa. Nam in ultimum in quod nihil inueni/mus ſcriptum ſequens eſt noſtra explanatio. ASCE.

QVod ſolus &cæ. Titulus hic græcus eſt. Oti monos hoſopos pluſios uel plouſios: ideſt ꝙ ſolus ſapiẽs di/ues. Nã oti dicit ꝙ: monos ſolus, Ho articulus eſt ſo/phos ſapiẽs, & pluſios diues. Propoſito aũt titulo rẽ diſq/rit dicens. Quæ. i. qualis eſt iſta. i. tua & uilis. tam iſolens. i. importuna & immodeſta. Oſtentatio. i. oſtendendo iacta/rio in pecunia commemoranda. Ne:ideſt nũqd tu ſolus di/ues ſupple es. Proh dii immortales, exclamatio eſt idignan tibus cõgrua quando deorum fidem imploramus, cũ in ho minibus deſit: quaſi ſit plenus ordo. Proh, ideſt profecto. O dii immortales ego ueſtram fidẽ imploro cum mortali bus nulla ſit. ſcribitur autem etiam pro interiectio ſine h. Ego ne, ideſt putas ne aut uis ne. O pecunioſe: ꝙ ego non gaudeam me audiuiſſe & didiſſe aliquid. Solus (ne in quam) tu diues quid ſupple dicas, ſi probem quod ne diues quidem ſupple ſis: cum te ſolum diuitem arbitreris.

PARA. MA. — Diues is quantum possidet quantum est satis adiustum. Opto plusquam appeto significat.

C QVID si pauper est: in hoc est paradoxū, cū pauperem esse dicam illū aliquē vulgus diuitē existimat. Quē.n. more suo vocabula diffinit & a rei diffinitionē accedit: ois aūt quæ de aliqua re suscipit disputatio debet a diffinitione pficisci: vt intelligat quid sit id de quo disputat. Hoc verbum, qd est diues, Opinor in eo sapiam suā dicat Cic. & qs vere diues sit declarat, & is diues est inqt, cui possidet quātum satis est ad liberaliter viuendū: hoc est, vt liberū decet: vl vt ēt benefacere aliis indigētibus possit: Laudant.n. diuitiæ ad liberalitatem conferunt. Mō ea liberalitas modū nō excedat, aut, nō merētibus pferat. Nihil qrat, nā diues non est: qui augere patrimonium studet etiā si plurima possideat, tūc demū diues qipiā intelligit, cū his habet cōtētus est. Quærat labore corporis. Appetat aio. Optet, plus est optare ǭ appetere, Nā optamꝰ plerūq quæ eis cōsequi possumus. Aius oportet tuus: qsi fuerit virtute pditus, nihil optabit: & his cōtētus erit, sine qbus vita esse non pōt. Pecunia, quā habet. Sinautem, ostendit a contrario, diuitem non esse. Turpem, vt fœnerari, conducere, siccandum eluuie ... portandū ad busta cadauer. Isto ordini, senatorio: non enim decet senatorē artē, aliq exercere nō

Quid si ne diues quidē? quid si pauper etiam? quem enim intelligimus diuitem? aut hoc verbum in quo homine ponimus? Opinor in eo, cui tanta possessio est: vt ad liberaliter viuendum facile, contentus sit: qui nihil quærat: nihil appetat: nihil optet amplius. Animus enim tuus oportet se iudicet diuitem, non hominem sermo, neq possessiones tue qui nihil sibi deesse putat, nihil curat amplius, satiatus est: aut contentus etiam pecunia. cōcedo diues est. Si autem propter auiditatem pecuniæ nullum quæstum turpem putas cum isti ordini, ne honestus quidem possit esse vllus: si quotidie fraudas: decipis: poscis: paciscerís: aufers: eripis: si socios spolias: ærarium expilas: si testamenta amicorum expectas: aut ne expectas quidem at ipse supponis: hec quidem vtrum abundantis an egentis signa sunt? animis hominis diues non arca appellari solet. Quamuis illa sit plena: dum te inanem videbo diuitem putabo? Et enim ex ea quātum cuique satis est: mentiuntur homines diuitiarum modum. Filiam quis habet? pecunia est opus. Duas maiore: plures? maiore etiam: si (vt aiunt) Danai quinquaginta sunt filiæ, tot dotes magnam quęrunt pecuniam. Quantum enim cuiq opus est ad id accōmodatur (vt ante dixi) diuitiarum modus. Qui igitur non filias plures sed innumerabiles cupiditates hēt,

honestum. Cūq ois ordo abesse ab auaritia longissime debeat, senatorius pręcipue abesse debet, in Crassum possunt hec dicta videri. Fraudas aliqd cupiam per fraudem detrahis. Decipias nō reddēdo depositū. Poscis, cum poscere te non deceat vt pro agēda cā. vel poscis, vt egeni solent. Paciscerís: pactū facis: & cōuenis cū aliquo quātū tibi dare debeat, si hoc vel illud pro eo feceris. Aufers: occulte. Eripis: Socios, quos tueri deberes: & illesos conseruare at potius augere. Expilas: ærarium. Quod crimen peculatus vocatur. Expilare est paulatim detrahere ærarium autē locus est vbi publicæ seruātur pecuniæ. Fuit autē Romanorum ærarium in æde Saturni. quod tempore quo is italiā incoluit fertur in eius finibꝰ nullū esse furtū cōmissum, aut quia sub illo nihil erat cuiusǭ priuatū. Nec signare solitum aut partiri limite cāpum, fas erat, in mediū qrebant. Si testamenta: alicuius senis orbi quem captas. Supponis: falsa pro veris subiicis. vnde extat, lex testamentaria, que & de falsis dicitur: pœnam irrogans ei qui testamentū: vel aliud instrumentū falsum scripserit: signauerit: recitauerit, subiecerit, quiue signū adulterinū fecerit: sculpserit: expresserit: sciens dolo malo, eiusq legis pœna in seruos vltimum supplicium est: in liberos vero deportatio. Supponere est falsum pro vero subiicere. vnde pueri suppositi dicuntur quos græci vocāt ὑποβολιμαίους. suppositos pueros vocāt ὑποβολιμαίους, enim subiicere & supponere est. Animus hominis, pulchra sententia non ille vere diues est, qui arcā nummis plenam habet, sed q is his quæ sufficiunt contentus est, vt ait Seneca, qui cum paupertate bene conuenit diues est. Inanem vacuum virtute: quæ est verus animi thesaurus. Ex eo quantum cuiq possidet sed ex eo quantum cuiq sufficit, non etiam est pauper cui rerum suppetit, vsus. Filiam quis habet: exemplum subiicit quo ostendit diuitē esse eum qui pro indigētia quærit quæ maior est vni ǭ aliis, quoniā

Expilare ærarium Oppone, ēē.

Mensura diuitiarum colligitur ex indigentia cuiusq.

mensura diuitiarum colligitur ex indigentia cuiusq. Sed qui habet innumerabiles: dum singulas explere cupit diuitias consumit diues autem non est, quia semper quærit: vt semper cōsumat: iuxta illud Nasonis. Quęrere vt absumāt absumpta requirere certant, Atq ipse vitiis sunt alimenta vices. Quātum, enim &c. Modus ergo diuitiarum est pro cuiusq indigentia. Vt aiūt s. fabulæ vel poetæ. Danai &c. Nota est fabula Danao regi argiuorum quinquaginta filiæ, Aegypto fratri eius quinquaginta filii fuerunt. Cum ergo Aegyptus filias a Danao filiis suis locari postularet, primo negauit Danaus, quia audierat ab oraculo fore: vt ab vno filiorum Aegypti si gener suus esset occideretur. Coactus tamē dare filias fratris filiis, dedit illis occulto ferum, & iussit prima nocte maritos occidere, quod omnes fecerūt præter hypermestram, quę lyno viro suo pepercit, a quo Danaus postea est occisus.

Danai & Aegypti fabulam nota hic.

C QVID si etiam. i. si super pauper supple sis. Enim pro quia quem intelligimus diuitem. aut in quo homine ponimus hoc verbum: scilicet esse diuitē. Ego opinor ꝙ supponimus in eo cui est tanta possessio: vt viuendo liberaliter sit facile contentus, qui nihil quærat: nihil appetat, nihil optet amplꝰ. Oportet enim vt sup. animus totus iudicet se diuitem nō sermo hominum, neq possessiones tuæ sup. te diuitem faciant. Et q nihil putat deesse: nihil cui erat amplius: & qui satiatus est aut contentus etiam pecunia, concedo ꝙ diues est. Si autē, idest si nullum quęstum putas turpem propter auiditatem pecuniæ: idest propterea ꝙ causa auidus est pecuniæ. Cum idest quamuis tum supple talis ne honestus quidem esse possit: idest decorus & congruus illi ordini diuitū: & si tu fraudas quotidie vllius supple rei possessiones tum quem tu decipis, & si tu possis pacisceris, idest pacta fraudulenta facis, si eripis: aufers: si spolia socios, si expilas idest furaris & inimicis ærarium, idest reipu. thesaurum. si expetis testamenta amicorum, aut supple demus ne, idest ꝙ nō expetas quidē atq ipse: idest tu non expetendo supple ponis: idest falso te loco veri hæredis ponis & inscribi curas: dic supple quidē idest certe vtrum hæc sunt signa abundantis an egētis, quasi dicat nimirum agentis qui animus hominis non arca solet appellari: diues putabo id putas, neq ego putabo te diuitē quis illa: scilicet arca sit plena. Dum, idest ǭdiu ego videbo te inanem. i. insatiatū, quia tam deest auro qd habet ǭ qd nō habet, vt dicit Seneca q.d. minime. Et enim. i. quacer the homines metiunt ex eo. s. animo modū: idest mēsurā diuitiarum Quantū cuiq satis supple putant. Si quis habet filiam opus est supple ei pecunia pro dote. si qs supple habet duas, opus est ei maiore sup. pecunia: & si supple habet adhuc plures, opus sup. habet adhuc maiore sup. pecunia, etiā si quoquaginta sunt, filiæ: vt aiunt supple fuisse Danai. & patrueles suos quos maritos habebant etiam quinquaginta vna nocte interemisse dicuntur pter Hypermestrā quę suo pepercit. si ergo quinquaginta sunt filiæ tot dotes quærūt magnam pecuniā. Accōmodatur enim vt dixi, modus diuitiarū quanti opus est cuiq ad id, Igitur qui habet plures, idest valde multas filias, sed habet innumerabiles cupiditates.

Aius diues est nō arca Diuitiarum modus. Quis diues sit opinione Crassi Mendicem vocat Crassum

C Exhaurire

quæ breui tempore maximas copias exaurire poſſint: hũc quando ego appellabo diuitem ı cum ipſe egere ſe ſentiat? Multi ex te audierũt:cum diceres neminẽ eſſe diuitem:niſi qui exercitũ alere poſſet ſuis fructi/bus ı quod populo Romano ex tantis vectigalibus iãpridem vix poteſt contingere. Igitur hoc ꝓpoſito nunquam eris diues antequam tibi ex tuis poſſeſioni bus tantum reficiatur:vt eo tueri ſex legiones , & ma gna equitum ac peditum auxilia poſſis , Iam fateris igitur non eſſe te diuitem,cui tantũ deſit , vt expleas id quod exoptas:Itaq; iſtam pauptatem , vel potius egeſtatem,ac mendicãtẽ tuam nunquam obſcure tuli ſti. Nam vt his,qui honeſte rem quærunt,mercaturis faciẽdis,opis dandis,publicis,ſumendis,intelligimus opus eſſe quæſito:ſic qui vidit domi tuę pariter accu ſatorũ,atq; iudicũ conſociatos greges,qui nocentes& pecunioſos reos eodẽ te auctore , corruptellã iudicii moliẽtes,qui tuas mercedũ pactiones in patrociniis, interciſas,pecuniarũ i cõcionibus cãdidatorũ. dimiſ ſionis libertorũ ad fœnerãdas , diripiẽdaſq; ꝓuincias

FRA. MAT. ℂ Exhaurire:euacuare:cõſumare. ¶ Multi ex te, hoc idem ſcribit Plutar. & Cic. in officiis. ¶ Ex ſuis fructibus:quos pci pit & colligit ex prædiis ſuis, & poſſeſſionibus . ¶ Quod populo romano. ſ. alere exercitum. ¶ Ex vectigalibus:tribu/tis vectigalem quicquid pendit̃ nobis tributi ex aliqua re a nobis locata. Et ager vectigalis vocat̃ ꝓ quo aliquid nobis penditur ab eo:cuius vſufru ctus eſt , cũ ꝓprietas noſtra ſit græci emphytheoſim vo cant vectigal & agrum em/phytheoticũ. ¶ Exercitũ ı nõ vnã cohortẽ: neq; vnã alam dicimus inqt Vulpianus:ſed numeros multos militum.

Nullum eſſe diui tẽ niſi qui exercitũ ſuis ſum ptibus ale re poſſit

¶ Ergo hoc ꝓpoſito . Nullũ eſſe diuitẽ niſi q exercitũ ale re poſſit fructibus ſuis . Nã ſi Po. Ro. tot vectigalibus vix põt cõtingẽre:multomi nus tu poteris craſſe. Cu/piẽs aũt eẽ diues nunq̃ eris. ¶ Sex legio. Ex tot eni ꝯſtat exercitus: Et legio qdẽ pedi tũ ſex milia :equites ſexcen/tos cõtinebat,ſine auxiliis q̃ ſic ab actu ſunt vocata,q̃ his exercitus Romanus augere tur cum acceſſerant,q adiu/mẽto eſſent alienigenę . Va/ro. ¶ Iã fateris. Diues eſt cui nihil deeſt, & qui ꝓpterea ni hil optat. ¶ Tu cũ ex fructib⁹ tuis exercitum alere cupias: & cum id nõ poſſis diues certe nõ es. ¶ Itaq; &c. Cum fatearis nõ eſſe tantum fructũ tibi: vt alere exercitum poſſis idem nõ eſſe te diuitem fateri vi/deris, & cum tanta ſit cupiditas tua, omnes te eſſe pauperẽ intelligunt. ¶ Paupertatem: pauper dicitur a paruo ære, qui .ſ. pecuniis nõ abundat. ¶ Egeſtatem, plus eſt egeſtas q̃ pau/pertas:egenus enim eſt cui deſunt neceſſaria . ¶ Mendicita/tem:mendicus eſt q cum ipſe non habeat hoſtiatim quęrat: Vel reſidens in aliquo loco a tranſeuntibus petit, Vnde mẽ dicum dici Feſtus exiſtimat:q̃ quẽq; ꝓcat:vt vitæ ſuæ me deatur cibo, vel is eſt mendicus , qui minus habet quã dicit. ¶ Nunquã obſcure tuliſti. Semper patefeciſti . ¶ Nam vt his &c. probat Craſſum per ſimilitudinem diuitem nõ eſſe: & eſt argumẽtũ a minori ad maius ſi his : qui honeſte lucrari quęrunt opus eſt iam partis:quanto magis tibi parto opus eſt:q non honeſtas artes exerces , vt lucreris ı ſed oia flagita molis:oia teneas , vt diuites comparare poſſis ı ex quo di/ues nõ es. ¶ Rem, ſubſtantiam:bona . Hora . Rem poteris ſeruare tuã. ¶ Mercaturis faciẽdis:emendis , vendendiſq; re bus terra mariq; cõuectis. Mercatura aũt honeſta eſt:ſic ſor dida nõ eſt. Q d in officiis dicit Cic. ¶ Operis dandis:locan dis operis:vt ſeruorũ:quod Craſſus faciebat : q ſeruos circi ter quingẽtos enim ı fabrilis artis & architecture peritos : quibus nõ ad propriæ domus extructionẽ tantum vtebat̃: ſed ciuibus ædificare volẽtibus eorũ opera locabat merce/de:auctor Pli. ¶ Publicis ſumẽdis ı vt conducendis vecti/galibus:portubus: & cęteris eiuſmodi. ¶ Sic q vidit:ſic tibi opus ẽ qrere & multo magis. Accuſatorum iuditiũ &c. fuit Craſſus rhetoricæ facultatis admodum ſtudioſus , circaq; illa vehemẽter elaborauit. Cũq; ad dicẽdũ ñ ſatis idoneus natura eſſet, ſtudio ac diligentia tantũ profecit , vt eos qui natura aptiſſimi in ea re eſſent:facile vinceret , Nullam aũt cauſam quis tenuẽ & cõtemnendam ſic ſuſcepit , vt ad eam agendã impræmeditatus accederet, cũq; Pompeius Cæſar ac Cicero nonnullas cauſas quaſi ſe parum dignas reiicerẽt ipſe earum patrocinium ſuſcipiebat: quare maximam apud populũ gratiam adeptus eſt, cum eſſet accuſatus & diligẽs, faciliſq; ad opẽ indigẽtibus ferrendã, Auctor Plutarchus

Egeſtas plus eſt q̃ pauptas

Res pro ſubſtan tia & bo nis ponit

Ci. q parũ amicus erat Craſſo. Ditari ſolitũ dicit ex defen/ſionibus diuitũ ſceleratorũ & innocentum accuſationibus ¶ Accuſatorum, q veniunt ad te vt te cãm agente quẽpiam accuſant, magnam mercedem pollicentes. ¶ Iuditium q a te corrupti pro libidine tua iudicant, & hunc dãnant, illũ ab/ſoluunt . ¶ Qui inno. ſupleto ne dũ videt . ¶ Molientes , fa bricantes & parãtes qũo iu/dicia:te auctore corrumpãt ¶ Reos:is dicitur reus de cu/ius re agitur:ſiue ſit in culpa ſiue non, & propterea inquit reos inocentes . ¶ Pactiones paciſceris enim cum iis qui a te defendi volunt, nec niſi cer ta mercede conſtituta ad di/cendum accedis:, Ordo eſt:q videt tuas pactiones merce/dũ interciſas & interpoſitas patrociniis, & qui videt pa/ctiones pecuniarũ interciſas i ꝯcionib⁹ cãdidatorũ. Con/cionibus, cõuẽtibus. ¶ Inter/ciſas pecuniis in concionibus & q videt pecunias interpo/ſitas aut , iterceptas in multi/tudine cãdidatorũ ı pecunia eni ab iis intercipiebatur. qui ſuffragium eius petebant in magiſtratuũ petitione . ¶ In cõcionibus:comitiis. ¶ Can/didatorũ, q in alicuius magi ſtratus petitione verſantur, candidati a toga candida quam per id tempus induebant ſunt dicti. Cicero pro Munera:ſolitus ſum dicere magis te fortem ſenatorẽ mihi videri q̃ ſapientem cãdidatum toga candida induti in campum Martium ad petendos magiſtra tus deſcendebant . ¶ Dimiſſiones libertorũ : quos ad diuer/ſa loca mittis lucris cauſa. ¶ Fœnerãdas , fœnere alligãdas: ꝓptere enim mitris vt fœnerationẽ exerceãt:qua via nulla facilior ad comparandas pecunias : vnde fœnus dicitur a fœtu parẽtis atq; increſcentis pecuniæ. ¶ Diripiendas , hoc eni mpacto ſic ſpoliare, vt diripere hoſtiliter videantur.

Cicero Craſſo inimicus

Fœnus a fœtu ter ræ dicit

ASC.

ℂ QVAE poſſunt exaurire breui tempore maximas co/pias. ſ. diuitiarum:quando appellabo ego hũc. i. talem diui/tem:cum ipſe ſentiat ſe egere. q. d. nunq̃ multi audiuerũt ex te, alludit ad eum quẽ in officiis id dixiſſe teſtatur, cum di/ceret neminẽ eſſe diuitẽ niſi ſup. eũ qui poſſet alere exerci/tũ ſuis fructibus . i. prouentibus , q̃d vix poteſt contingere iampridem. i. poſt tot victorias populo Ro. ex tantis vecti galibus. i. publicis redditibus . Igit̃ tu nunq̃ eris diues hoc ꝓpoſito ſup. ſtante. ante quã tantum ſup . pecuniæ reficitur . i. coacceruabitur ex tuis poſſeſſionibus : vt poſſis tueri. ſ. a fame & frigore, eo. ſ. pecuniarũ cumulo, ſex legiones, & ma gna auxilia equitum & peditum. Cum igitur fatris te iam nõ eſſe diuitem , cui deſit tantũ priuſq̃ peruenias. ſ. ad hoc: vt expleas id quod exoptas. Itaq; tu nunquã tuliſti obſcure ſed in ꝓpatulo iſtam. ſ. tuã vilem paupertatem uel potius egeſtatem ac mendicitatem. Nam ut nos intelligimus opus eſſe quæſito. i. acquiſita his:qui quærunt honeſte rem. i. di/uitias faciendas mercaturis . i. faciendo mercaturas hone/ſte: & operis dandis. i. dando operas: & ſumendis. i. operis, aut rebus publicis, ſic qui vidit domi tuæ greges. Accuſato rum & iudicium conſociatos:pariter qui vidit innocentes & pecunioſos reos. i. accuſatos in iudicio , & molientes te eodẽ auctore corruptelam iudicii. Qui vidit tuas pactiones mercedum pecuniorum interciſas. i. iminutas in patrocini/is; qui nõ iuſtũ patrociniũ ꝑbes ꝑ pactione mercedũ. Qui vidit in concionib⁹ candidatorũ . i. cõpeditorũ dignitatũ Qui candidati in veſtibus albis ambiebant. Dimiſſionis li/bertorum ad fœnerandas & diripiendas prouincias.

Copiis declarat ſa tietas

:qui expulſiones vicinorum,q latrocinia in agris, qui cum ſeruis:cum liberis:cum clientibus,ſocietates,qui poſſeſſiones vacuas,qui proſcriptiones locupletum, qui cædes municipiorum, qui illam Syllani temporis meſſem recordetur,qui teſtamenta ſubiecta. q tot ſublato homines,qui deniq; omnia venalia, delectũ decretum,alienam,ſuam ſententiam,forum,domum, uocem,ſilentium,quis hunc non putet cõfiteri ſibi q̃ſito opus eſſe? Cui quæſito opus ſit, quis vnq̃ hũc vere dixerit diuitem? Etenim diuitiarum eſt fructus in copia. Copiam autem declarat ſacietas rerum, atque abundantia,quam tu quoniam nunq̃ aſſequere,nunq̃ omnino es futurus diues. Meam autem quoniã pecuniã cõtẽnis:& recte(eſt enim ad vulgi opinionẽ mediocris,ad tuam nulla,ad meã modica)de me ſilebo de te loquar,ſi cenſenda nobis atq; æſtimanda res eſt: vtrum tandem pluris ęſtimabimus pecunia: Pyrrhi, quam Fabritio dabat:an cõtinentiam Fabritii:qui illam pecuniam repudiabat? utrum aurum ſamnitũ,

FRA. MAT. ℭ EXpulſiones vicinorum:ex ſuis enim ædibus:villis & prędus vicinos extrudit,ſi quę poſſidẽt tibi placuerint. ¶ Latrocinia:ſpoliando atque occidendo quoſcũq; ex quibus ſpes lucri tibi arriſerit. ¶ Qui cum ſeruis:cũ his omnibus ſocietatem lucri cauſa cõtrahebat:nã dãni & lucri in iure ciuili ſocietas eſt. ¶ Qui poſſeſſiones vacuas: Craſſus trecẽta tantũ talenta ex paterna hereditate accepit:prius tñ q̃ aduerſus parthos exercitum duceret ſeptẽ millium & cẽtũ talentorum ſummam coegit. Cum tamẽ decimas facultatis patrẽ Herculi conſecraſſet, & publice epulũ dediſſet populo:ac tres menſes in ſingula ciuium capita contuliſſet. Maximam aũt diuitiarũ partẽ ex ciuilibus bellis atq; incẽdiis comparauit calamitatibus publicis ad priuatas vtilitates abutens. Cũ enim Sylla victor vrbe potitus interfectorum a ſe ciuiũ bona quaſi prædam iuſto bello ex hoſtibus captam venderet: cuperetq; q̃ plures ex potentioribus ciuibus illarum quaſi contagione inquinari: nihil vnquam Craſſus vel largitionis vel emptionis nomine accipe recuſauit. Multas præterea ciuitatis partes incendio cõſumptas & deformes tantũ parietes q̃ſi domorum cadauera derelicta cum vidiſſet, quotquot earũ potuit paruo admodũ prætio mercatus eſt, cum illarũ domini partim metu, partim egeſtate cõpulſi:nihil petenti negare auderent. hoc itaq; pacto magnũ vrbis partẽ iuris eius fieri contigit. Auctor Plutar. his dictis q̃ de Craſſo ſcribit Cice. facilius intelligentur. ¶ Vacuas,pulſis veris poſſeſſoribus & dominis. ¶ Proſcriptiones locupletum. ¶ Quorum nomina refers in tabellam & in publico proponis:vt impune occidi poſſit:diuitum nomina proſcribebat Craſſus:vt eorum bona inuaderet atque occuparet. ¶ Qui cędes municipiorum,hoc eſt cędes in municipiis factæ. Multa autem municipia. L. Sylla cæpit & diripuit:In q̃bus opera Craſſi & voluntate multi occiſi. Nã Syllanus fuit. ¶ Meſſem: Sylla quoties promptiorẽ ad obſequia nullitem reddere volebat:aliquam ei diripiendam vrbem concedebat, & hoc meſſem ſuam vocabat, q̃ hac via & ratione fructus ſuos colligeret:qui ad tẽpus ſufficerent: ſicut ex agris fructus colligunt agricolæ:qui ad annum ſufficiãt. ¶ Meſſem:ergo prædam veluti fructus quos ex agris colligũt agricolæ. ¶ Teſtamenta ſubiecta: illis quorũ ea eſſent pro arbitrio ſuo dictata, qd factitare ſolitũ. M. Regulũ cauſi dicũ. Pli. iunior ſcribit his verbis. Aſpice Regulũ q ex paupere & tenui ad tãtas opes p flagitia proceſſit: vt ipſe mihi dixerit cũ cõſuleret q̃ cito ſexteritũ ſexcentis impleturus eſſet: inueniſſe ſe extra duplicata, quibus portenti millies & ducẽtias habiturũ & habebit, ſit mõ vt coepit aliena teſtamenta, qd eſt improbatiſſimum genus falſi ipſis quorũ ſunt illa dictauerit. ¶ Tot q ſublatos homines, de ciuitate pulſos aut occiſos. ¶ Venalia. Qui oia venalia apud te videat & exponit quæ vẽderet Craſſus: cum delectũ hẽbat, hoc ẽ milites & pedeſtres copias diligebat:neminẽ aſſumebat a quo pręcium nõ accepiſſet. ¶ Decretum. Senatus qd pro aliquo fiebat nõ prius ab illo optinebatur quã aliquid Craſſo perſoluiſſe. ¶ Alienam, non ſuas tantum:ſed & aliorum vendebat ſentẽtias. quas pro aliquo aut in iudiciis aut in ſententia dicebat: vel dici faciebat. ¶ Forũ: iudiciales cauſas & forenſes quas vẽdebat. ¶ Domũ: quæ nemini patebat niſi aliq̃d afferenti: iuxta illud Propertii: ianitor ad dãtem

De craſſi diuitiis hæreditate multa

De crudelitate Syllæ in marianos nullũ eẽ diuitẽ p̃ diuitias ſed virtute omnia cõſiſtere

vigilet ſi pulſet inanis: ſurdus i obductã ſomniet vſq; ſeram. ¶ Vocem non enim gratis ſalutabat. ¶ Silentium: etiam ab accipiebat quos ſalutare aut reſalutare nõ dignabat. Iuue. quid das vt Coſſum aliquando ſalutes: vt te reſpiciat clauſo ve gento libello? Quãq̃ legimus apud Plutrachũ ſummã Craſſo in appellandis ciuibus: ſalutãdiſq; humanitatem fuiſſe, accipere igitur & ſic poſſumus vocem, vt pro aliquo diceret: ſilentium vt taceret & nõ accuſaret. ¶ Hunc huiuſmodi homines qualis tu es Craſſe. ¶ Cui aũt, hunc elicitur ſyllogiſmus, ille non eſt diues cuicunque opus eſt quæſito: hoc eſt quærere: & lucrari tibi opus eſt quæſito. Craſſe: non igitur tu diues. ¶ In copia: vt adſit rerũ copia pro idigentia. ¶ Fructus, vſus. ¶ Nunq̃ diues: quia ſemper inops quicũq; cupit. Diuitẽ non eſſe Craſſum p diffinitionem partiũ diuitiarũ pbat: i q̃ diuitie copia ſũt ad vſum hæc vero copia per ſacietatẽ verum atq; abundantiã acquiritur: qui hac ſacietate caret: diues non eſt diffinitio q̃dẽ bona eſt: ſi diffinitũ in genere conſideres: ſe non congruit huic difinito in ſpecie. ¶ Meam autem: non loquar inq̃c de pecunia mea; & cur non loquatur rationem ſubicit. Modica, moderata. ¶ De me ſilebo. Animi mei virtutem retinebo, de qua ſi loq̃ret me copioſiorem te eſſe oſtenderem, & ego arrogans viderer. Si cenſenda, & exemplis probat diuitiis vinci Craſſum a multis etiam pauperibus. Fabritium, vt ait Valerius locupletem faciebat non multa poſſidere: ſed modica deſiderare. ¶ Pyrrhi. regis Epirotarum.

ASC. ℭ QVI videt expulſiones vicinorum q dicit latronica in agris, q vidit ſocietates cũ ſerui, cum libris, cũ clientibus. i. cõ fuſas. Qui vidit poſſeſſiones vacuas. Qui vidit pſcriptiones locupletum (ſed & locupletium dicitur.) Qui vidit cædes. i. occiſiones municipiorum. i. municipium, hoc eſt eorum, qui in municipiis degunt: ſed accepit locum pro locatis, qui recordetur illam meſſem. i. calamitatem ac vaſtationem temporis Syllani, quo Lucius Sylla proſcripſit tot bonos ciues & tot interemit, qui recordetur tot teſtamẽta ſubiecta, ideſt falſe adiecta. Qui recordeẽ tot homines ſublatos: i. occiſos, Qui deniq; recordetur oia venalia, delectum & decretum alienum: & ſuam ſñiam, forum, domum vocẽ. Silentium, ſupple qualia fuerint recordetur: quis nõ putet hunc. i. talem ac talia molientem non cõfiteri opus eſt quæſito. i. vt acquirat & acquiſitum habeat. Quis autem dixerit vnquam hunc cui opus quæſito vere diuitem, quaſi dicat nemo: etenim fructus diuitiarum eſt in copia. Autem pro ſed, ſatietas rerum atq; abundantia declarat copiam quam ſatietatem & copiam: quoniam nũquam aſſequere, ideſt aſſequeris: hoc eſt impetrabis: tu nunquã omnino es futurus diues. Autem pro ſed quoniam tu contemnis meam pecuniam: & recte, eſt enim mediocris. A tideſt ſecundũ opinionẽ vulgi, & eſt nulla, ideſt videtur quaſi nulla ad opinionẽ tuam: & eſt modica ad opinionem meam: ego ſilebo de me & loquar de te. Si res eſt nobis cenſenda, atq; æſtimanda: vtrum: ideſt quod duorum nos æſtimabimus, ideſt appreciabimus pluris: iudicabimus plus valere, an pecuniæ Pyrrhi: quã dabat, i. dare volebat Fabritio illi Romano; continentiſſimo, an contientiam Fabritii: qui repudiabat illam pecuniam. Vtrum ſupple pluris ęſtimabimus, an aurũ ſamnitum: ideſt quod ſamnitets obtulerunt Marco Curio.

Fabritii cõtinẽtia

ℭ Reſponſum

an reſponſum Marci Curii? hereditatem. L. Pauli? an liberalitatem Africani? qui eius hereditatis Quinto maximo fratri partem ſuam conceſſit? hæc profecto, q̃ ſunt ſũmarũ virtutũ potiora pluris æſtimáda ſunt q̃ illa, quæ ſunt pecuniæ membra. Quis igitur (ſi quidem) vt quiſque, quod plurimi, ſit, poſſideat, Ita ditiſſimus ſit habendus) dubitet, quin in virtute diuitię poſitę ſint? quoniam nulla poſſeſſio, nulla vis auri & argẽti pluris, q̃ virtus ęſtimanda eſt. O dii immortales nõ intelligunt homines q̃ magnum vectigal ſit parſimonia. Venio enim iam ad ſumptuoſos, relinquo iſtum quæſtuoſum. Capit ille ex ſuis prædiis ſexcenta ſextertia, Ego centena ex meis: illi aurata tecta in vilis: & ſola marmorea ea faciẽti, & ſigna, & tabulas ſupellectilẽ, & veſtem infinite concupiſcenti: non modo ad fructum ille eſt ſumptus: ſed etiam ad fœnus, exiguus. Ex meo tenui vectigali de tractis ſumptibus cupiditatis, aliquid etiam redundabit. Vter igitur eſt ditior, cui deeſt, an cui ſuperat? qui eget, an qui abundat? cuius poſſeſſio, quo eſt maior, eo plus requirit ad ſe tuendam, an quæ ſuis ſe viribus ſuſtinet?

FRA. MAT. ¶ REſponſus de quo ſuperius. Hæc hereditatẽ Lu. P. L. Aemilius Paulus filius eius fuit qui apud cannas cecidit: de liguribus triumphauit: Perſen Philippi filium Macedonũ regem cepit, & in triumphum duxit: in qua letitia duos filios amiſit: & progreſſus ad populum gratias fortunæ egit, q̧ ſi quid aduerſi reipu. immmnebat ſuæ eſſet calamitate deciſum, ob hæc omnia enim a populo & ſenatu cõceſſum eſt vt ludis circenſibus triũphali veſte veteretur. Tantę autem fuit paupertatis: vt poſt mortem eius dos vxori niſi venditis poſſeſſionibus exolui non potuerit. ¶ Ad libertatẽ. Africani: hic eſt Scipio Aemilianus Pauli Aemilii Macedonici filius a Scipionis ſuperioris filio valitudinario adoptatus: qui partem hereditatis naturalis patris quæ ſibi iure debebatur. Quin. Maximo fratri vltro conceſſit. ¶ Hæc profecto: vt ſpernere aurum: largiri partem hæreditatis fratri &c. ¶ Quis igĩ: concludit. Cũ virtutes multo pluris faciendæ ſint, q̃ diuitiæ, ſequitur vt quanto quis virtutibus magis abundet: tanto magis diues ſit. ¶ Nulla vis copia & abundantia, Iuue. Verborũ tanta cadit vis. ¶ O dii immortales: laudat parſimoniam vt oſtendat verum eſſe quod dixit in virtute diuitias eſſe: & magnũ eſſe vectigal dicit: hoc eſt fructum atq; prouentum. Ex quo cõqueritur de ſumptuoſis hominibus qui omnia temere effundunt. Eſt autem parſimonia frugalis & moderatus victus. Qui ſumit neceſſaria: nõ autem effundit & diſſipat: parcere: conſeruare eſt. Virgi. Libro decimo. Argentiq; atq; auri memoras quæ multa talenta nate parce tuis præteritum facit perpeci & parſi. Vnde parſimonia, & parce agere inquit Donatus: laudis eſt nimiũ peccati. Virgilius parcas apes vocauit: hoc eſt ſeruatrices, neq; parcus dicitur ab arca, neque ab arcendo: ſed a paruo vel parum: vt Gellio placet. ¶ Quæſtuoſum: quæſtus & lucri cupidum. Vectigal, veluti vectigal hoc eſt fructus & prouentus. ¶ Sumptuoſiſſimos: Vt lucullum & hortenſium: quorum vtrunq; immoderato ſumptu in rebus inanibus vſura legimus. Comparat autem ſumptuoſiſſimos parcis, & oſtendit pauperiores eſſe. ¶ Capit ille: ſumptuoſus quicunque ſit. ¶ Sexcenta ſextertia, dicitur ſextertius & ſextertium. Numus autem eſt duarum ſemis librarum: notatur autem per duo ll. & S. a quo incipit ſemis: vnde ſextertius dicitur ſemis tertius de quo Aruntius hæc ait: ſeſtertius olim dupondius & ſemis ideſt duæ libræ & ſemis, quaſi ſemis: tertius quo tempore denarius decuſſus valebat: hoc eſt poſt duos: ſequens tertio loco eſt ſemis: veteris autem conſuetudinis fuit retro æra dicere ita: vt ſemis quintus: ſemis quartus: ſemis tertius enunciarent: ſenſus vero eſt, aliquis ſumptuoſus ſexcenta percipit ſextertia ex prediis ſuis: alius parcus & frugi centum, ille omnia abſumit, huic quoniam modeſte viuit aliquid in fine anni ſuper eſt excentum ſextertiis, ergo hic illo ditior eſt. ¶ In villis multo magis in vrbe. ¶ Sola marmorea: ſola legendum eſt, quæ ſunt ſedilia in quibus ſinguli tantum poſſunt ſedere ideoque ſolare ſternere dicitur qui ſoliſternium habent, & ſolaria vocantur babylonica, quia eadem ſternuntur, auctor Pompeius ſolarium vero dictum in quo horę in ſole inſpiciũtur. ¶ Veſtes: ſtragulas, & ad cultum corporis. ¶ Non modo ad ſumptus fructũ eſt: ſed etiam ad fœnus exiguus. Sic legendum eſt & ſic habent emendati codices. Nam ſi legas nõ modo ad fructum eſt ſumptus: ſed autem ad fœnus exiguus: ſenſus verus elici non poteſt. Qui eſt tot huiuſmodi hominem ſumptus facere, vt fructus ei non ſufficiant. et ad perſoluendas vſuras. Nam vt cupiditatibus ſatisfaciat etiam mutuas cum fœnore accipi pecunias. ¶ Ex meo tenui vectigali. Ex meo paruo prouentu. ¶ Detractis ſumptibus cupiditati: quos aliqua cupiditate impulſus facio. ¶ Redundabit: aliquid ſuperabundabit, non enim omnia abſumam. ¶ Vter igitur: probat ditiorẽ ſic eſſe cui ſupeſt in fine anni. ¶ Cui deeſt: vt ſumptuoſo. ¶ Cui ſuperat: vt parco. ¶ Eo plus requirit ad ſe tuendam. Vnde ait Collumella: quod ſapiens vnus deſeptem in perpetuum poſteritati pronunciauit: ad habendum modũ, menſuramque rebus id non ſolum aliud acturis: ſed & agrum paraturis dictum intelligi: ne maiorem q̃ ratio calculorum patitur emere quiſquam vellit. Et huc ſpectat præclara Virgi. ſententia, laudato ingentia iura exiguum colito, pœnos itẽ acutiſſimam gentem dixiſſe conuenit imbecilliorem agrum q̃ agricolã eſſe debere, quoniam cum ſit colluctandum cũ eo, ſi fundus præualeat dominus alliditũ. Cato quoq; ſic p̃cipit agrũ empturis, ſumptuoſus ager ne ſiet: ſcito idẽ agrũ q̃d hoĩem quis q̃ſtuoſus ſiet, ſi ſumptuoſus ſiet relinquere non multũ. ¶ Suis viribus, nulli aliorum indigens auxilio. Virtus enim ſola ſufficit ad bene viuendum. vbicunq; ſumus præſto eſt: ac tuetur.

¶ A N reſponſum Marci Curii qui reſpondit Romanos potius velle imperare habentibus aurum q̃ auro. An etiam hereditatem Lucii Pauli Aemilii qui Perſas expugnauit. An libertatem Africani .ſ. Scipionis qui conceſſit Quinto Maximo fratri ſuo ſuam partem eius hereditatis. Profecto hæc quę ſunt potiora ſcilicet membra ſumarum virtutum ſunt æſtimanda pluris: q̃ illa quæ ſunt membra pecunię. Quis igitur ita ditiſſimus habendus eſt, ſi quidem ſup. demus, vt quiſq; poſſideat quod ſit plurimi ſup. faciendũ, ſi dubitet quin in virtute diuitię ſint, q̃ñ nulla poſſeſſio: & nulla vis auri & argenti eſt æſtimanda pluris q̃ virtus. O dii immortales: homines non intelligunt, q̃.i. quantum magnum vectigal ideſt redditus et prouetus rerum ſit parſimonia. Ego enim venio iam ad ſumptuoſos.i. qui multa expendunt, & relinquo iſtinc quæſtuoſum.i. multa quærentem. Ille capit ex ſuis prædiis.i. ponatur quod capiat. Sexcenta.i. valde multa (eum enim numerũ pro incerta multitudine mortis eſt ponere) ſextertia, ego ſup. capio ex meis ſup. prædiis centum. ſup. ſextertia. ſumptus. i. expenſa eſt illi facienti in villis ſuis aurea tecta, Et ſola.i. pauimenta marmorea & concupiſcenti ſigna, tabulas, ſupellectilem, & veſtem infinite.i. inſatiabiliter. eſt dico ſumptus ille exiguus illi non modo ad fructum: ſed etiam ad fœnus.i. ad lucrum vſuræ. Sumptibus morre cupiditatis ideſt q̧ cupiditas non egeſtas aut vtilitas faceret, detractis i. ſi velim eos detrahere aliq̃d etiam venundabit.i. ſup rerit, ex meo tenui vectigali. Igitur vter ſup. noſtrum eſt ditior, an cui deeſt, an cui ſuperat, id eum ſupra q̃ ſati eſt is qui eget, an cui abundat, an ſupple is cui quo .i. quanto maior eſt poſſeſſio, eo ideſt tanto plus requirit ad tuendam ſe, an ſup. is cui eſt poſſeſſio: quę ſuſtinet ſe ſuis viribus.

L. Pau. Aemilii & Ł phus!

In virtute diuitias eſſe

Parcus a parum dicitur

Sexterti/us & ſeſtertiũ

Solariũ & ſolaria & ſoliſternium

Imbecilliorem agrum q̃ agricolã eſſe debere

ASC. ẽ. Mar. Curius L. Pau.

Sed quid ego de me loqu[illegible] qui morum ac tempo- rum vitio aliquantulu[illegible] ortaſſe in huius ſæcu- li errore verſer. M. M[illegible] patrum noſtrorum me- moria(ne ſemper curi[illegible] ucinios loquamur) pau- per tandem fuit: habu[illegible] enim ædiculas in carinis, & fundum in labicano. Nos igitur ditiores ſumus, qui plura habemus: Vtinam quidem eſſemus. Sed non æſtimatione cenſus: verum victu atq; cultu termina- tur pecuniæ modus non eſſe cupidum pecunie non eſſe emacem, vectigal eſt. Contentum vero ſuis rebus eſſe maximæ ſunt certiſſimeq; diuitiæ. Etenim ſi iſti callidi rerũ æſtimatores prata & areas quaſdã ma- gno æſtimant: quod ei generi poſſeſſionum minime quaſi noceri poteſt: quanti eſt ęſtimanda virtus, quæ nec eripi nec ſurripi poteſt, neq; naufragio, neq; incẽ- dio amittitur, nec tempeſtatum, nec temporum per- mutatione mutatur! qua prędid q ſunt, ſoli ſunt diui- tes. Soli enim poſſident res & fructuoſas & ſempiter- nas: ſoliq;(quod eſt proprium diuitiarũ) cõtenti ſunt rebus ſuis. Satis eſſe putant, quod eſt: nihil appetunt: nulla regent: nihil ſibi deſſe ſentiunt; nihil requi- runt. Improbi autem, & auari, qui incertas atq; in ca- ſu poſitas poſſeſſiones habent, & plus ſemper appe- tunt, nec eorum quiſquã adhuc inuentus eſt cui, qđ haberet, eſſet ſatis: non modo non copioſi, ſed etiam inopes ac pauperes ęſtimandi ſunt.

FINIS.

FRA. MAT. ⸿SED qd ego nõ vult de ſe loq ſicut t poſſet qa nõ omni- no ab aliorum abeſt errore: vitio tamen tẽporis quo omnes auari erant: & parandis diuitiis ſtudebant. ⸿M. Manlius hoc exẽplo oſtẽdit in quo homine verę ſũt diuitię i hic M. Manli⁹ fuit vir cõtinentiſſimus: cuius parẽtes Ci. & Craſſi meminerãt: vixit ſemp moderatiſſime parua domo⁹: quæ fuit i carinis: & fundo q fuit in labicano contentus oium pp ea ditiſſimus iudicandus q ſibi eſſe diues videbatur: & nihil cupiebat. ⸿Curios & Lucinios, de quibus ſæpe ſuperius locutus eſt: per Lu- cinium añt Fabritiũ intelli- git: nã Fabri. Luci. dictus ẽ de quo vale. Ma. Idẽ ſenſit. Fabri. Lucinius honoribus & auctoritate oi ciue tẽpo- rib⁹ ſuis maior cẽſu par vni cuiq; pauperrimo. ⸿Aedicu- las: puas ędes. ⸿In cari. Re- gio Ro. carinæ fuit monte cælio pxima & caput ſacræ viæ: auctor. Varo. Vir. Ro- manoq; foro & lautis mugi- re carinis. Sic dictę ſunt: qm in ea regione ædificia eſſent in carinarũ modũ quod tra- ditur i. ⸿Labica. In via lati- na: labicum oppidum fuit a quo via ipſa labicana. uetu- ſtũ: & in ſublimi loco poſitũ procul a Tuſculo: auctor Strabo. ⸿Cẽſus: diuitiarũ & prouentus. Nã cẽſor erat: ut ait Varro i ad cuius cenſio- nem. i. arbitrium populus cẽ- ſeretur: vnde cenſus proprie eſt quã uulgus dicit eſtima- tionem bonorũ quæ quiſq; poſſidet. ⸿Victu: vt tantum habes quantum ſatis eſt ad ui- ctum & cultum corporis: ⸿Modus: a menſura. hic eſt enim modus & finis pecuniæ: vt ſufficit ad victum & cultum ne- ceſſarium. ⸿Cupidũ pecuniæ: greci dicunt φιλοχρήματον. ⸿Emacem. nihil intentum emendis uectigalibus. Cato ad- moneto agricolam ne cupide emat. ⸿Etenim ſi iſti. Argu- mentum eſt a minori ad maius: ſi auari inquit magnifaciũt areas & prata quod quaſi noceri illis non poteſt: quanti virtus facienda eſt quæ violari non poteſt certe maxumi. ⸿Prata: horum vt Plinius ait facillima agricolis cura ac mi- nimi impendii: unde & prata dici exiſtimãtur quod ſint ad ferendum fructum ſine labore noſtro parata. ⸿Areas quaſ- dam. Area proprie: vt ait Feſtus: dicitur locus uacuus quaſi exaurierit, & non poſſit quicquam gerere. Areas autem lo- care ſolebant ueteres aliquid operis illic facere volenti- bus. ⸿Minime noceri poſit. Nam neque pluuiæ: neque grando: aut venti aliaue tempeſtas nocet. & Cato in- quit, Iupiter nocere non poſſet. ⸿Quaſi: addidit: quia tanta vis poſſet eſſe tempeſtatis aut diluuii: vt auellere poſ- ſet. ⸿Eripi: per vim. ⸿Surripi: per fraudem. ⸿Tempeſta- tum: aeris mutationum ⸿Temporum muta. ut ſi paci ſucce- dat tempus belli. ⸿Sempiternas. Sola enim virtus: vt ait Salluſtius: ſtabilis æternaq; habetur: ⸿Improbi autem: de- monſtrat a cõtrario ſenſu ſolos ſapientes diuites eſſe. ⸿In- certas: fortunæ ſubiectas. ⸿Inopes: qui ſunt ſine ope. ⸿Pauperes: quibus eſt mo- dica pecunia.

Carinæ locus in mõte cælio a carinarũ ſimilitudine in ædificiis illis

Argumẽtum a minori ad maius

Solos ſapiẽtes eſſe diuites

ASCẼ. ⸿SED qd ego loquor de me: qui uerſer in errore hu- ius ſæculi: fortaſſe ẽt aliquã- tum ſępe vitio. i. p uitiũ mo- rum ac temporum. M. Man- lius fuit, memoria patrũ no- ſtrorum. i. vt patres noſtri memorant: pauper tandẽ. i. vt aliqñ de eo loquamur: & non loquamur. i. in ore ha- beamus ſemp Curios & Lu- cinios quoties paupertatem aut cõtinẽtiã laudamus. Ha- buit eni uidelicet Manlius ædiculas. i. paruas ædes in carinis. i. uico Romano: vbi ædes erant in modũ carina- rũ extructę: & hẽbat fundũ in labicano. i. loco uili ſic di- cto. Igitur nos qui plura hẽ- mus ſumus ditiores. Quidẽ. i. certe vtinam eſſemu: ſed modus. i. menſura pecuniæ terminatur. i. perficitur: non æſtimatione cenſus: verũ. i. ſed victu atquæ cultu. i. vſu eius. Nõ eſſe cupidum eſt pe- cunia, nõ eẽ emacẽ. i. aſſidue emere uolẽtẽ eſt vectigal. i. prouentus. Vero ſed, verę & maxime diuitiæ ſunt eſſe contentum ſuis. Etenim ſi iſti cal- lidi æſtimatores. i. appreciatores rerum æſtimant magno ſcilicet præcio prata & quaſdam areas: q ideſt quia quaſi minime noceri poteſt ei generi poſſeſſionum quanti eſt vir- tus eſtimãda: quaſi dicat infinito. Pluris quæ nec eripi ideſt violenter rapi, nec ſurripi ideſt clam rapi poteſt neque ami- mitti naufragio: neque incendio: nec mutatur perturbatio- ne poteſtatum: nec temporum, quia qui prædici ſunt: ſoli ſunt diuites Ipſi enim ſoli poſſident res et fructuoſa & ſem- piternas: & ipſi ſoli contenti ſunt ſuis rebus quod eſt pro- prium diuitiarum ipſi putant ſatis eſſe id quod eſt. i. quod habent nihil appetunt, nulla re egent. Nihil ſentiunt ſibi de- eſſe, nihil requirunt. Autem pro ſed: improbi & auari, q. i. quantum incertas poſſeſſiones & in caſu poſitas habẽt. q. d. incertiſſimas, & appetunt ſemp plus nec quiſquã eorum eſt inuentus, cui ſatis eſſet qđ haberet. Et ideo æſtimandi ſunt non modo non copioſi ac diuites, ſed etiam inopes ac pau- peres quantũ qdẽ ad animam: etiã ſi poſſideant q plurima.

FINIS.

¶ Magnifico ac Generoſo domio Gabrieli Hemo patricio Veneto Senatori dignissimo. Iulius erettus Rhauen. S.P.D.

SAepe ac multum mente animoq; cogitaui magnifice ac generoſe Gabriel: ſi quod
munus tuis dignum auribus debere poſſem. Cum te philoſophiæ liberaliumq; artium
ſtudioſiſſimum eſſe perſpexerim [illegible]m tibi gratã fore exiſtimaui: ſi hæc Ciceronis Pa-
radoxa tanquam aliter Bruto de[illegible]arem. Diſputationes profecto tuo dignas iudicio:
qui inter prudentiores verſari [illegible]es. Eas .n. per leges memoria noſtra recenſen-
das. Quæ liceat viris eruditis: co[illegible]ſiis cõpluribus fuerint expoſita: non emenda-
tis tñ codicibus aduſq; tempus [illegible]gentibus parum profutura aĩaduertens ex pa-
rentis mei codice emendationes complures: ad h[illegible]rgiis de Ruſconibus de me bene meriti im-
preſſioné ſunt additæ: vt codex ipſe nunc emendatus cognitu falior eſſet: circa ipſas diſputationes intel
ligendas. Quarũ prima diffuſiús. iii. de officiis ſub [illegible]aneti [illegible]oíe tractat: vbi ait Cice. ego a te poſtulo ca
riſſime filii: vt miſſi cõcedas ſi pores nihil preter id quod hõneſtũ ſemper ſe eſſe expetẽdũ: ſi hoc non licet
p Cratippũ ad id certe dabis: quod ſit honeſtũ id ẽe maxime propter ſe expetendũ, Eam diſputationẽ
(vt facis quotidie) a philoſophis diſtractã explicatamq; a Cicerone liberius clariuſue perſpexeris. Secũ
da diſputatio eſt: in qua nititur ſtoicũ illud perſuadre: & verũ profecto in ſapiente virtutẽ ſolã ad bene
beateq; viuendũ. Hanc.n. diſputationẽ in lib. tuſcu. queſtionum. v. larius patere inuenies. q̃ hoc in loco
in quo breuiſſime cõplexus eſt. Tertia eſt qua ſtoicorũ reprehenditur opinio. Qui exiſtimant parua pec
cata magis æquali eſſe: quorũ opinionẽ. A. Gel. irridet in lib. xvii. cap. i. exempio amphore: cui deeſt cõ
gius: illud vero verius dictum eſt in eadẽ queſtione non rerum euentu ſed hominum vitiis eſſe mẽtien
da. De quibus Aul. Gel. in li. vi. ca. ii. ubi ponit uerſus los ulgatos. Hei mihi cur dãnant mortales numi
na celiteſſe aiunt etenim per nos mala: cum tñ ipſi uecordi præter fatũ ſint mẽte dolores. Quarta ſequi
tur in qua fatuos homines nõ ſtultos modo eſſe ſed dmentes ac inſanos opinantur ſtoici. de qua latius
in eius oratione ad pontifices tractat. Hanc tamen tu ua prudẽtia facilius iudicaueris. Quinta diſputa-
tio inter philoſophos & ſapientes certiſſima eſt: ſolos ſapientes eſſe liberos etiã ſi fuerint, ſerui: id quod
in eo ſermone teſtatur Horatius. Iamdudum auſculto: & cupiens tibi dicere ſeruus pauca reformido:
ubi ſeruus nititur probare domino ſe liberum eſſe ac dominum ſeruum. Quoniam cupiditatibus eius
inſeruiret dominus. In ſexta & ultima diſputatione iudicat Cicero ſolum ſapientem eſſe diuitẽ. Quoni
am hominis animus nõ pecuniarum copia diuitem pſtat. Eam eſſe in officiorum primo tetigit Cice.
ſed latius in li. de bo. malorumq; fin. & Hora. in epiſtols: has etenim diſputationes ſum arbitratus tibi
non iniucundas fore, & ſi omnia memoria complexers. Quæ ſunt apud Ariſto. in ethi. li. diſputa: mi-
hi ſat erit ſi dignatus fueris: has eo aĩo ſucipere. Quo ſeuos tibi deditiſſimos in paruis etiam rebus ſo
lertes benigno ſoles reſpicere uultu. Quod ſi ſenſero me tibi pergratũ munus. attuliſſe alacriorem red
dideris ad maiora perquirẽda: [illegible] ocium mihi exoptaum tuo præſidio gratiaq; (ut ſpero) conceſſum
fuerit. Vale Venetiis. M.D.VIII. Idus Iulii.

Venetiis in Officina Venturinum Roffinellum. Anno Domini
M. D. XXXXII. Menſes Martio.

REGISTRVM.

aa A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z
AA BB CC DD EE FF GG HH II KK.

Omnes quaterni: præter aa quinternum, GG & KK terni.

Digitized by Google